



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiae Doctoris Canonici Ecclesiae
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temulentia
Malo, Eiusque Remediis, Variis Item Scitu Iucundissimis,
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

Förner, Friedrich

Ingolstadii, 1603


urn:nbn:de:hbz:466:1-45433



Th. 2579.

J VIII
24





FRIDERICI FORNERI
THEOLOGIAE DOCTORIS
CANONICI ECCLESIAE COLLE-

giatae diui Stephani Bambergae,

DE TEMVLENTIAE
MALO, EIVSQUE REME-
DIIS, VARIIS ITEM SCITV IVCVNDIS-
simis, nec non vtilissimis de rebus, quæ in vini vsu,
tùm laudabili ac sobrio, tùm execrando abusu cernuntur;

De conuiuiorum luxu demùm, & eorum licitis
illicitisue cupedijs, apparatus, parergis,
& animi relaxationibus

LIBRI IIII.

Collegij Surae. Gen. P. u. orb.

ET QUAMPLVRIMIS, TVM
SACRIS, TVM PROPHANIS AV-

thoribus, qui suismet verbis, sententijs, historijs,
locotenus passim allegantur, haud mediocri

NTomulantiæm na
ACCESSIT IN FRONTE O-
PERIS, AVTHORIS EPISTOLA PARÆ-
netica, de Ebrietate, ad quendam amicum; Præfatio
item ad lectorem, & elenchus capitum, quæ sin-
gulis contenta libris.

AD CALCEM VERO COPIOSVS
rerum inibi tractatarum Index.

Cum gratia & privilegio Cesareæ Maiestatis.

INGOLSTADII TYPIS EDERIANIS
apud Andream Angermarium, Anno 1603.

*S. Augustinus Sermone 33. ad
Fratres in Eremo.*



Dolorosa Ebrietas, omnium
malorum mater, omnis luxuria so-
ror, omnis superbia pater. O Ebrietas
tu mentem caecas, iudicio recto cares,
consilium nullum habes, blandus Dæ-
mon es, venenum dulce es, peccatum suaue es. O
Ebrietas, nunquid per te inflatur stomachus? nun-
quid per te putrescit anhelitus? nunquid non o-
culos caecas? nunquid non cuncta membra debili-
tas? nunquid non mortem acceleras? nunquid non
bursam euacuas? nunquid non dominium eripis
ab homine? nunquid non bestialem & irrationabi-
lem tecum ducis? O Ebrietas, discant te diligentes
agnoscere, discant te deuitare. Iterum discant
te deuitare, discant te velut mortem effugere:
quoniam qui te dilexerit, regnum Dei
non consequetur.





PER QVAM RE-
VERENDO, NOBILIS-
SIMO, AMPLISSIMO, MA-
gnificentissimoque Domino, Domino
IOANNI CHRISTOPHORO NEV-
S TETTERO, Scurmercognominato, Ca-
thedralis Ecclesiæ Bambergensis Deca-
no, & ibidem Collegiæ diui Iacobi Præ-
posito, nec non Archiepiscopalis Mogun-
tinenfis, & Episcopalis Herbipolensis Ca-
nonico dignissimo, Sacræ Cæsareæ
Maiestatis Consiliario meritissi-
mo, &c. Domino suo gra-
tiosissimo.

IN Temulentiam, no-
stræ nationis commu-
ne vitium, istud elu-
cubraui, mensib. pro-
ximè decursis, Opusculum, per-
quàm Reuerende, Nobilissime,
† 2 Am-

EPISTOLA

Amplissime, & Magnificentissime Domine, Domine ac Patrone, ter maxime & gratiosissime; quod vixdum satis recoctum, atque incudi denuò subactum, publicam in lucem proditurum, eos, qui sunt acutis emunctisq; naribus, ac subductis altè tument supercilijs, Aristarchos, Fescenninum in quavis aliena spirantes virus, plurimum extimescebat. nam cum hisce nasutulis, corruptissimo laborantibus olfactu aliena rei, per sepe unguenti plena puteat alabastrus, illorum superbiusculam quoque censuram, numerosa calumniarum prole fecundissimam utique, haud mediocriter verebatur: idq; potissimum eò, quod ebrietatis *κακοθμία*, omnes attrahens, uti ferrum Magnes lapis,

DEDICATORIA.

*pis, facile tot habeat Patronos,
proq; aris ac focis defensores, quot
cultores, quot sectatores.*

*Quia tamen ut evitetur,
ut moderatio cum vini potu te-
neatur, in cuiusvis, duntaxat
velit, luco & fano est situm, resum-
psit animos, ac te Patrono delecto
ex omnibus, longè meritissimo, a-
pertum decrevit in Solem prosilys-
se; Tua, inquam, quasi Clypeo
quodam, authoritate contactus,
hic labor meus, obtutui sese offert
eorum, quorum haud dubiè vino
madentia, explosionum atque cac-
chinnorum, tela experietur; sed
inania spero, & sine vulnere. hac
fretus deniq; tectura, lucifugas illas
Vespas quasi, quæ infixæ aculeo ra-
ptim diffugiunt, nec se à quoquam,
† 3 quem*

EPISTOLA

quem lesere, prehendi sinunt, noxæ
metus, veluti scarabæorū umbras
aspernatur. Atq; haud temerè
succreuit hac animo meo fiducia;
tu eius mihi radix es, tu scaturigo:
summo equidem iure. Annon te
est à puero Sobrietati assuetum, est
in Italia atque Hispania, quibus
in Prouinciis multos, æterna lau-
de tua, est pfectu incredibili, annos
egisti, amicum eius est illustrem
Praconem, altera quasi natura
factum, nouerunt omnes? arden-
tissimo, Catholica atq; orthodoxæ
Religionis nostræ, Zelo te prædi-
tum, nunquid agnoscunt omnes?
quod gloriæ nominis tui pomeria,
ultra ditionis tuæ fines ad summos
orbis Christiani Principes, Impe-
ratorem atque Hispaniæ Regem
exten-

DEDICATORIA.

extenderis, nonne rescivimus pas-
sim omnes? Virtutum plurima-
rum incrementis, te mirificè au-
ctum, annon ubique suspiciunt o-
mnes? à te in hanc patriam opis &
emolumentorum fluxuram ingen-
tem copiam, annon certissima spe
expectant omnes? idq; haud con-
temnenda ex parte, industria tua
effectui datum, nunquid gratu-
lantur omnes? age, quid plura
disquiro, qua tuas, absit fucus as-
sentatorius, apprimè laudes accu-
mulant? tu acri quo viges iudi-
cio, tu literarum scientia, ex Hi-
spaniis potissimum hausta, tu va-
riarum linguarum peritia, in ad-
mirationem rapis omnes.

Qua praesertim in re, mihi, lau-
datiss. viri, Parentis tui SEBA-

† 4 STIANI

EPISTOLA

STIANI NEVSTET-
TERI, videris imaginem ex-
pressisse, quem inter Francos Equi-
tes, ac nobilissimos Heroes, atatis
nostra prodigium, quis agrè ferat,
quis culpet si dixerim? is enim lu-
uenis, optimarum artium discipli-
nis imbutus, peragratis Italia,
Gallia, exterisque Nationibus, ra-
ram prater, qua pollet, eruditio-
nem, linguarum notitiam, quibus
ea gentes utuntur, insignem secum,
ad patrios lares abspertavit, quas
est nunc callet, atque ita recenti me-
moriam callet, etiamnum sexagena-
rius, ut quamcunque velis, Latini-
nam, Gallicam, Italicamue prom-
ptissimè loquatur, est ut egomet
auritus testis atque oculatus, cu-
iusdam summi ac principis viri,
qui

DEDICATORIA.

qui natione *Italus*, *Gallicæq;* lin-
 gua peritissimus erat, ingenti stu-
 pore. Ut hic omittam, quòd
Catholica Religioni perpetuò in o-
 mni vita addictus, te, fratresq; tuos
 ac sororem, in quibus tota *Neu-*
stetterorum familia nunc est su-
 perstes, in eadem piè curaverit e-
 ducandos; ut eius *Germanum* a-
 nimi candorem, quo vere *priscorū*
 ac nobilissimorum *Teutonum* *Ideā*
 refert, ut alia sileam, quæ immor-
 tale merentur nomen, & ipsius
 quidem propria sunt, modo tamen
 suo, in te quoque redundant, &
 quasi refractis in speculo radiis col-
 lucent.

Emicat verò reliquas inter vir-
 tutes tuas, ut insignis gemmula,
 auro comitatus tuae inserta, incre-
 dibilis

† 5

EPISTOLA

dibilis erga literatos omnes humanitas: in quorū albo, et si me haud censendum ipse ducam, tua tamen, immerito mihi, benignitatis fontem, ultrò reserasti; Et verè fontem; ita largiter Et perenniter in me semper fluxit. atque ut stella in caelo lucent, hoc tantum, ut luceant; sic tu in me natura tua Et inclinatione beneficus, alia sine affectatione aut aspectu, vere dixerim: quid enim abs me unquam ipse extitit officii? quid obsequii praestitum tibi, tam prolixa dignum benignitate? tanta gratia? tam inexhausta beneficentia? fatendum certe atque ingenue protestandum, nō haec, vel aliquo meo, quondam conciliata seu parta merito, purissima quin potius erga me animi tua adscribenda propensione. Qua-

DEDICATORIA.

Quare alii, gentilitio more, variis
 te pro summa dignitate atq; ampli-
 tudine tua, munerib. exornēt; Hic
 generosiss. offerat Caballos, phale-
 ris superbos, non ad unā speciē ex-
 ercitatos; aut gradariū q; alterna
 glomeratione, molliq; gressu ince-
 dat; aut succussorē, q; modicē sub-
 saltādo, sessorē pompose inquietet;
 aut Cantheriū, cursu velocissimū,
 & venationi habilem; Ille Canum
 phalanges diversis studiis cōexas
 donet, aut Vertagos prædam spon-
 te sua Domino ferentes; aut Vil-
 losulos, pendulis & flaccidis auri-
 bus venationi retiaria & anium,
 raptui assuetos; aut Britannicos
 Molossos, clauatis in collo millis,
 quasi torquibus venustatos, apro-
 rum spumantium consueti ac cer-
 uorum cadibus aptos; Apophoreti

EPISTOLA

loco, dent alii, aues rapina gaudētes, quales herodios pradicant, accipitres fringillarios, atq; altè volantes haliaetos; aut exoticas quasuis belluas, ut Psittacos, Cercopithecos, vel simias Attellanas. Dynastarum, Principum, Regūmue sint haec donaria, quib. te sibi mancipatum voluere.

Quid ego? innumeris tibi beneficiis, mille nominibus obstrictus? cum talia non possim, an alia, pretio minorā, pondere viliorā, qua inops meū suppeditat penu, identidē omittenda? haud consultō. ingrati hominis turpē notam, sic reformido, quā procul à me esse volo. Ergo, ut amorī tuo, quo me complecteris, plusculum saltem (nam ex integro ἀντιπροσέλαβον, atque grati
animi

DEDICATORIA.

animi vicem reponere, nondum licet) immò potius, ut minutulum tantum vicissitudinis ostendam, hoc leuidense & crassiore, quàm præcellens ac diuinum planè ingenium tuum deceat, Musa contextum opus, ex ingenioli mei promptuario desumo, ac tibi dedicandū produco; haud ignarus, talem ex animo tuo splendescere Serenitatē, ut non tam spectes munusculi valorem, quàm egregiam dantis voluntatem.

Accipe itaq; per quàm Reuerende, Nobilissime, Magnificentissime demùm, atque optime Patrone, quatuor hosce, de Temulentia, libros, Gracum, sed vere heroicam mente tenens hemistichium:

ἄνθρωπος δὲ τὸ πῶτος ἄριστος:

Accipe

EPISTOLA

accipe inquam, ut pomum Hercules quondam à pauperculo, ut Xerxes ille magnanimus, aquam manibus haustam, à rustico promptè ac libens accepit. In hoc Xenio lo meo, nil melius animo dantis. Dignum te feceris, hac leuicula non respuendo, sed hilari atque exporrecta fronte capessendo, Auctoris mētē ad altiora excitare, quæ desideratum isthic valorem, quæ ant olim cum fœnore resarcire, & officium fertilis agri sic implere, ut qui nunc tibi mola litavi salsa, post hæc thuris copia honores tuos prosequi possim.

Nec dubito, quin etiam è specula quadam longissimè prospexi, Scriptum hoc meum incursum, in varia Sciorum iudicia. Sint
qui

DEDICATORIA.

*qui probent: erūt multò plures qui
carpant. quid per fugū superest?
quid solatij restat? illud primū,
quod scitè Theognis,*

οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς
οὔτ' ὕωρ πάντας ἀνδάνη, οὔτ' ἀπέχωρ.

Neque Iupiter ipse

*Siue pluat, seu non, vnicuique placet.
huius quippe exulceratissimi tem-
poris ingenijs, aptè congruit illud
Poëta, si quodpiam aliud verbum.*

Tres mihi cōuiuæ propè dissentire vidētur
Poscentes vario multū diuersa palato.

*Alterum asylum mihi, quod sacra
instar anchoræ, sūma est, atq; emi-
nentissima auctoritas tua, quæ æra
huiusmodi Dodōæa, seu potius im-
pudentis maledicētiae Zoilos, nil ni-
si salem nigrum euomentes, obtutu
solo reprimet & confundet, atque
sic omnis res mea erit in vado.*

Quod

EPISTOLA

Quod intimis animi votis, nullo non die tibi exopto, vir perquam Reuerende, ac Nobilissime, illud est, ut praclara virtutum semina, quae Deus & Natura tibi liberali manu in se uere, diuini numinis auxilio ad communis patriae nostrae bonum, ulterius ab herba & segete promoueas, in tempestiuam maturitatem.

Verum de his quid ego? ut quo coepisti tramite, pergas, aurem tibi vellicem? at quis Delphinum natantem doceat? quis calcar effusissime per se currenti addere praesumat? illis tantum Homeri versiculis, quibus in specie Mentoris, Pallas hortata fertur Telemachum, ad virtutem, aliorum illustrium Heroum exemplo, te compellabo.

DEDICATORIA.

καί σὺ, φίλῳ, μάλα γάρ σ' ὄρω καλόν τε μέγαν τε,
 ἄλκιμῳ ἔσσ' ἵνα τίς σε ἕξῃ) ὀψιγόνω μὲν ἔϊπῃ.

Tuq; age; quando te video magnumq; bonumq;e;
 Strēnuus esto, vt te quoque postera prædicet ætas.

*quid hinc assequere? quem fructū
 capies? digito iam tactum atque
 indicatum. Immortalem nominis
 famam, quam nulla unquam ve-
 rustas obliteret; & quondam insu-
 per corpore solutus, quæ sors mor-
 tales omnes indubitato manet, æ-
 terna felicitatis perennem obtine-
 bis iucunditatem. Sis perpetuò
 sospes mihi, & patriæ tuæ. Vale.
 Bambergæ à meo Musæolo 7. Id. O-
 ctobris, Anno 1602.*

Perquàm Reu.^{da} Nobil.^{ma} &

Ampl.^{ma} D.^{nis} Tuæ

Sacellanus obseruantissimus ac
 subditissimus

Fridericus Fornerus, Theol. Doctor,

Canonicus Ecclesiæ collegiatæ

Diui Stephani ibidem.

††

Ad


AD REVERENDVM
admodum ac nobilissimum virum,
Dominum CHRISTOPHORVM NEV-
STETTERVM, dictum Sturmer, &c. ER-
NESTVS FASOLT Bambergensis,
Philosophiæ studiosus.



CHRISTOPHORE antiquis rarissq;
parentibus orbe,
Quem Clarij dextro Lumine
Numen obit.

Cur Semeleia tibi proles tam arrisit, ut illam
Inscribi visus sis quasi velle bonam?
Est bona res, Sturmere, malã rem perdere posse.
Ehem Germanis res malè parta merum.
Id, quod non potuit concessio Iuppiter igne,
Natum cum Ogygia perdere matre suum;
Hoc per te patriæ præstat FORNERVS amor;
Per si quem factum quid datur, ille facit.
Audite, ô quotquot cælo crudenda supersunt
Secula, Germanus Bacchum abolere docet.
Ergò hoc à magno Ioue differt. ille parentem
Sustulerat votis invidus è medio,
Hic matrem saluere iubet, vixisseq; natum.
Præstet virum, experiri dicite Teutonici.

Authoris



AUTHORIS EPI-
STOLA PARÆNETICA,
ad amicum, dehortantem ab
huius opusculi edi-
tione.

Meticulosè nimis, ac præter mo-
dum omnem subuereris, mi N.
N. amice singularis, ne Atlas e-
go cœlum, ac rem præstatu im-
possibilem suscepisse, atq; adeò ceu noua-
cula in cotem, temeritatis ignominiam in-
currisse dicar, quod in vulgare Germano-
rum vitium, & in ipso quodammodo na-
turam Teutonum degenerantem Temu-
lentiam, calamum stringere sum ausus. O-
rede in pleno meï prædicas ingenij præ-
stantiam, & eruditionis magnitudinem ex-
tollis; quæ utraque, quàm in me vilia sint,
quàm exilia, sum equidem conscius ego-
met mihi. inde suades vt dimissa Temu-
lentia, quæ iam non modò parui fiat ab o-
mnibus, immò & in honorem sic palàm a-
bierit, vt amicitiaæ symbolum ebria indu-
bita-

*Perioche
literarum
ad autho-
rem.*

†† 2

bita-

EPISTOLA

bitatò præstent symposia, meos aliò fle-
 ctam, luculentiori utilitate labores; cauam
 feri Arabiam, oleum perdi atq; operam, ab
 eo, qui tentet Ebrietatis vsum Germanis
 tollere; hortaris, vt aliis meis lucubratiun-
 culis, quas ex parte perspectas habes, vt om-
 nia mea tecum confero fideli manu, si-
 quidem τὰ τῶν φίλων κοινὰ, extremum poti-
 us fastigium imponam, easq; priuatis ex-
 empras tenebris, in solem quod aiunt, ac
 puluerem prodire sinam. Et hoc vnicum
 tuum ac solum est, quo meum, ceu ariete
 quodam validissimo, pulsas & quatis pro-
 positum: Nos, inquis, Medici, lethalibus
 ac desperatis morbis, pharmaca non am-
 plius adhibemus, haud quidquam profu-
 tura, vi mali extra organum, & modum o-
 mnem grassante. quin ergo tu hanc patriæ
 communis ægritudinem missam facis, que
 sic altè omnium animis est impressa, &
 quasi medullitus infixæ, vt ne Galenus qui-
 dem, & Hippocrates, Archiatri præcullen-
 tissimi, contentis extremè omnibus artis
 medicæ neruis, vel aliquod eius symptoma
 tollere possint. Claudis demùm hortato-
 riam tuam epistolam, acri commonitione
 obiicis morosos liuidosque Catones, quo-
 rum

PARAENETICA.

rum hic me calūniis exponam: suo meum
priuatum iri laborem fructu, ex tripode
vaticinatis: Vehementius deniq; vrges, vt
meum ab hac materia Stylum abducas, &
ad alia capessenda inducas; atq; sic me O-
uidij verbis quodammodo compellas;

Quid facis Oenone? quid arenæ semina mandas?

Non profecturis littora bubus aras.

Qua ex re, primùm animi tui, ad tuen-
dum dignitatē meam propensissimi, con-
iecturam facio, eamq; cuius isthic præcla-
rum specimen edis, beneuolentiam, mi-
rum in modum & probo, & exosculor; ni
forfan amore mei nimio lapsus, quæ ex in-
geniolo meo profecta sunt, pluris estiman-
da ducas, quàm ipsa per se, acri literato-
rum virorum examine, velut auraria in li-
bra, suis pensitata ponderataq; momentis
iudicari petant: nec enim è Iouis me cere-
bro prodiisse, vnquam iactito, nec Arabi-
cos odores in publicum sparsisse, videri
cupio, nec tandem cornicum oculos con-
figere, & aliorū quodammodo eruditionem
quaquauerfus obliterare, mens est. absint
hæc à me, absint tam procul, vt adsint nun-
quam. Nec verò tam desperata est Ebrie-
tatis consuetudo, quin omne frustra in e-

*Authoris
respon-
sum.*

*Ebrietas
Germano-
rum nom*

†† 3 radi-

E P I S T O L A

*est planè
immedica-
bi n, ut
quidam
faisò au-
sumant.*

radicando remedium perexpendatur; nec
tàm omnium animis profundè est huius
mali virus immersum, quin adhuc pleriq;
ab eo seruari possint incolumes, altera si te
sententia priorem occupauit, ne nimium
peruicax eius esse velis propugnator, vt ab
eate dimoueri haud sinas, rationum licet
vi adactus. & ego complures, tùm vidi,
tùm familiariter noui, qui cum à teneris
planè vnguiculis Temulentiaë Castra secu-
ti essent, vbi virilem ætatem attigère, quæ
vt corporis viribus, ita terendo vino sentiri
solet vegetior, suauis iugo sobrietatis colla
subdidère, nec ad præsepia demùm pristi-
na vnquã retrocessere. quare nec illos au-
diam, quorum iugis demurinationio. Ger-
manum ebrium si sobrium velis reddere,

Infelix operam perdas, vt si quis a sellum

In campum doceat parentem currere franco.

Fateor; est ea res ardua, est operosa, est
summæ molis: haud tamen erit, velsaltem
apud nōnullos, licet paucos numero, infru-
ctuosa. Ergo tuum hic non vrget argumen-
tum; non euertit, quod extruere paro; non
demolitur, quem pro me stare sentio, ahe-
neum murum veritatis. Exemplum sequor
Sanctorum Patrum omnium ferè, ac Basi-
lij

PARAENETICA.

lij praesertim, Ambrosij, Hieronymi, Chry-
sostomiq; Et Augustini demum, qui de su-
is Afris idem conqueritur, quod tu de no-
stris mihi obtendis Germanis; qui utinam
& ipsi, hoc tandem aliquando morderent
frænum durissimum, hanc miseram serui-
tutem Ebrietatis.

Quid ergo molior? quis mihi sensus? il-
lud vnicè spectavi, vt quantuluscunq; sim,
omnes pro virili conatus afferrem, ad resti-
tuendam auito splendori patriâ nostram,
aliis nationibus tantò superiorem, quan-
tò prisca Teutones olim, aliis populis, etiam
bellicosissimis, armorum gloria, militariq;
fortitudine clariores habebantur. haud e-
quidem ignoro Sarmatas, Polonos, Geras,
Hungaros Sclauones atq; alios item popu-
los, eodem Ebrietatis vicio grauius labora-
re, nostratibus Germanis, atqui verò, Bar-
baros barbaram vitam ducere, quid nos
angit? suo sinamus alios modo viuere; no-
stra nobis, & communis patria, cuius amo-
re naturali omnes trahimur, cordi sit; eius
unicè spectanda curandaq; libertas, ab hoc
pestifero, virtutum omnium, atq; omnis
planè boni, exterminio.

Atque vt meum facilius approbes labo-
rem,

†† 4

rem,

*Author
quid huius
opusculi
scriptione
intendat?*

*Aliena-
tiones E-
brietate
magis in-
fames, ipsa
Germania
nostra.*

EPISTOLA

rem, vt quantum fit malum Temulentia, contra quod omni telorum genere, atq; adeò velis remisq; bonis omnibus depugnandum intelligas, en hic tibi, quæ toto libro primo latè diducta, & singula suis adducta locis inuenies, vnico, quasi per transfennam, obturu repræsentò.

Cum homo corpore constet atq; animo nihil prius aut charius habere, nihil vehementius ac feruentius, rationis ductu ac lumine, potest diligere, quàm seipsum, fit inde, vt corporis animiq; incolumitatem accuratissimè seruet, custodiat, atq; tueatur, & ea cum primis appetat, quæ Græci τὰ πρῶτα φύσεως, Latini *Prima natura*, seu *Primigenia* vocant; in quibus numerantur valetudo, sensus integri, & omnium partium conseruatio, quibus non pauci summum hominis bonum metiuntur. Hæc igitur, corporis atq; animi sarta testa incolūitas, cū bonorū sit maxima, & quedā quasi summa (vbi excipio cœlestia solū, ac diuina) id vitium eo grauius, eò detestabilius censendū, quò plura hominis emolumēta, illinc pendētia, p̄sternit, atqui cuncta, mecū fatebere, vna cum comūni bono, Ebrietate cōcutiunt, labefactantur, pereunt, intercidunt, Vbi primū supersedebò recensere, quor

PARAENETICA.

urbes, quot amplissima Regna, quot exercit^o robustissimi, Ebrietatis excidio profli-
gati; quàm eadē Resp. omnibus, evidenti
experimento fuerit exitiosa: sic enim Syra-
cusæ in manū Marcelli, ditionemq; Roma-
norū peruenerunt: Sic Massageræ à Persis
p^ritri, vinoq; merfi capiuntur cædunturq;.

*Boni com-
muni e-
uersio ex
Temulen-
tia,*

Corporis nocumenta, quæ ex Ebrietate
fluunt, quid memoro? tu qui eius medendi
roborandiq; artem p^rsteris, & sanitatem
igne ferroq; consectaris poti^o, quàm quid-
uis aliud, lustrato mihi, ex vino immodico
vertigines capitis, tecta mobilia, gradū er-
rabundū lubricos pedes: nam ut ait scitissi-
mè Plautus. *Luctator dolosus est vini, pedes cap-
tat primulū;* a non apertis oculis vides, quàm
multi, quàm crudeles morbi atq; egritudi-
nes, à vini progignantur intemperantia?
tàm liquida, tàm clara, tàm certa, nū tu, vel
alius, ignoret? hinc vlcera oculorū, neruo-
rū resolutio, tremulæ manus, caufones atq;
febres ignitæ, pedes inflati, tuberosi, ac po-
dagrici, conuulsiones, Elephantiasis, Pleu-
ritides, aliaq; innumera morborū genera
proueniunt, ut varij repentinæ mortis, ac
horrendi casus, quædam quasi noxarum
paradigmata illustrissima fileantur. atque

*Damna
corporum,
& innu-
meri mor-
bi ex Ebrī-
etate,*

EPISTOLA

adeò, is quàm verè dixit, qui dixit. *Ebrietatem pœna premit comes*: nam sanè plus aloës, quàm mellis habet. adde, quod non minoris in se turpitudinis, *vinofatent ora nimio, & inficitur anhelitus graueolentissima quadam & intolerabili mephiti*, vt verè quidam è sanctis Patribus.

Reduc age calculum ad artis tuæ principia, vt si aliùde nolis, vel hinc saltè colligas, quàm noxia corporibus, ac pestifera sit res nimium vinum. vbi quispiam ægrotat, atq; tua reualefcere cupit opera, statim ei vini potu interdicas, tanquam id fomentum incentiuumq; morbi sit, si tale vinum, vel modicè sorbillatum, quid exuberantibus poculis infusum?

*Bonorum
abliguratio
ex Ebrietate,*

Adhæc rei suæ consultum vult pessimè homo Ebriosus, dum vina preciosa indubitato patrimonij dispendio explorat vndique, & conquirat; dum vinum pluris, quàm aurum facit, idq; in vitro flauescens, iucundius, quàm solem hunc intuetur. Videmus passim innumeros, nec enim in re vulgatissima exemplis opus est, ad inopiam egestatemq; redactos extremam penitus, & ad restim quasi, Ebrietate sumptuosa deuenisse. sic vinum sepè causa est, vt opima patrimonio-

PARAENETICA.

trimonia, & opes amplissimæ, quin & Pelopis Tantalique aliquando talenta, niuis instar ad ignem colliquefcant, decoctaque, per iugulum perditissimè traiciantur.

Quanta autem labes infamiæ, quantum de honestamento ingenuæ indoli aspergatur, quantum hoc vitio dedecoris contineatur, quis nescit? certè apud Italos foedissimum est opprobrium, Temulentia. Hispani, ne in testem quidem adhiberi patiuntur, qui vel semel ebrius extiterit. Achilles Homericus, non probrum vllum contumeliosius inuenit, quo, proscinderet illum Regem Regum Agamemnonem, quàm ut οἰνοβαγῆς, hoc est Ebrius, ac vino pressus, appellaretur.

*Infamia
Ebrietatis
apud exte-
ras natio-
nes.*

Adde. quot rixas? quot cædes? quot facinora pœnitenda patrârunt homines vino inflammati, & Bacchi thyrsu percussi? Nam vinum ut libris Esdræ testatum, *seducit mentem; & vinolenti sumunt gladios; qui cum è vino surrexerint, non meminerunt quæ gesserunt.* Ille Alexander, alioquin & re & nomine Magnus, ni suas laudes, Ebrietatis velut fuligine contemerasset, nonne Clytum sibi charissimum, inter epulas transfodit? nonne amicos complures temulentus interfe-

*Rixæ ac
cædes è Te-
mulentia.*

3. Esdræ. 3.

EPISTOLA

terfecit? Ni Cambyſis ebrii Regis, atrox & crudele facinus tibi perſpectum foret, & illud hic vnà cum Antonii, non ob minorem bibacitatem, infamis viri ſauitia, recenſere poſſem. quo ex capite Dionyſius, q̄ vulgò Bacchus, quem Ethnici Scriptores vini repertorem perhibent, cornutus figuratur, non tam, quòd boues cornigeros iugo copulauerit, vt Diodori Siculi fert ſententia, quàm, quòd Vini feruore temulentii, ad temeritatem omnem procliuiter erigantur, ſiantq; impetuoſi, & quaſi cornueta: tunc enim Horatio teſte, *Vel pauper cornua ſumit*: tùm ſuæ manſuetulus humilitatis oblitus, erigitur in tumorem: tùm ſuæ ſanctulus immemor pietatis, ad futiles nœnias, ad impudentiſſimas quaſque deuoluitur ſcurrilitates. Etenim vinum immodicum eandem vim habet, quam bilis atra, variã ſcilicet & multiformem: de qua re, nobile eſt Problema, celiſſimi Philoſophorum principis Ariſtotelis. Quare Anachariſis ille, qui apud vecordes Scythas ſapiens natus perhibetur, memoriæ prodidit, *Vitem tres vuas ferre; Primam Voluptatis; alteram Ebrietatis; tertiam deniq; contumeliarum.*

Æſopus

*Bacchus
cur corni-
ger ſinga-
tur.*

*Ferocitas
& Temu-
lentia*

PARAENETICA.

Æsopus fabulator lepidissimus, consimile quiddā dixisse legitur. Celebre est illud sapientis viri, siue is Æsopus siue Anacharsis siue alius quispiam fuerit, dictū supra mentem. *Primus*, inquit, *Crater*, ad sitim pertinet; *secundus* ad hilaritatē; *tertius* ad voluptatē; *quartus* ad insaniam. Quod si quartum poculum potores reddit insanos, quid quater quaterna? quid quater dena efficiunt? nōne supra omnem furorem, supra omnem insaniam, reddent insanissimos? atqui constat, meribibulos, quantō plus euacuauerint vini, tantō sitire ardentius; & ex bibendi consuetudine augeri auaritatem; vt non iniuria hoc genus hominum, ad perdenda vina editum, institutum atq; imbutum esse, valeat iudicari. atque hoc prius filum isthic abrumpo, tædium tibi ne afferam horrida epistolæ prolixitate.

Nunc ad animum ac mentem hominis, cogitationes tuas iterū refer o amice, & videbis, quantum illi quoque potiori hominis parti, Ebrietate noceatur. Vitæ ars prudentia est, atq; ea inter animi bona sic elucet vt reliquis Hesperus ex astris. Ebrietate verò Ebriosi mentem concuti,
inge-

*Animi
nocumen-
ta ex Ebr-
ietate flu-
entia.*

EPISTOLA

*Prudentiæ
extermini-
um apud
Ebriosos.*

ingenium obnubilari, sensus omnes euadere lapsabundos, & hominem exire ex hominis potestate, est necessum. Vbi tunc prudentiæ locus? nauclerus est mentis, vbi clauum rationis moderatur? Auriga est animi, vbi effrenes atq; indomitas cupiditates, imperio regit atq; coërcet? gliscente sic dementia, hominis formam ac nomen amittit homo, nihilq; ferè differt à brutis animantibus. Demùm sic viribus inualefcente omni temeritate, fit quod tibiis Plinius ominat' apertissimis. *Tunc auidi, inquit matronam licentur oculi, tunc animi secreta proferruntur: alij mortifer a loquuntur, reditura q; per iugulum voces non continent, quàm plurimis hoc infelici casu interemptis. pauca interierit, atq; vltterius in fit. Hinc pallor & genæ pendulæ, oculorum vlcera, tremulæ manus effundentes plena vasa, & quæ sit pœna præsens, furiales somni, & inquietas nocturna, præmiumq; summum Ebrietatis libido portentosa, ac iucundum nefas: postera die ex ore halitus fetidi, ac fere omnium rerum obliuio, morsq; memoriæ. hæc Pliniana in temulentos est censura: hoc flagellum; hæc Methemastyx; annon æquilissimi Iuris?*

Flagitiorum omnium copiosa seges ebriosis.

Porro blasphemias, quarum fons & scaturigo Temulentia, quid memorem? quid flagi-

PARAENETICA.

flagitiorum farragines, quorum pestilentissima seminatrix Ebrietas? quid lolia cupiditatum infelicissima, quorum funestissima plantatrix, ac foetrix Ebrietas? quid virtutum præclarissimarum ruinam, quarum potentissima pariter, & perniciosissima exterminatrix Ebrietas? quid diuinæ amissionem gratiæ, cœlestiumq; donorum iacturam, cuius præsentissima conciliatrix Ebrietas? quid æternum vœ? quid horrendas pœnas, quid perpetuos gehennæ ignes, quos Ebriosus comminatur Deus, tam sepe in scripturis sacris, quorum omnium execrabilis adductrix, Ebrietas? Intende paulisper animum, disquirendo vberissimam hanc malorum Panegyrim & tunc demùm si rectè sentio, comperies an abs me cum ratione, bellum huic truculentæ belluæ sit indictum. non certè hic texui araneorum telas. ipsam veritati subsidio, in testem adduco experientiam.

*Æterni
cruciatus
à Deo ebri-
is meriti.*

Quæ cum ita sint, mirum non est, olim tanto in probro Ebrietatem iacuisse. Lycurgi legibus, quàm optimè instituti Spartani, cum à Temulentia, perinde ac re ignominiosissima, iuventutem abducere, atque abstertere conarentur, festos ac solen-

nes

*Veteribus
exosa Ebri-
etas.*

EPISTOLA

nes agitantés conuentus, atq; symbola, largiori mero ingurgitata, produci iubebant mancipia vernaculosq; , ad iuuenum confessus, vt illi spectantes ebriorum *Perfolas* atq; hiberas nugas, infullos inconcinnosq; mores, ineptas furibundasq; gesticulationes, *Ebrietatem*, vt rem multò fēdiffimam ac deformissimam, perhorrescerent. *Plato*, *Aristoteles* & *Medicorum tuorum* ille *κορυφαῖος*, *Galenus* inquam, affatim dilaudant, veterē *Carthaginensium* legem, quā dum in hostem ibant, & castrensibus rebus incumbēbant, vinum haud vllus gustare sinebatur; quin omnes toto militiæ tempore, *lympha* contenti *aquatica*, viuebant. *Cæsar* author est, *Sueuos Germaniæ* populos, vinum ad se omninò importari olim, haud permisisse, quod eius potu subneruari corpora, & ad perferendos labores immollescere hominum vires, prudenter existimarent. *Chæremon Stoicus* narrat, *priscos Ægypti sacerdotes*, carnibus & vino semper abstinuisse, ab eo tempore, quo cœpissent diuino cultui vacare, vt sensus experirentur potus tenuitate vegetiores. *Philo*, *Eusebius*, & *Hieronymus* prodiderunt, *Esæos Iudæorum* sectam, abstemios

PARAENETICA.

mios frugalissimè vixisse, & quotidianum
Ieiunium vertisse quadamtenus in natu-
ram Apud Romanos, ac toto item La-
tio, Fœminas vino integram vitam absti-
nuisse, historiarum monumenta conte-
stantur. quòd si vlla inuenta esset Vinum
bibens, morte mulctabatur. qua è consue-
tudine consecutum, quòd Egnatius Me-
tellus vxorem suam, quia vinum è dolij e-
pistomio suxisset, fuste immaniter pulsa-
tam, trucidauit, ac cædis reatu insuper à
Romulo fuit absolutus. Et matronam
quandam Alexander ab Alexandro refert,
quæ cum loculos, in quibus reconditæ vi-
sebantur clauēs cellæ vinariæ, alteri è do-
mesticis resignasset, ob hausti vini suspici-
onem, à suis inedia mori coactam. Insu-
per Cneius Domitius Iudex, aliam dote
mulctauit fœminam, quòd viro insciente,
vinum gustasset. Ob hoc propinqui, si-
cut asserit Marcus Cato, & repetit in Apo-
logetico Tertullianus, osculum fœminis
dabant, vt odoratu indicarent, an vinum
olerent. quæ omnia, quid aliud spirant,
præterquam Vatinianum odium Ebrie-
tatis?

Hæc si te non mouent, ipsum audi Ie-

†††

HOVA

*Ebriose
fœminæ à
Romanis
punite.*

EPISTOLA

Sacerdos HOVA, loquentem ad Archieream recens in-
rum vete- auguratum atq; consecratū, Aaronem. *Vi-*
rum Testa- num, inquit, non bibetis, tu & filij tui, quando in-
menti so- trahitis in tabernaculum testimonij, ne forte mo-
brietas. riamini. Addo Electionis vas, & scripturarum
Leuit. 10. sanctarum armarium S. Apostolum
 Paulum, qui & ipse in ea quam ad Timo-
1. Timo. 3. theum dedit *Epistola*, vult *sobrium esse Episcopum*, ac minimè temulentum. Et in Gratiani decretis illud memoratissimum. *Vinolentum sacerdotem & Apostolus damnat, & vetus lex prohibet.* En ubiq; non humanis modò, immò & diuinis etiã iudiciis, notatam ac damnatam, in omni hominum genere, temulentiam, vt boni omnis inimicam & expultricem.

Contumeliosa quondam Ebrietas. Exinde apud veteres olim infames habiti, ac miris exagitati conuitiis disteriisq; quos vino pl⁹ satis nouerant addictos. Nouellus Mediolanensis, ob tres vno impetu congios epotos, perpetua ignominie nota, *Tricongius* est cognominatus. Claudius Tiberius Nero, ob incredibilem vini auiditatem, à quibusdam *Caldus*, ab aliis *Cadus Biberius Mero*, contumeliosè scribitur nuncupatus. De Bonoso Imperatore, qui tantum bibit, quantum alius hominum nemo, Au-
relia-

PARAENETICA.

relianus per iocum dictitare solebat: Non ut uiuat natus est, sed ut bibat; qui quantum bibendo turpiter ingesserat, tantum mediendo, turpius egerebat; qui demùm superatus à Probo, cum vitam laqueo finiens, pensilem se fecisset, scomma innotuit, *Non hominem pendere sed Amphoram.*

Cesso plura prolixiori serie per censere. hæc breui elencho tibi dicta ô amice, ne iustam literarum breuitatem excessisse, ac longiores, quàm par sit, parabolas attexuisse, à quoquam taxari possim. Ex his tu coniecta, tu collige, annon omnes, qui patriæ communi volunt consultû, qui pristino eam cultui ac nitore cupiunt restitutam, qui veterem illam priscorum Teutonum animi Fortitudinem, ac toti orbi conspicuum formidabileq; robur militare, ab interis optant resuscitatum, qui omnem ceteræ virtutis dignitatem ab exilio desiderant reuocatam, communi animorum conspiratione viriumq; vnita contentione, cum tetrica bellua, atq; omnium malorum Lerna Ebrietate, congregi teneantur. hanc solum tolle sentinam, ac lacunam omnium flagitiorum, & pleraq; sordes, quarum infamissimâ aspergine, færet Germania nostra, protinus abstergeris. ††† 2 En

*Quid bonis
omnibus
contra E-
brietatem
moliri in-
cumbat.*

E P I S T O L A

En tibi meam, ad quam nauigo Cynosuram: meus hic est scopus, & quasi polus, in quem hosce de temulentia conscriptos libros collimaui: hoc vnū spectro, solū hoc appeto, aliud præter Dei gloriam, & plurimorum Vtilitatem ac salutem nihil: nec aliter abs quouis, hunc meū sudorem volo pensulari. cessa ergo, cessa me ab hac sententia dimouere, ni velis cōtra torrentē niti.

At parum, inquis, proficies; hastam protinus abiice; vix paucos, qui te sint ambab. excepturi, reperies alicubi; pauciores offendes, qui quæ dicis, audituri; paucissimos nāciscere, tuis qui monitis obedituri. Hęc cine ex tua sententia? Esto: vera sint omnia, quæ timidiusculè obiectitas, Et illud adde, si voles, q̄ tritū ait Prouerbiū; *Ligna torta haud vnquam recta*, qui semel huic vitio inueterauere, difficulter ad frugē bonam reducuntur; arboris distortæ vitium, furca licet supposita, agrè propulsetur; Et q̄ Plato: φύσιν πονηρὰ μὲταβαλεῖν οὐ γάρ τισι: *Ingenia praua vertere haud proclive* sic, nihil horū me morat, dumodo prodeat vel vn°, quē hoc meo labore, ab illa Ebrietatis insana cōsuetudine, ad sobrietatis castra confugisse, intelligam. añe negas, illud forsan, & mihi euenire posse, q̄ in Noctibus Atticis Aulus Gellius?

PARAENETICA.

πολλὰκι καὶ κήτωρ ὅτι ἀνὴρ μάλα καίριος εἶπεν.
Sapè etiam est holitor valde oportuna locutus.

Quod si hunc vel ab vno fructum tulerim, meum certè non sero laborem, nec Isthmum fodio.

Patiar ergo quiduis de me dici, si in clanculariis obrectatoribus Acanthia Cycada; si in asinus inter apes; celum territare, cum Coryco inaniter cōgredi, atq; luctari dicar, oppugnando Ebrietatem. sunt a spidum venenati morsus; verùm sine detrimento, sine vulnere; nam ad huiusmodi bruta fulmina, iam dudum occalluit animus meus. Lineam quam semel fixi, haud mouebo; presso pede cœptū decurram iter; in chos ipsorum, infra cta mentis constantia despiciam, & exhibilabo; id assequar dummodo, vt Germanæ saltem Iuuentuti, quæ necdum ita Ebrietatis gurgite est absorpta, hic meus labor proficit. Nec abs me desperatum, quin obuiis vlnis, quidam saltem sobrietatis amatores, me sint excepturi.

Cauillentur itaq; ad nauseam, & subsannent me, polituli, cupressum simulantes Momi, si aliquid occurrat, quod ipsis genium non adeo candidum sapiat; varia variorum authorum dicta, quæ meo inserta

††† 3 libro,

EPISTOLA

libro, sine calce arenam iactitent, respuant,
 criminentur; edentuli vescentis dentibus
 inuideant; id susq; deq; feram; obsurduit
 auris iam nunc mea, talibus calumniis. be-
 nignus lector, qui, quo animo hunc labo-
 rem insumpserim, dispexerit, facile cum
 Flacco

*Dabit veniam maculis, quas aut incuria fudit,
 Aut humana parùm cauit natura.*

Verùm hic Anchoram tollo, & epistolæ
 fluxum sisto. tu amice, ne quid in te acer-
 bius dictum putes, quàm ego velim, atq; a-
 nimi mei moderatio ferat, non te carpo,
 non reprehendo; mei tantum tibi laboris
 rationem expono. Vale, ac me vti semper
 hæcenus, ita & deinceps ama, qui tu⁹ μέγιστος
 φίλος φίλος εἰμι. Bambergæ ex Musæo
 meo 3. Cal. Septemb. Anni supra
 millesimum sexcentesimo

secundi, &c.



PRÆ-



PRÆFATIO

Ad amicum Lectorem, de Operis
ratione, atque eius methodo.



*E*mer te, benevole lector,
ignarum consilij, sub limine statim,
flexu cogitationum ancipiti, oberra-
re diu sinam; quam in persananda
qualibet affectione morbida, humani corporis me-
thodum tenere solent Physici, eandem nos quoque
consectaturos, recto tramite, esto certus. Ac pri-
mò quidē, ipsius Temulentia, quam verborum te-
lis, atque exhortationum machinis oppugnando,
expugnare proposuimus, naturam; tum nocumen-
ta atque damna, quibus tam publicum omnium,
quam priuatum cuiusque hominis bonum inuadit,
debilitat, perdit, libro primo indagabimus. Pre-
scribet secundus omnis generis Antidota, & Ale-
xipharmaca quaedam, quibus ad extirpanda eius
vitij mala, commodo tuo, fructuose vti possis.
Sublato morbo, prima medicorum, ad tuendam,
qua medicaminibus parta, sanitatem aduigilare
consuevit solers cura, certam aliquam victus nor-
mam, quam diatam vocant, suis præscribendi eli-
entibus

Methodus
libri primi

Methodus
libri se-
cundi.

Methodus
libri tertij.

AD LECTOREM.

entibus. quo prorsus animo, ut Sobrietas cuius comparande studio, hic à me labor susceptus est, aut prius habita, aut iam recuperata conseruetur; de recto primùm, ac tùm quoque, de peruerso vini usu; & vltimo, de conuiuiorum licitis, illicitisq; cupedijs, apparatus, ceremonijs, ritibus, parergis, pauca quedam, nullis utique verborum phaleris exornata; è diuersis, cùm sacris tùm prophanis authoribus comportata, in medium producam; qua septa non transliam; firmiter hac animo defixa est sententia. quod, si factum alicubi reberis, non indignè feram; gratum haud secus habebo ac ratum, lineam aduersum me poscito.

Methodus
libri quar-
ta.

Variæ Au-
thoris ex-
culationes

Plutarch.
in Solone.

Tua verò, bone Lector, qui meas hasce rudis Mineruæ lucubratiunculas, euoluere voles, in permultis benenolentia erit efflagitanda. Si quid enim non adeò tibi magnopere arrideat, penes velim, ita vulgare, & omnibus iam propè Germanis longa consuetudine innatum vitium obiurgantem, nec ipsas Gratias cuiuslibet nasuto facile cõplacituras. addo. In magnis ut omnib. placeas, difficillimum factu; ait Plutarchus. quid verò maius? quid tam arduum, quàm domesticum adeò malum, cui omnes à teneris assueuerint, animis, callo quasi obducto, inueteratis, ad imas vsque fibras euellere?

Si quid falsum minus, aut eruditum offenderis,
tuiq;

AD LECTOREM.

quisque doctis ac perpurgatis inconditum auribus
ingenij mei, libens feram ac meritò, tenuitatem
incuses. Verum quippe, existimationis licet
paruula fateri cum iactura, si Platoni credi-
mus, vitio non dabitur, atque illa, non inficias
eo, quid verius, quid clarius, quid manifestius?

Si varie Græcorum, tum Poetarum atque O-
ratorum, tum Philosophorum, hinc inde, Latinis
Authoribus, interspersæ minutatim sententiæ, ti-
bi admirationem cient, nec id temerè factum pu-
tes. Græcis olim quoque satis vsitata erat Ebrie-
tas, vnde Græcari dictum. Proinde Sapien-
tibus, quibus ea natio antiquitus abundabat, exe-
crabilis erat ac plurimum perosa.

Si fastidis, me variè personatum, hic Theolo-
gum, illic Medicum, alibi Ethicum, quandoque
Politicum sustinere, iniuria sanè nostrum agendi
modum, ita nauseabundè ac superstitiosè respicis;
tumet esto iudex & arbiter. materia certè aliud
haud ferebat.

Si non ea, qua par esset concinnitate omnia co-
pulata, & in quadrum redacta, vt Cicero lo-
quitur, si sacra prophanis, & hæc illis mixta, si ve-
lut asperis affixa leuia, si impacta raris densa, si
salebrosa rotundis agglutinata repereris; Veniam
dabis tam variis variorum sententiis, testimoniis,
historiis, at eò potissimum, vno quasi centone &

Lib. de per-
fecto Ora-
tore.

AD LECTOREM.

aceruo congestis, ut Ebrietatis turpitudine inspe-
cta, tibi eius odium ac fuga, non meis, aliorum quin
potius verbis, ad quorum auctoritatem, in me vix
mica salis, efficacius persuadeatur.

Sive molestum habeat, quod nec veterum, nec
modernorum Scriptorum elegantiam, qui Latini-
tati studuere, saltem quadamtenus assequar; Poe-
ta me excuset:

Horat. in
Epist.

Non cuiuis homini contingit adire Corinthum,
nec illam captiose sum venatus; nec meo per fami-
liaris est instituto.

Si deniq; bilem tibi mouet, quod plerumq; alie-
na, nonnunquam vix, aut raro, mea proferam; &
banc in partem quoque veniam mereor, lapi-
des & ligna ab alijs accipio; mea tamen est ædi-
ficij extructio, atque forma. sum architectus e-
go; materiam verò passim conquisiui. quid? an-
nè aranearum textus ideo melior, quia ex se fila
gignunt? nec meus hic vilior, quia ex alienis libo,
ut apis.

Uspiamnè peccatum à me putas? amicam spon-
giam non recuso: caninos tantū dentes exhorresco.

Non deerunt verò, ut nunquā defunt, Satur-
niæ quædam Lemæ, Lolio perenniter visitantes,
ut aiunt, atque in laniandis aliorum rectè dictis
aut factis, rabioso cane audiores, quæ in mortario
me aquam tundere, & Egæi maris transmissionem
virgultea

AD LECTOREM.

virgultea velut scaphula tentare, obiectabunt,
quod vnicus ego ac solus, & quantuluscunq; tan-
dem, Ebrietati, tam latè dominantì vitio, atque
ebriosis omnibus bellum indicere sim ausus; &
nescio quas alias è rancida, liuidæ mordacitatis la-
cuna, calumniarum haustas myriades, depromens
in hoc meum scriptum. Tu verò tales, nec Cerite
quidem Cera dignos iudicato, utpote quibus, ut il-
lis apud Plautum triobolaris, ne vix quidem ra- In Mostell.
menta vllius virtutis inesse, vel illinc dignosca-
tur, quod acerbiusculam vitiorum taxationem, ex-
porrecta serenataq; fronte non dignentur.

Demùm quid vniuersim à te, amice lector, fla-
gitem? vnum hoc, quod omnium caput. A quo o-
mnia metire modulo ac pede, & æquum te ludicem
senfero. Calumniam si qua struitur, à censore mo-
mo, æquitatis tuæ clypeo excipe, retunde, atq; à me
in ipsum Authorem reice. Id ago &
vale, fortunatiùs, quàm optas
tunc tibi.



IN

*In praesens Opus Reuerendi & cla-
riß. viri, Domini FRIDERICI FORNE-
RI, SS. Theolog. Doctoris, &c.*

Carmen

*IACOBI NEUDECKERI, Eloquentia
Studioßi Bambergensis.*



Diuuat vnda rates, alijsque apportat a-
renis,
Mergit & interdum quas tulit ante
rates.

Non aliter Bacchus variis prodestque, nocetque,
Vt minus vsurpas, sic minus ille nocet.
Vino forma perit, vino extinguuntur ocelli,
Non secus ardentes quàm necat vnda faces.
Inque suam sumit pestem sibi dextra culillos,
Sustinet, inque suam pocula læua crucem.
Vina scelus suadent, castis virtutibus obstant,
Nullaque Thyrsifero cura pudoris inest.
Testis Pampinei laticis qui pocula seuit,
Siue Chamigenitor, seu fuit Erigones.
Cui non Pentapolis flammæ nocuere, bibisse
Largius, immanis criminis ansa fuit.
Vnica nec rarò mortales enecat vua,
Crateres magni tollere non poterunt?
Corporis at facilis foret hæc iactura; sed ipsi,
Dum corpus perdit, pestis adest animæ.
Ergo suum qui nomen amat, vitamq; tueri,
Is Bacchi fugiat munera, tutus erit.
Et quicumque docet blandum vitare Lyæum,
Vt serues animam, te docet, vtque decus.
Quantum vita tibi chara est, & gloria, tantum
Debes, qui vita, vina venena docet.

Index



INDEX CAPITVM

totius Operis.

CAPITA LIBRI PRIMI.

- CAPVT I. **V**Inum natura bonum hominiquē
potus conuenientissimus, abu-
su pessimus euadit. Temulen-
tiæ modernæ detestatio breuis.
- CAP. II. Quid Ebrij, quid Sobrij, quid Temeti
atque Temulentiaē voces importent.
- CAP. III. Principia, fontes, & origines Temulen-
tiæ. adiuncta sub finem solutio cu-
riosaē quæstionis.
- CAP. IV. Temulentiaē definitio.
- CAP. V. Temulentiaē partitio multiplex.
- CAP. VI. Quantum, & quando peccatum E-
brietas?
- CAP. VII. Quale monstrum temulentus vino ma-
didus plus nimio?
- CAP. VIII. An ad excessum potus, quod causantur
inertes quidā, vi naturæ impellamur?
- CAP. IX. De turpitudine ac noxis Temulentiaē
generatim.
- CAP. X. Ecclesiastica Respublica, & orthodoxa
Religio, à Temulentia non exiguū,
hoc ipso sæculo accepit detrimen-
tum.
- CAP. XI. Temulentia nationes integras, Regna,
Respublicas, populosas vrbes dele-
uit. Temu-

INDEX

- CAP. XII. Temulentia exercitus instructissimi,
iam propè parta victoria protriti.
- CAP. XIII. Plurimos Temulentia dignitatis gra-
du deiectos.
- CAP. XIV. Varię ex Temulentia nęnię ac nuge,
quas plęriq; Temulenti edunt.
- CAP. XV. Qui ex mero caussari tot possint inc-
ptię.
- CAP. XVI. Scurrilitas Ebrietate commissa, o-
mnem non rarò ex istimationem
tollit.
- CAP. XVII. Immò & infamia, quamuis vulgò a-
pud nos non putetur, è Temulen-
tia fluit.
- CAP. XVIII. Bonorum abliguratio, è Temulentia
plerumq; secuta.
- CAP. XIX. Temulentia corporibus humanis de-
formitatem inducit.
- CAP. XX. Graues, varij, ac perennes morbi è
Temulentia promanant.
- CAP. XXI. Perpetua vini appetentia & sitis quasi
continua, caussantur abs Temu-
lencia.
- CAP. XXII. Iurgia, lites, & vulnera, è Temulentia
oriri plerumq; solita.
- CAP. XXIII. Temulentia quamplurimos interfe-
cit.
- CAP. XXIV. Immò & suosmet enecat authores Te-
mulentia.
- CAP. XXV. Brutis assimilat homines Temulen-
tia, & ijs quadamtenus deteriores
efficit. Non

CAPITVM.

- CAP. XXVI. Non modò corpus; quin & animum haud exiguis afficit incommodis Temulentia.
- CAP. XXVII. Sensibus oppressis, animum expugnat Ebrietas,
- CAP. XXVIII. Amentia & furor Temulentie pedissequi.
- CAP. XXIX. Temulentia recludit abditissima quæque animi secreta.
- CAP. XXX. Temulentia vitijs omnibus ianua aperit.
- CAP. XXXI. Luxurie mater ac nutrix est Temulentia.
- CAP. XXXII. Virtutum omnium dissipatrix est Temulentia.
- CAP. XXXIII. Temulentia priuat hominem omni interna ac spiritali iucunditate.
- CAP. XXXIV. Animæ vita spoliat hominem Temulentia, atque illa est gratia diuina.
- CAP. XXXV. Animam Dei capacem Temulentia mutat in speluncam & latibulum Dæmonis.
- CAP. XXXVI. Temulentia, si vllò alio peccato, Deus quàm maximè blasphematur.
- CAP. XXXVII. Temulentia quædam quasi Idolatria.
- CAP. XXXVIII. Temulentia Dæmoni vendit hominis animam.

Temu-

I N D E X

- CAP. XXXIX. Temulentia toties in æternæ mortis discrimine ponit hominem, quoties plenè se inebriat.
- CAP. XL. In æternas demùm gehennæ flammâs præcipitat Temulentia.
- CAP. XLI. Epilogus libri primi.

Finis capitum libri primi.



CAPITA LIBRI SE- CVNDI.

- CAPVT I. **E** Ncomium Sobrietatis.
- CAP. II. Illustre sobrietatis exemplû, Christus noster Seruator.
- CAP. III. Sobrietatis exempla ex sacris deprompta scripturis.
- CAP. IV. Exempla sobrietatis pauca quædam, è sanctorum historijs.
- CAP. V. Alia quædã plurimùm è prophanis Authoribus excerpta sobrietatis exempla.
- CAP. VI. Omnes circumstantiæ adiacentes Temulentia, dissuadent eam.
- CAP. VII. Rei familiaris decoctio, & pauperum defraudatio à temulentia absterrent
Detri-

CAPITV M.

- CAP. VIII. Detrimēta quę ex Temulentia oriuntur, sobrietatis nos admonent.
- CAP. IX. Vitę abbreviatio, & mortis acceleratio, Temulentiam exosam reddunt.
- CAP. X. Cū peccata in Ebrietate commissa nequiquam culpa vacent, meritō ab ea desistendum.
- CAP. XI. Omnium virtutum, præcipuē castitatis ruina, Temulentia nos faciat meritō infensos.
- CAP. XII. Grauisimā in Temulentiam comminationes irę diuinę.
- CAP. XIII. Temulentia symposium in inferno soluendum.
- CAP. XIV. Facillima method^o ac ratio, qua haud grauatim possis à Temulentia cōfuetudine abduci.
- CAP. XV. Temulentia remedium primum; *Frequens consideratio mortis ac nouissimorum.*
- CAP. XVI. Remedium secundum; *Mortificatio inordinatę appetitionis vini.*
- CAP. XVII. Remedium tertium; *Verbi Dei sedula auditio & lectio.*
- CAP. XVIII. Remedium quartum; *Frequens piorum operum, orationis præsertim exercitium.*
- CAP. XIX. Remedium quintum; *Breuitas delectationis è Temulentia percepta cum sequentibus tormentis comparata.*

††††

CA

INDEX

- CAP. XX. Remedium Sextum.
*Perennis ac caelestis illius Cōiuij medi-
 ratio.*
- CAP. XXI. Remedium Septimum.
Fuga potatorum, & helluonum.
- CAP. XXII. Temulentorum effugium primum;
*Ab Exemplis Noe & Loth desum-
 ptum.*
- CAP. XXIII. Temulentorum effugium secun-
 dum; *Ex illo Ioan. 2. Et cum inebri-
 ati fuerint, &c.*
- CAP. XXIV. Temulentorum effugium tertium;
à Diuo Augustino reiectum.
- CAP. XXV. Temulentorum effugium quar-
 tum; *ab eodem D. Augustino explo-
 sum.*
- CAP. XXVI. Temulentorum effugium quin-
 tum; *è Seneca mutuatum.*
- CAP. XXVII. Temulentorum effugium sextum;
*ab improba vulgi opinione, de osori-
 bus nimii vini.*
- CAP. XXVIII. Temulentorum effugium septi-
 mum; *ab iis detortum, qui sobrieta-
 tem amplexi, è viuis breui excessere.*
- CAP. XXIX. Temulentorum effugium octa-
 uum; *ab amicorum ad potum vr-
 gentium instantia.*
- CAP. XXX. Temulentorum effugium nonum;
*à confusione & pudore recusantium
 bibere.*
- CAP. XXXI. Temulentorum effugium deci-
 mum;

CAPITVM.

mum; ex eo quòd Ebrietas paruum
sit peccatum.

CAP. XXXII. Temulentorum effugium vndeci-
mum; à facilitate recuperationis
valerudinis, ab Ebrietate lesa.

CAP. XXXIII. Temulentorum effugium duodeci-
mum; à vulgi auiditate in vinum.

CAP. XXXIV. Temulentorum effugiũ decimum
tertium; ab Inueterata Ebrietatis
consuetudine, quasi in naturam
versa.

Finis capitum libri secundi.



CAPITA LIBRI TER- TII.

CAPVT I. **D**Eploranda Germanorum Te-
mulentia.

CAP. II. Portentosi vinorum lurcones aliqui
recensiti.

CAP. III. Fœminæ quoque interdum enormes
vini potatrices.

CAP. IV. Magni bibones, qui hausto licet copi-
osissimo vino, non tamen inebri-
antur.

†††† 2 CAP.

INDEX

- CAP.V. De iis, qui ne bibendo inebriantur, præsumptis antidotis effectum volunt.
- CAP.VI. Variæ temulentorū sectæ & societates.
- CAP.VII. Malè agi à Magistratu, tolerâte quosdam perpetuos helluones.
- CAP.VIII. Iudicium de tabernis ciuicis, quas alicubi nominant BIBITORIAS OFFICINAS.
- CAP.IX. De abusu tot poculorum aureorum atque argenteorum, tam diuersis, ac monstrosis formis.
- CAP.X. An benè faxint & cum laude, qui nimii potus vsum, ad certam ac temperatam mensuram, iureiurando sibi, aut voto, vel obligationis alicuius vinculo adimunt.
- CAP.XI. Num probentur, qui inter pocula res arduas in consultationem adducunt aut disputationem?
- CAP.XII. Natura & effectus nimii vini.
- CAP.XIII. Natura & effectus vini moderati.
- CAP.XIV. Quantum obsit vini potio matutina, fortioris præsertim, atq; exotici.
- CAP.XV. De coactione ad potum.
- CAP.XVI. De ritu vina bibendi, coronandi atq; propinandi.
- CAP. XVII. De grandioribus cyathis, à duobus tribusvé, in circum epotari consuetis.
- CAP.XVIII. De poculis, vno tractu seu spiritu ebibendis. CAP.

CAPITVM.

- CAP. XIX. De votiuis haustib⁹, pro fanitate Regum, Principum, Dynastarum.
- CAP. XX. De stationibus bibitoriis, quæ fiunt mensa sublata.
- CAP. XXI. De nocturnis comessationibus.
- CAP. XXII. Veterum ritus, in diluendo vino.
- CAP. XXIII. Consilium præsentaneum, quæ te in conuiujs, vbi largius potatur, conseruare sobrium possis.
- CAP. XXIV. Quomodo sub epulis, tum aliàs quæque bibendum, vt fanitas conseruetur.
- CAP. XXV. Sacrorû Antistites ac Ministros, Clericos præcipuè, sobrietatem decere.
- CAP. XXVI. Pœnæ, ebriosis sacerdotibus atq; clericis statutæ à Concilijs & Pontificibus.
- CA. XXVII. Reges, Principes, Magistratus, vino sobriè vti oportere.
- CA. XXVIII. Exempla sobriorum Principum.
- CAP. XXIX. Vini vsus mulieribus olim aut nullus, aut planè exiguus.
- CAP. XXX. Adolescentibus & pueris, vini potus non parum est noxius.
- CAP. XXXI. Virilis ætas quoq;, vino moderatè vti debet.
- CA. XXXII. Senectuti præcipuè vini potus congruit.
- CA. XXXIII. Festi dies agendi sobriè.

Finis Capitulum libri tertii.

†††† 3 CA-

INDEX



CAPITA LIBRI QUARTI

- CAP. I. **L**aus & utilitates Temperantiæ cibi.
- CAP. II. Abstinentia ciborum Exempla è sacris literis.
- CAP. III. Eiusdem virtutis Exempla, ex rebus gestis quorundam sanctorum.
- CAP. IV. Prophanæ abstinentiæ cibi Exempla.
- CAP. V. Gulæ detestatio.
- CAP. VI. Gula cur & quomodo cauenda?
- CAP. VII. Gulosi belluones quomodo puniti, è sacra scriptura liquidum fit.
- CAP. VIII. Gulosorum portentosa quædam historia, variis ex authoribus collecta.
- CAP. IX. De nomine Conuiuij.
- CAP. X. De iætaculo, Merenda, comestatione, quanquam & de hac superius quoq; nonnihil dissertum.
- CAP. XI. De prandio & cœna.
- CAP. XII. Exercitationes corporis, prandio atq; cœnæ, sanitatis emolumento quàm maximo præmitti.
- CAP.

CAPITV M.

- CAP. XIII. De abbreviandis moderandisque
prandio atq; cœna.
- CAP. XIV. Liceatne Christianis conuiuia agi-
tare?
- CAP. XV. Plurimorum peccatorum occasio-
nes conuiuuiis inesse.
- CAP. XVI. Conuiuia Clericis & periculosa, &
aliquando insuper prohibita.
- CAP. XVII. Qua ratione conuiuia sine peccato
adiri queant, præsertim à clericis?
- CAP. XVIII. Liceatne Laicis interdum, liberius
indulgere conuiuuiis & sympo-
siis?
- CAP. XIX. De execrando luxu pluralitatis fer-
eulorum.
- CAP. XX. Aliquot sumptuosissimorum con-
uiuatorum historiz.
- CAP. XXI. Ante, inter, & post conuiuia, quid
veteres laudabiliter egerint?
- CAP. XXII. Qui, & quot ad conuiuuium inui-
tandi?
- CAP. XXIII. Inter cõuiuandum vitandi sermo-
nes impuri, piaq; colloquia sub-
introducenda; nõnunquam ob-
seruanda Taciturnitas.
- CAP. XXIV. Detractiones a conuiuuiis expellen-
dæ.
- CAP. XXV. Modestia seruanda in comestioni-
bus.
- CAP. XXVI. Ritus itidem moderandus in ho-
nestis conuiuuiis.

INDEX CAPITVM.

- CAP. XXVII. Fœminarum conuersatio & familiaritas nimia, præsertim clericis & sacerdotibus fugienda.
- CAP. XXVIII. De Musica conuiuuiis adhibita.
- CAP. XXIX. De spectaculis, histrionibus, Mimis.
- CAP. XXX. De scurris & morionibus.
- CAP. XXXI. De vrbanis, facetis, lepidis, falsis, festiuis conuiuatoribus.
- CAP. XXXII. De alearũ lusu conuiuantibus per familiari.
- CAP. XXXIII. De choreis ac saltationibus.
- CAP. XXXIV. De honestis animi relaxationibus, lætitiæque moderata.
- CAP. XXXV. Descriptio temulenti conuiuii ex Diuo Ambrosio Epilogi loco adiecta.

Finis Indicis Capitum.



IN-



INDEX AV-
THORVM, TVM SA-
CRORVM, TVM PROPHA-
norum, quorum Testimonia iuxta
diuinas literas, hoc opusculo, suis
quæque locis allegata
reperies.

A	<i>S. Ambrosius.</i>
<i>Abalon Eremita.</i>	<i>Ammianus.</i>
<i>Aeneas Syluius.</i>	<i>Andreas Baccius Me-</i>
<i>Elianus.</i>	<i>dicus.</i>
<i>Agidius Albertinus.</i>	<i>Antonius de Gueuara.</i>
<i>Aeschylus Græcus.</i>	<i>Angelus Politianus.</i>
<i>Alexander ab Alexan-</i>	<i>Angelus de Clauasio.</i>
<i>dro.</i>	<i>Anton. Panormitanus.</i>
<i>Albertus Magnus.</i>	<i>S. Antoninus.</i>
<i>Albericus.</i>	<i>S. Anselmus.</i>
<i>Alexis comicus Græc.</i>	<i>Antisthenes Philosoph.</i>
<i>Albertus Crantzius.</i>	<i>Græcus.</i>
<i>Aicoranus Turcicus.</i>	<i>Arnobius.</i>

Tri-

INDEX

- | | |
|--|---|
| <p><i>Aristoteles.</i>
 <i>Aristophanes.</i>
 <i>S. Athanasius.</i>
 <i>Athenaeus.</i>
 <i>S. Augustinus.</i>
 <i>A. Gellius.</i>
 <i>Ausonius.</i>
 <i>Auicenna.</i>
 <i>Auentinus.</i>
 <i>Auerroes.</i></p> | <p><i>Brufonius.</i>
 <i>Budeus.</i></p> |
| B | |
| <p>B <i>Crista Mantua-</i>
 <i>nus.</i>
 <i>S. Basilius.</i>
 <i>S. Beda.</i>
 <i>Benedictus Pererius.</i>
 <i>S. Bernardus.</i>
 <i>Berosus.</i>
 <i>Beroaldus.</i>
 <i>Biblia sacra.</i>
 <i>Boëthius.</i>
 <i>S. Bonaventura.</i>
 <i>Bocattus.</i>
 <i>Breuiarium Romanū.</i></p> | <p>C <i>Julius Caesar.</i>
 <i>Canones Aposto-</i>
 <i>lorum.</i>
 <i>Cassianus.</i>
 <i>Catullus.</i>
 <i>Capitolinus.</i>
 <i>Cato.</i>
 <i>Calius Rhodiginus.</i>
 <i>Casarius Arelatensis.</i>
 <i>Caesar Baronius.</i>
 <i>Chrysostomus.</i>
 <i>Cicero.</i>
 <i>S. Clemens Alexandri-</i>
 <i>nus.</i>
 <i>Clemēs Hierosolymita-</i>
 <i>nus.</i>
 <i>S. Clemens Romanus.</i>
 <i>Cimachus.</i>
 <i>Chrysippus.</i>
 <i>Cheramon Philosophus</i>
 <i>Græcus.</i></p> |

Con-

A V T H O R V M.

Conradus Lycosthenes.	Democritus.
Cornelius Tacitus.	Diogenes Laërtius.
S. Cyprianus.	Diotogenes.
S. Cyrillus Alexandri- nus.	Dion Nicæus.
S. Cyrillus Hierosoly- mitanus.	Dion Cassius.
Concilium Agathense.	Dionysius Areopagita.
Concilium Carthaginē- se IV.	Dioscorides.
Concilium Laodicense.	Diodorus Siculus.

E

Concilium Maguntia- cum.	E Gnatus.
Concilium Nannetense.	Epietetus.
Concilium Toletanum III.	Epiphanius.
Concilium Babilonense.	Erasmus Roteroda- mus.
Concilium VVormati- ense.	Eusebius Emyssenus.
Concilium Turonense.	Eutychianus Papa.
Concilium Treuerense.	Eustathius.
Cuspinianus.	Euripides.

F

D ecretum Gratia- ni.	F lavius Vopiscus.
	I. Florus.
	Fichardus.
	Frat-

INDEX

Franciscus Petrarcha.

Franciscus Puteus.

Franciscus Toletus.

Festus Pompeius.

Frontinus.

Fulgosius.

G

Galenus.

S. Gregorius Magnus.

S. Gregorius Nyssanus.

S. Gregorius Nazianzenus.

S. Gregorius Neocaesarensis.

Gregorius Turonensis.

Guilielmus Gratarolus Medicus.

Guilielmus Baldesanus.

Guido Bituricensis.

Gratianus.

H

Hesiodus.

Herodotus.

Hermolaus Barbarus.

Henricus Stephanus.

Hermippus Comicus

Græcus.

Heracitus Philosophus.

Historia Tripertita.

S. Hieronymus.

Hippocrates Medicus.

Horatius.

Homerus.

Hugo Victorinus.

I

Innocentius tertius Pontifex.

Iamblychus Græcus.

Ioannes Stobæus.

Ioannes Climachus.

S. Ioannes Chrysostrum.

Ioan-

A V T H O R V M.

<i>Ioannes Combesius.</i>	<i>Lazarus Soranzius</i>
<i>Ioannes de Promyard.</i>	<i>Laxius.</i>
<i>Ioannes Boemus.</i>	<i>S. Léo Papa.</i>
<i>Ioannes Pictorius Me-</i>	<i>Levinus Lemnius Me-</i>
<i>dicus.</i>	<i>dicus.</i>
<i>Ioannes Curio Medi-</i>	<i>Lilius Gregorius Gy-</i>
<i>cus.</i>	<i>raldus.</i>
<i>Ioannes Carion.</i>	<i>Liuius.</i>
<i>Iouianus Pontanus.</i>	<i>Lucilius.</i>
<i>Iosephus Iudæus.</i>	<i>Lucretius.</i>
<i>Isidorus Hispalensis.</i>	<i>Lucianus.</i>
<i>Isidorus Clarus.</i>	<i>Lucanus.</i>
<i>Isocrates.</i>	<i>Lucius Apuleius.</i>
<i>S. Iustinus Philosophus</i>	<i>Ludouicus Viues.</i>
<i>ac Martyr.</i>	<i>Ludouicus Blofius.</i>
<i>Iustinus historicus.</i>	
<i>Iuuenalis.</i>	
<i>Iulius Cæsar.</i>	

L

L *Antianus Firmia-*
nus.
S. Laurentius Iustinia-
nus.
Laurentius Surius.

M

M *Acrobis.*
Marcus Maru-
lus.
Marcus Varro.
Martialis.
Martinus Nauarrus.
Michael Verinus.
Menander Græcus.
Mu-

INDEX

Musonius Græcus.

Petrus Maffei.

Persius.

Pelbartus Themisua-
riensis.

N

Nicephorus Calli-
sus.

Philo Iudæus.

Phocylides Græ-
cus.

Nilus Abbas.

Nicolaus de Lyra.

Philemon Græcus.

Nonius Marcellus.

Philostratus.

Nonnosus scriptor vi-
ta SS. Henrici &
Kunegundis.

Platina.

Plinius.

Plutarchus.

Plautus.

O

Olaus Magnus.

Plato.

Possidius, quem alii
Possidonium.

Orosius.

Polycrates.

Origenes.

Polybius.

Ovidius.

Politianus.

P

Paulus Diaco-
nus.

Pomponius Mela.

Prosper.

Petrus Chrysolo-
gus.

Procopius Gaze-
us.

Propertius.

Quin-

AUTHORVM.

Q

Strabo.

Sigebertus.

Socrates.

Vincilianus.
Quintus Curtius.

T

R

Rabanus Maurus.

Raufius Textor.

Richardus de S. Vi-
ctore.

S

Saluianus.

Seneca.

Seuerus Sulpitius.

Silius Italicus.

Simeon Metaphra-
stes.

Sozomenus.

Sophocles.

Solinus.

Suetonius.

Statius.

Tertullianus.

Theodoretus.

Theophylactus.

Theognis.

Theocritus.

S. Thomas Aquinas.

Thomas Stapleto-
nus.

Tilmannus Breden-
bachius.

Terentius.

Tibullus.

Titus Liuius.

V

Valerius Maxi-
mus.

Varro.

Vel-

INDEX AVTHORVM

Velleius Paterculus. Volaterranus.
Vegetius. X
Virgilius. X
Vincencius Beluacensis. X Enophon.
Xiphilinus.

Nota Lector,

Plerosque hos authores, appella-
tos iis duntaxat nominibus, quibus
communiter à Scriptoribus
vocari solent, omisis
aliis consultò.



DE



DE TEMVLEN-
TIA ET EBRIE-
TATE.

LIBER PRIMVS.
PRÆFATIO IN LI-
BRVM I.

AM supra lucis affatim datum no-
stro, qualecunq; tandem illud censue-
ris, opusculo; nec non & eius libro
primo. perspicua tamen, & facilio-
ris intelligentia causa, reclusis per priora capita
semulentia fontibus, hæc superaddo.

Bonum duplex agnosco, ex Aristotele & Mo-
rali sapientia; Publicum & Priuatum. Illud
in duplex iterum secernitur bonum, quod tam in
Sacra quam Politica Republica conquiescit.
Alterum in tribus, Fortunæ scilicet, Corporis
atque Animi dotibus, vim suam exerit. his isthæc
appono perennia bona, cœlitus communicata, &
æternam felicitatem.

A Per:

Peruidendum itaque, ut singulis per ordinem officiat, quam detestamur exitialis Temulentia, atque ita Medicorum manu ductu, quasi Thesei quodam filo vitij huius naturam, causas originemque expiscabimur.

CAPVT I.

Vinum natura bonum, hominiq; potus conuenientissimus, abusu pessimus euadit. Temulentiae modernae detestatio breuis.



E vino, & eius tùm vsu bono, tùm illaudato abusu dictaris, primùm Etymologia nominis discutienda venit.

Vinum unde dictum. cur $\delta\iota\upsilon\omicron\varsigma$.

In Cratylo.

Lib. 2. Dip. nosoph. ca. 1.

Diuina bonita in cre. ando vino.

VINVM itaque à VI deductum, Latini quidam volunt, quod immodicè potum, innata facultate, vim animo inferat. $\delta\iota\upsilon\omicron\varsigma$ verò græcè dictum ab $\delta\iota\upsilon\omicron\varsigma$, quæ veteribus vitis erat. vel $\alpha\pi\omicron\tau\epsilon\delta\delta\upsilon\eta\sigma\epsilon\omicron\varsigma$, id est, ab vtilitate & emolumento. Platoni nominis proprietatem reddenti, vinum $\delta\iota\omicron\upsilon\varsigma$, vocari perplacet; eò, quod mentem nostram cogitationibus impleat; vel certè intellectum suo veloci spiritu celeriter afficiat, atque ad operandum impellat. Vnde Athenæus, nec malè, virium ingenii tormentum, vocat vinum.

Quod autem æterna illa atque infinita Bonitas, quæ se modis omnibus ad communicandum alijs effundit, nobilem ad eò creaturam, quæ vinum, ab initio produxerit, suæ in homines clementiæ certissimum statuit Argumentum: nam non solum eorum necessitati & frugalitati prospexit satis; sed vltèrius progressa, delitijs quoque, vinum suppeditando

tando voluit inferuire. Aquæ potu natura certè contenta vixisset, vt ex primis ante diluuium constat sæculis, cum ea paucis, cum modicis, cum facile parabilibus acquiescat. Verùm vt lautius, patris instar indulgentissimj filios educaret, benignissimus ille Deus, generosum hunc nobis liquorem, euidētissimo paterni amoris testimonio temperatè ac sobriè, iuxta naturæ exigentiam, concessit vtendum.

Encratitas quidem olim hæreticos, testis est Epiphani⁹, vini vsum omninò detestatos. *Vino, inquit, omninò non vtuntur; diabolicè esse inuentum affirmantes, & bibentes iniquos esse ac peccatores.* quæ ex obtuso & inerto cerebro fluens blasphemia, & à maiorum nostrorum solertissima vetustate iamdudum explosa, vt à nobis decutiatur atque refellatur denudò, pretium non est operæ. Quis. n. tam in immensam illam bonitatem, quæ in principio omnes produxit creaturas, ex se internè bonas, iniurius esse velit, vt eam aliquid, quod in se malum sit, creasse putet? quid à summo bono, nisi bonum emanare queat? hoc vno telo illa confoditur impietas. *Vidit- que Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona.* Vinum ergò natura bonum ad humanam vtilitatem creauit Deus, vt *letificet cor hominis*, adstipulante Regio vate: vt virium robur laboribus dissolutum, debilitatum ac fractum, reficiat: vt tristem spiritum ossa exiccantem abigat: vt animum ad quæuis ardua fortiter suscipienda, vigore suo exhilaret, erigat, atq; confirmet.

Quod autem plerique homines (paucos eximo abstemios) ita vini potu recreentur; quod anhelis faucibus, nullum ita sitiant liquorem, præter vini; id reor caulæ est, si veterum Græcorum authoritati deferimus: Nam hominis ac vini natura, incre-

*Lib. 2. hæ-
ret. 47.
Hæresis vni-
nū abomi-
nata.*

Genes. 1:

*Psal. 103:
Cur vinū
à Deo da-
tum?*

*Vinum ho-
minis na-
ture quàm
simillimū.*

dibilem quandam inter se similitudinem habent, atq; cognationis æqualitatem. Ac vinum quidem potum, si Galeno credimus, *minimam requirit alterationem, vt homini assimiletur.* mirum hoc ac nouum; sed quæ probatum?

ὁμοιότατος ἀνθρώπου οἴνω πλὴν φύσιν.

Natura vini & hominis est simillima:

Citante & interpretā te Henrico Stephano in Ientēiis Poëtarum Gracoriū.

Inquit Alexis Comicus. at cur simillima? quo in cardine paritatis agitur similitudo?

Necesse siquidem vtrunque deferuescere,

Necesse sordes despumare plurimas.

Et asperum esse postmodo. at vergente iam

Ætate, defæcarit aliquis si bene,

Residere & esse potui aptum denique

Gratumq; reddi tempore reliquo.

Sapientia quippe, longo variarum vsu rerum, decursis multorum annorum spacijs comparata, senectutis comes plerunq; est indiuiduus.

Antiphanes quoq; in hanc ipsam, ex alio tamen capite ac fonte, sententiam concedit.

Apud Sto- bæū Serm. 18. de consuetudinibus

Σφόδρ' ἐστὶν ἡμῶν βίῃ οἴνω προσφερέει,

ὅταν ἢ τὸ λοιπὸν μικρὸν ὄξει γίνεται.

Est nostra vino vita quam simillima:

Acescit, est cum reliqua parua portio.

Homini ad vinum naturalis appetētia.

Ita sanè nobiscum agit natura, subacida quodammodo fit senectus, quæ per seipsa morbus est.

Quorsum ista veteres? Cur humanæ fluxui naturæ vinum ad eò affine doctum? vt homini naturalem quandam vini appetentiam inesse docerent; cum ea, quæ communi iure communem aliquam mutuo participent æqualitatem, & quasi proportionem, naturali quadam attractione, inuicem sibi cupiant vniri. Vinum itaque cum sit liquor omnium

sua-

suauissimus, ac præcipuum, vires celerrimè roborans, humanæ vitæ subsidium, vtpote spiritus omnes, præcipuè vitales, illicò confortans; cunctasque membrorum, tum facultates, tum functiones laboribus imminutas reficiat, quid mirum, si veteres illi Latini plantam, quæ fructum profert, vnde vinum exprimitur, VITEM, quasi VITAM dixerint? Nam si eius vsum Temperantia condiat, tum ad alendū, tum ad augendum vigorem, ac proinde animum, quoque, ac vitam ipsam, eo nihil est commodius, nihil efficacius, nihil præstantius. Itaque à naturali hominum inclinatione vinum non erit alienum; quin ei quàm maximè conuenit.

Ea verò est nonnullorum, pecuinis voluptatibus deditorum, peruersitas atque malitia, vt rebus creatis, quibus diuina dispositione ad indiuidui conseruationem, ad corporis refectionem, ad animorum laxationem vti ritè ac licitè possent, ad illecebras, ad cupiditatum titillationes, ad libidines explendas, corruptissimè abutantur. Cui corruptelæ si quippiam aliud, certè vini potum, in hac nostra præsertim Germania subiacere, meridiana luce clarius apparet. Inuenias enim omnium ordinum homines, qui exuberantibus & crapulosis, ne dicam planè portentosis meri potationibus, ita sint addicti, vt merito dicere possis, eorum VIVERE, aliud nihil esse quàm BIBERE. reperias ganeones, popinones, lurcones, helluones innumeros, qui agminatim, ceu concathenati, dies & noctes genio indulgent, annos integros, nulla nisi somni interpolata mora, ganeando, popinando, lurcando, helluando, velut ad partum abiecta animantia bruta, ita perditè transmittunt, ac si ad eiusmodi à natura planè facti, atque effecti esset. Quin etiam deposita omni grauitate Germana, animo, dictis, factis, non Christianæ, sed Epicureæ

Vitæ à vitæ dicta.

Conquestio de moderna Temulentia.

cureæ se Philosophiæ, vorando atque potitando, sectatores palàm profitentur: cuius illud indignum homine, ne dicam Philosopho, peruulgatum dogma. EDE, BIBE, LVDE, ET CVM TE MORTALEM NORIS, PRÆSENTIBVS EXPLE DELITIIS: POST MORTEM NVLLA VOLVPTAS. quo quid damnosius? quid ad euertendas Respublicas accommodatius? quid ad exterminandas omnes veræ virtutis fibras aptius? quid ad explananda pietatis semina? quid ad turbanda & violanda omnia, tam diuina quàm humana iura? quid ad omnem flagitiorum sentinam excitandam, atque introducendam idoneum magis?

*Epicuri
Philosophia.*

*Priscorum
Teutonum
sobrietas.*

*Libro de
plantatio-
ne Noë pro-
pè finem.*

Non sic maiores nostri, non sic prisci Teutones, homines vitæ integritate, bellica fortitudine, rebus domi ac foris præclarè gestis celebres, non sic, inquam, vino utebantur, imò non sic vino abutebantur, vt non tam vinum propter ipsos, quàm propter vinum ipsi, nati esse, cuiquã videri, iure potuissent. Quapropter illorum seculo, vt præstantissimi Doctoris, Philonis Iudæi verbis vtar, Poëtæ historicique ac reliqui Musicæ studiosi florebant, qui non aures deliniebant rithmis, demulcebantque: sed quidquid in mente fractum luxatumque fuerat, excitabant: item quidquid concinnũ, adaptabant ad naturæ virtutisq; organa. Nostra verò ætas fert cocos, cupediarios, & vnguentarios, magna curiositate, nouum semper aliquem saporem formam aut odorem comminiscens, in gratiam sensuum, vt Imperatorem suum oppugnent, intellectum. Sed quorsum ista commemoro? vt ostendam etiam merum, non in eodem nunc quo olim vsu esse. nunc enim vsque ad animi corporisque languorem potant, absque respiratione bibetes. & ultra pincernas vrgentes indignantesque il-

lis

lis cessantibus, & deliramentum illud Homericum, scilicet bibendi certamen, conuiuuiis suis representant. Hæc Philo. cuius verba nō incongruè excipit Diuus Augustinus. Et ideò vos, inquit, qui pro Dei amore hoc tantum bibitis, quod oportet; & quod ebriosis in terra perditur, à vobis in cælo per eleemosynam reponitur, non vobis sufficiat, quod vos honesti ac sobrii estis; sed quantum potestis, ita castigate & corripite ebriosos, vt eis nunquam liceat, vobis presentibus, amplius bibere, quam oportet; vt dum ipsi sobrietatem diligitis, & alios per vestram admonitionem ab Ebrietatis perditione reuocatis, non solum pro vestra, sed etiam pro aliorum salute, duplicia vobis præmia, in æterna beatitudine præparetis. huc vsq; Augustinus. Cuius ardentissimæ cohortationi, vtinam & nos primùm exemplo nostro, tūc postea verbis, alios ad virtutem sobrietatis inflammando morem geramus: illud intimis animi votis exopto semper; alterum spectat præsentis opusculi labor. penitus nunc rem ipsam aggrediamur.

Serm. 232.
de Temp.

CAPVT II.

Quid Ebrii, quid Sobrii, quid Temeti, atque Temulentiaæ voces importent.

Quoniam eiusmodi nominibus perquam sæpè ac frequèter vtendum erit, atq; vt ipsius rei definitionem, nominis quoq; saltem qualiscunq; adumbratio, methodi ratione ad amussim obseruata præcurrat; *Ebrius* ac *Sobrius*; *Ebrietas* item ac *Sobrietas*, ad inuicem opponuntur. Et *Ebriam* quidem, inde dictum putat Macrobius, quasi è ratione motum turbatumque; satis longè petita, meo iudicio, nominis proprietate. *Ebrietatem*, illam turbatam

Lib. 3. Saturnal.
Quid Ebrius?
Quid Ebrietas?

batæ mentis affectionem; quandoquidem cerebro incalescente nimio mero, ita rationis atque intellectus impeditur vsus, vt quasi colligatis, impotens, manibus, nec mouere se ad operandum quippiam, nec alias animi potentias, nec sensus gubernare, nec imperare quicquam possit, sed consopita oppressaque, & veluti penitus emortua iaceat. Cõstat enim, intellectum inter omnes animæ facultates, clauum instar nauium gubernatoris, moderari, & eadem, qua auriga, in regendis equis currui iunctis, vt intra orbitas rotarum flexū contineant, ac rectā trahant, potestate vti. Fac vt nauigij gubernator, vt auriga, somno correpti dormiant: obstaculū pone vt currum alter dirigere nequeat; experieris illicò, quàm lentè, quàm turbatè, quàm vagabundè incessuri sint ac tracturi equi: impedimentum obijce, ne clauum nauarchus moderetur, & videbis illicò nauem in medijs herentem vndarum fluctibus, vagam & incertam, siue cautibus scopulosis allisam, siue periculosis & immanissimis demersam syrtibus. Consimili ratione, effectum da bibendo, vt cerebrū, quod rationis est sedes, atque habitatio, spissis ac densis euaporantis vini fumis, totū ac penitus oppleatur, & suffusa quasi caligine, intellectus naturale lumen, cimmerijs quibusdā tenebris obfusctetur, experieris tū demū, omnes animi facultates distractas, & sua sedē conuulsas ac pulsas, in incertum, nunc has nunc illas in mētis egritudines, & illaudatas cupiditates incursum. Hinc in Prouerbiū abiit apud Græcos: τὸν οἶνον οὐκ ἔχων πρὸς ἀλῆα. *Vinum non habere clauum.* idēq; propterea; quod Ebrietas nihil cõsultè, neq; moderatè vel dicit vel facit. Obruitur enim ratio, quæ clauo vice, sobrios moderatur, & gubernat. Huc & illud Ouidianum pertinet:

Nox

*Intellectus
in anima
quasi gu-
bernator
in nauis,
auriga in
curru.
Simile,*

*Erasm. A-
dag. Chi-
liad. 2.
Centur. 3.*

Nox & Amor Vinumque, nihil moderabile suadent,
 Illa pudore vacat, liber Amorque metu.

Non prætereundum isthic, quod Ebrius & Ebrius differant; & quoad ipsam rem, non parum quidem. Ebrius is est, qui nimio potu mente alienatus est. *Ebriosus* qui assuevit Ebrietatis vitio. *Ebrius differt ab Ebrioso.*

De Ebrioso sic S. Ambrosius: *Ebriosus is est, qui dum absorbat vinum, mala ebrietatis consuetudine, absorbetur à vino, abominabilis fit Deo, despicitur ab Angelis, deridetur ab hominibus, destituitur à viribus & virtutibus, confunditur à Dæmonibus.* *Libro de Penitentiâ.*

Pari ratione Ebrietas & Ebriositas distinguuntur: *Ebrietas* enim causam, id est, vinum respicit: *Ebriositas* vitij consuetudinem. *Ebrietas item est Ebriositas.*

Temetum verò, à priscis, ac primis illis Latinæ linguæ inuentoribus, dictum affirmat Varro, merum ac purum vinum: id est, quasi *Tentet mentem*; vt *Temetum* sit idem, quasi *tentans mentem*. *Temulentia* verò, quasi *Tentatio mentis*. Hinc Aristoteles: *Sub passione temulentia, homo patitur iudicii detrimentum: facit ea quippe hominem ignorantem & se, & agenda omnia, impeditque consilium rationis, & mentis oculos omnino perstringit, atque obuolat.* Vnde nomen *Temeti* quàm optimè vino conuenit: nec minus bellè quadrat Ebrietati, verbum *Temulentia*, quid enim hominum mentes tentat magis? quid ad omne flagitium & scelus? quid ad ruinam procliuius impellit, atque celerius, quàm Ebrietas? huius itaq; nominis *Etymon*, rei quadrare aptius, quàm prioris illius, clarum arbitror. *Varro de re rustica. 2. Politicorum.*

Illud denique hic obiter monendus venis, ex *Athenæo*; *Temulentia* nomen apud veteres Græcos, non in malam semper, ac vitiosam significationem.

Proverb. In
vino veri-
tatis.

detortum idē potissimum, in communi antiquita-
tis Proverbio: *δὴν ὁ ἀλήθεια*. *Vinum veritas*, quasi vt
interpretantis Athenæi verbis vtat: *Vinum affluen-*
tius potum, promptos reddat, animoque imperterritos,
ad nudam simplicemque prodendam veritatem. Et hoc
quidem, si non tantus erat vini excessus, vt rationis
vsus omninò tolleretur, sed integer permaneret, ca-
lore duntaxat vini aliquantulū excitatus. At verò,
vt est comparatum humanum ingenium, quod ad
extrema semper tendit, relictis medijs: hæc in vitiū
ita progressa est mediocritas, vt non iam *Vinum Ve-*
ritas, sed *Vinum Feritas* potius quædā bestialis apud
nostrates dicenda sit. Ista de nominibus, nunc rei o-
rigo perquirenda.

CAPVT III.

*Principia & Origines Temulentia. adiuncta cu-
riose cuiusdam questionis solutio.*

PHilosophorum aliquantis per terminis, ac do-
cendi modo, vt licebit, spero bona cum lecto-
ris venia lucem id, quam tractamus rei, afferet
non exiguam

Materia
Temulen-
tia.
Super cap.
5. Epist. ad
Galat.

Temulentia materiam vestigas? *Est omnis, qui in-*
ebriat potus; seu naturæ vi productus, seu artis ministe-
rio factitius. haultū hoc ex Diuo Hieronymo. *Ebrie-*
tas autem, ait ipse, tam ex vino, quam ceteris bibendi
generibus, quæ vario modo conficiuntur, potest accidere.
ex quo & de sancto dicitur: Vinum & Siceram non bi-
bet. Sicera interpretata est Ebrietas. Et ne quis Vinum
non bibens, aliud putaret bibendum, exclusa causatio est,
dum omne quod inebriare potest, cum vino pariter au-
fertur. hæc ille. Quare in priori genere porus natu-
ralis,

ralis, principem locum, vsus communis testimonio, tenet vinū. in hoc altero, potus artificialis, aut Mulsum, aut Cereuisiam statuat quisque, pro palato suo: id enim in dubiū vocare atque controuersiam, non nostrum: Cauponibus potius, atque pincernis, relictum esto. Hoc verò quidquid est ficerę, & liquoris, vsq; ad ebrietatem potabilis, quod materię nomine complexi sumus, ex natura sua bonū est, à Deo est.

Formam eiusdem vitij indagat? Malitia est, ab immoderata nimiaque, reuera rationi, ac natura necessitati aduersante, vini potione, originem ducens: hæc enim Téperantię ac sobrietatis iura violans, id quod alioquin hominis naturę congruit, vt potum sumere, Temulentię peccatum constituit.

Forma Temulentię.

Subiectum, seu animi potentiam, cui vitium hoc insit, & quodammodo morbi cuiusdam instar, inhæreat, perquiris? Est Appetitus, quem vocant sensitivus, qui nisi à ratione, tanquam fræno coërcitus, retrahatur, in ea quę sensibus obiecta sunt, ac patient, indomiti ad morem equi, aut cornupetę Tauri, pronus dilabitur.

Subiectū.

Authorem eius atque inuentorem mali, quod in Temulentia latet, primum ac summū queritas? Demon est: Is enim primos parentes nostros, in beatissimis illis horti paradyfiaci, atque amœnissimis, sedibus positos, veneno Gulae infecit, quę Mater est Filie non minus nociuę, Temulentię. Quod si coruus malus malum semper ouum progignit; si vt Poëta canit; Non procul à proprio stipite poma cadunt, recogita quid non mali, quod non infortunium, quam non perniciem, Gula illa prima, non solūm ipsis, qui eam primò experti sunt, sed & toti hominum generi pepererit, & Temulentię, ex ipsa prognatę, noxas ac

Author & Inuentor.

per-

perniciem, non difficili assequeris coniectura. Hęc principia hi fontes Temulentia.

Ni tibi videar, ad araneæ telam retim venatoriam hęc attexere, de origine vini iucunda quæstio mentem pulsat. age quidquid id rei sit, non erit importunum: siquidem de vino differatur, nec à loco nec à re alienum erit, quod proferre paro.

Quæstio, an vinea vitis, vinumve fuerint ante Noë tempora. Genes. 9.

In quæstionem quis non absurdè possit adducere; *An vinea, vitis vinumque extiterint, creuerint, pota fuerint, ante diluuii exterminium?* Ac ne absq; fundamento temerè videar ambigere, Neganti parti sacra quodammodo scriptura fert opem, sic apertis loquens verbis: *Cœpitq; Noë vir Agricola exercere terram, & plantauit vineam; bibensque vinum inebriatus est.* de nullo id hominum ante Noë tempora legitur. Vnde si non firmo Argumento, saltem probabili collectione, concludi posse quidam existimarunt, nec vinearū cultum, nec vitium plantationem, nec vini potum, ætatem illam, qua hæc gesta sunt, præcessisse.

Solutio, affirmando.

Omitto varias variorum, ad hanc quæstionem solutiones, obscuris quibusdam ænigmatibus inuolutas. vnam adduco Procopij Gazæi, vetustissimi atq; præclarissimi, diuinarum scripturarum interpretis, quæ alias omnes concinna breuitate, non minus, quàm clarissima perspicuitate superat Ergo ad rem, sic ipse: *Vitis quidem ante diluuium in orbe fuit, vinum autem ignorabatur, cuius inuentor fuit Noachus. hinc accidit vt vini repertor ebrietatem experiretur primus. At si vinum erat ante diluuium, quid sit quod non memorie proditum sit, quis eo vsus fuerit? Fortassis non eitra diuinam prouidentiam, nec carniū nec vini vsus, ante diluuium frequentatus est. Si enim vt docet Scri-*
ptura.

Commentarior, in Genes. c. 9.

ptura, tanta dementia fuit illorum mortalium, ut aquis domandi fuerint: quid euenisset, si carniū & vini vsus fuisset cognitus: profecto nemo illorum ferociam compe- scere, aut refranare potuisset. Ceterum vi diuina oratio- nis, quæ in rerum primordio deprompta est, scilicet, Germinet terra herbam virentem, etiamnum vitis pro- Genes. 3.
diit, cum omnia essent presenti inundatione ablata, & dissipata. hæc ille, succinctè quidem sed benè, Itaque ob auctoritatem tanti viri, & eius doctrinæ, cum ve- ro similitudinem, acquiescendum ducimus, nec in- dagine vltiori, ad eruendam veritatem opus esse, arbitramur, ad alia manum protensuri.

CAPVT IV.

Temulentie definitio.

Temulentia seu Ebrietas, græcè μεθην, à græco verbo μεθύω, quod idem est, atq; inebrio, tam ingens, tam turpe, tam nociuum est vitium, ut ab authoribus, verborum & epithetorum nunquam satis, excogitari atq; effingi potuerit, quibus noxas, ac turpitudinem eius, execrarentur. eam proinde tam variè definitā inuenio, ut quid inter tam mul- Varie de-
scriptiones
Temulen-
tie.
ta seligendum, quid alteri præferendum, diuersita- te definitionum vix constet. Ergò nonnullæ saltem breuiter delibandæ, alijs aliæ relinquendæ.

Communiter itaq; ab ijs, qui summam ac certa methodo conscientie casus pertractant, sic describi- tur. Ebrietas est priuatio vsus intellectus, facta ad ali- quod tempus, ex immoderato potu vini, vel cuiuscunque alterius rei potabilis proueniens. ab hac non admodū discrepat, quam affert a Isidorus. Ebrietas est, per quam menti quædam sui obliuio generatur. Vehemen- Ita S. Anto-
ninus. in sua
summa tit.
6. de Gula.
cap. 1.
Caietan. in
sum. verbo
Ebrietas.
Syluest. v.
Ebrietas.
tius

Tab. Incarnat. in Scrutinio sacer dotali. a lib. 3. Etymolog.

b Serm. de ieiun.

tius de ea loquitur *b* Petr. Chryfologus. *Ebrietas*, inquit, est mater litium, furoris genetrix, petulantiae Magistra, hanc qui habet, homo non est. Et post pauca. *Hac enim est rabies voluntaria, inuitatus hostis, illecebra honestatis, & pudoris iniuria.* Verborum tamen acrimonia in hoc vitium, omnes præit B. Augustinus.

Serm. 232. de Temp.

Ebrietas est, inquit, *blandus Dæmon, dulce venenum, suave peccatum, quam qui habet, seipsum non habet, quæ qui facit, peccatum non facit, sed ipse totus est peccatum.*

Epistola ad quemdam comitem.

Ad sacras Virg.

Et alio in loco. *Ebrietas est fomes libidinis, quo per carnes vaporantur interna viscera, animus ignescit, ac totus diffluit.* Rursum: *Ebrietas est flagitiorum mater omnium, culparumq; materia, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, subuersio sensus, tempestas lingue, procella corporis, naufragium castitatis, amissio temporis, insania voluntaria, ignominiosus languor, turpitudine morum, dedecus vitæ, honestatis infamia, animæ corruptela. huc vsq; ille, quo, an quis plura, in depingenda breuiter temulentia, aut grauiora possit afferre, vix video.*

Author in-nominatus

Omnia demùm quæ de temulentia laconicè dici possent, vno quasi fasciculo colligata, pereleganti hoc versu cape:

*Ebrietas commune malum, suauissima pestis;
Hæc mea per titulos fama feretur, ait.
Illæ ergo terrarum domitrix, Regina malorum
Quæ clarum toto nomen in orbe gero.
Dux scelerum suprema vocor, vitii q; magistra,
Nil nisi dulce malum, nil nisi dulce nefas.
Mors animi, gratusq; furor, blandumq; venenum
Morborum placidus fons, & amica lues.
Curgulio, fundi barathrum, censusq; vorago:
Vltio sum præsens ipsaq; pœna mihi.*

Syrtis,

Syrtris, hydrops, Syren, Scylla, insatiata Charybdis;
 Grandior & furis omnibus, esse feror.
 Nam quæ gestarum mihi surgat gloria rerum,
 Notum est Eois occiduisq; plagis.
 Nullus erat seuis vnquam bellator in armis,
 Qui dederit gelidæ millia plura neci.
 Nemo tot impune cædes, tot funera nemo
 Edidit, ac nostræ sæpè dedere manus.

CAPVT V.

Temulentia multiplex.

Vini intemperata potio, quæ, vt diximus, Ebrietatem constituit, non vna est eademq; sed varia, multiplex ac diuersa, pro qualitate excessus, in potando, ac bibentium animo atq; constitutione.

Excessum in potu spectas? Aut is talis est, vt omnino tollat vsu[m] rationis; hinc perfecta euadet Ebrietas: aut solùm calefacto cerebro, aliquantulum turbabitur phantasia, vt præ nimia lætitia gestias, integro tamen permanente vsu[m] rationis, atque inuiolato. hæc imperfecta erit atque vt Caietanus appellat, non plena Ebrietas.

Duplex Ebrietas, perfecta & imperfecta

Hinc benè Procopius: Bisariam enim quis ebrius putatur; scilicet aut cum delirat, & neque mens neque manus, neque pes suum officium facit satis. Sic esse ebriū, culpa non vacat, & peccati maximum est Argumentum. Alter ebrietatis modus est, cum animi mero tantum incaluerint, & hæc ebrietas quoque in sapientem virum cadit.

In summa v. ebrietas Comment. in Genes. cap. 9.

Nec dissimile, quod in hanc ipsam sententiam Philo Iudæus disputat. Queritur ergo, inquit, vtrum sapiens inebriabitur? Est itaque duplex ebrietas. Altera Lib. de plantar. Noë circa vino finem.

vino madere significat, altera vino delirare. Qui autem hanc questionem tractant, alii negant, vel nimio mero vsurum sapientem, vel deliraturum ob pocula; alterum enim horum esse peccatum; alterum peccati causam. Vtrunque alienum à boni viri officio. Alii concedunt bono viro indulgere poculis, sed delirare præ vino, non itè. hæc ille. En geminam tibi, perfectam & imperfectam ebrietatem.

Bibentis constitutionem atque animum consideras? Et hac ipsa via, non minus diuersim continget Ebrietas. Nam si potans, ex quadam corporis imbecillitate, vini tantum, quantum ad sedandam sitim, ex præscripto rationis, ac modi temperantiæ sufficeret, grauatim ferret, atque ita præter voluntatem inebriaretur; Aut si sanus quispiam, nec vini fortitudinem aduertès, nec nimium esse, quod tunc sumit, intelligens, nec animi proposito, quod inebriare se velit statuens, potando tamen, inebriaretur tandem, vt Noë contigit, Ebrietatis quidem ratio esset, quoad ipsum vini potum nimium, non tamen, quoad vitii & peccati malitiam. Quam Ebrietatem imperfectam, vocat Caietanus, Ebrietatem materialem. Iam verò quæ præuisa fuit, & præcognita, & in voluntatis electione, aliquo saltem modo præcessit, nec euitata fuit. Formalem appellat atq; completam Ebrietatem.

Hæc benè intellecta, intimeque animo impressa, plurimum lucis afferent iis, quæ proximo capite sequentur.

CAPVT VI.

Quantum, & quando peccatum Ebrietas.

VT hac Tempestate multos reperire est, qui cōtra synderesis dictamen, rectæque rationis in-

*In sum. v.
Ebrietas.
Nota, quid
ex Caieta-
no Ebrie-
tas mate-
rialis, quid
formalis,*

Minctum, Ebrietatem à peccato vindicare aufint: Ita nec verustas olim, huiusmodi corruptis rerum arbitris, carere potuit. Refert enim S. Hieronymus, & post eum b. Gabriel Prateolus, circa annū à Christo nato 395. pestiferam Agapetarum hæresin excitatā, ab Agape fœmina quadam Hispana, & Elpidio eius marito, atque inter spurcitas complures alias, quibus hæc secta infamis erat, Temulentiam non modò laudi ducebat sibi, sed nec malam, nec vllū planè peccatum esse iactitabat. Id suis attestantem verbis, audite Diuum Hieronymum: *Si quando volunt festiue ac lepidè viuere, vbi se mero egregiè ingurgitauerint, Ebrietati sacrilegium cumulantes, aiunt: Absit vt ego me à Christi sanguine abstinenceam, (quasi dicant, Ebrietas tantum non est peccatum, vt à sacra me comunione excludat) & quam viderint pallentem atq; tristem, miseram atque Manichæam vocant. Et consequenter tali proposito, sobrietas hæresis est.*

Contra impios huiuscemodi, & blasphemos homines, tùm veteres illos, tùm contemporaneos nostros, è scripturis sacris hauitæ, atq; agnitæ veritati, & ipsa quodāmodo luce meridiana clariori, tàm obstinatè repugnantes, grauisimè loquitur Beatus Augustinus: *Ideo enim charissimi, tanta infelicitate se inebriant homines, quia putant, Ebrietatem aut paruum, aut nullum peccatum esse. sed pro ista ignorantia maxime sacerdotes in die iudicii reddent rationem, si commissis sibi populis, quæ vel quanta mala de Ebrietate nascuntur, assidue noluerint prædicare. Qui ergò credit, Ebrietatem esse paruum peccatum, si se non emendauerit, & pro peccato pœnitentiam non egerit, cum adulteris & homicidis, æterna sine remedio illum pœna cruciabit, secundum illud, quod ipsi benè nostis, Apostolum prædi-*

alib. de custodia virginitatis ad Eustoch. lib. 1. de vita & secta hæret. tit. Agapetae. Agapetae hæretici, Ebrietatē nullum esse peccatū sentiebāt. Loco præ allegato.

Serm. 232. de Temp. quæ est 2. de Ebriet. Culpande concionatores Ebrietatem non arguentes.

1. Corin. 6.

B casse.

casse. Neque, inquit, Fornicarii, neque Idolis seruientes, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; auari, neq; adulteri, neque Ebriosi Regnum DEI possidebunt. Videte; Ebriosos cum fornicatoribus & Idolis seruientibus, & masculorum concubitoribus, & adulteris iunxit.

Ephes. 5.

Et illud: Nolite inebriari vino, in quo est Luxuria. Et ideo desinat & deliberet unusquisq; apud se Ebrietatem esse graue peccatum, & tunc aut nunquam, aut difficile, eum Ebrietas poterit superare. Eutythianus

*In decretis
ex Epitom.
concilio-
rum.*

item Papa. Magnum malum Ebrietatis, ex quo omnia alia vitia pullulant Christianis, modis omnib. cauere precipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum esse decernimus, vsq; ad congruam emendationem. Cur excommunicandus quis censeatur Ebriosus, si nullum aut certè paruum est peccatum Ebrietas? Et Sanctus Bernardus. Ebrietas mortale crimē est; Ebrietas graue peccatū est; Ebrietas inter homicidia, Fornicationes & Adulteria reputatur. Ergo, peccatum quod sit temulentia, in dubium amplius non cadet.

*Serm. 25.
ad Sororem.*

Sed quandonam erit peccatum? & si est, quā graue? Id ego, metu calumniæ potissimum, ne me forte nimis rigidum definitorem crimineris, non meis, sed probatissimorum Doctorum testimoniis, ad oculum tibi sufficienter exhibebo.

*In Summa
V. Ebrietas.*

*In Sum.
Tit. 6. de
Gula cap. 1.*

Ea de re, ita generatim & compendiosè Syluester. Quotiescunq; notabiliter leditur vsus rationis, scienter, plerunq; est peccatum mortale. Nec non & S. Antoninus. Si quis, inquit, vsq; ad Ebrietatē bibit, aduertens se nimis bibere, vel potentiam vini sufficientem ad inebriandum colligens, vel hac de re dubitans probabiliter, peccauit mortaliter. Secus si ignorauit potentiam vini, nec nosse potuit vt Noë. Nauarrus hoc modo. Peccat,

qui

qui se scienter inebriat, aut procurat alium inebriari, secundum S. Thomam, quia notabiliter vult nocere alteri, & sibi esse nocumento, cui renunciare non potest, volens se, vel alium priuare vsu rationis. Dixi scienter, quia secus, si id fecit ignorantia qualitatis potus, vel inaduertentia nimietatis eius; quia tunc aut nihil aut totum venialiter peccaret. Idem est de scire debente, vt quia tali vel tanto potu inebriari potuit, & cum bibit, non credendo se inebriatum: non quod iteratio actus ex veniali mortale faciat, sed quia consuetudo facit, vt ille scire debeat, se eiusmodi potu inebriatum iri, quod satis est, secundum Caietanum. hæc ille.

Cap. 23. de Gula n. 121.
Nota Nat. uarrum de consuetudine bibendi.

Distinctius verò, & ad clariorem speciei Explicationem descendens, Angelus de Clauasio & hisce quidem verbis. *Quæritur; Vtrum Ebrietas sit peccatum mortale. R. Quod aut raro contingit, aut assidue. Si raro. Sic distinguo. Aut inebrians se, cognoscit vini potentiam, & suam complexionem dispositam ad Ebrietatem, & tamen magis vult Ebrietatem incurrere, quam à potu abstinere, & sic est peccatum mortale. Aut se inebrians, nescit vini potentiam, & ignorat quod ex tali potu possit inebriari, vel non aduertit; Et sic veniale est peccatum, maius vel minus secundum excessum in potu, & negligentiam in aduertendo. Si verò assidua est Ebrietas, Mortale peccatum est, non propter iterationem actus: quia multiplicatio actuum venialium non auget in infinitum: Sed quia non potest esse, quod homo assidue inebrietur, quin sciens & volens Ebrietatem incurrat, aut saltem omittat diligentiam, quam debet adhibere de necessitate, ne inebrietur, cum habeat tempus deliberationis, reprimendi motus veniales, ne procedant in Regnum peccati.*

In Summa Angelica V. Ebrietas.

Quando peccatum lethale Ebrietas, quando veniale.

Quæstio.
Cui
Nausch
oder
Spiz
quale sit
peccatum?

Porro huic decisioni, aliam quæstionem subdit. *Queritur utrum Ebrietas largo modo dicta, (quæ vernacula nostra lingua, vulgò cui Nausch oder Spiz nuncupatur) qua quis non totaliter priuatur usu rationis, sed bene alteratur: scit tamen quod facit, similiter sit peccatum mortale? R. Absque dubio non excusat à malo, quod in ea perpetratur, ex quo scit quid faciat. Nec etiam credo talem excusari à peccato mortali, qui scienter tantum biberet, ut talem grauedinem incurreret: Tum propter periculum perfecta Ebrietatis; Nam qui se exponit periculo peccati mortalis, peccat mortaliter: Tum quia sine notabili leſione rationis id fieri non potest. In eo autè cui hoc accidit inaduertenter, siue raro siue etiam frequenter, non credo esse mortale peccatum; quia non peccat ex proposito & scienter.*

2.2. quæst.
250. a 1.
Ebrietas
quado nul-
lum pecca-
tum, quan-
do venia-
le, quando
mortale.

Maiori perspicuitate in discutienda quæstione proposita, vitur sanctus Thomas de Aquino, *Immoderatus vini vsus, potest contingere tripliciter. Primo modo, ita, ut nesciat vtens, potum esse immoderatum, nec etiam aestimat, posse inebriare: & sic Ebrietas potest esse sine peccato. Secundo modo. Quando aliquis percipit potum esse immoderatum, non tamen aestimat posse inebriare, & sic potest esse Ebrietas, cum peccato veniali. Tertio modo. Quando quis bene aduertit potum esse immoderatum, & inebriantem, & tamè magis vult Ebrietatem incurrere, quàm à potu abstinere: & talis propriè dicitur Ebrius, & sic Ebrietas est peccatum mortale.*

a Lib. de 7.
peccat. ca-
pitalib. ea-
dè ad ver-
bū ferè ha-
bet Ioann.
Nider in
suo Præce-
ptorio, Præ-
cepto 6. c. 6.

Dilucidissimè & ad oculū quasi, Franciscus a Toletus, sequentes hæc de hac materia proponens Regulas.

I. Regula. *Quando quis sciens, se amissurum vsu rationis, vel inebriatum iri; adhuc tamen bibit, peccat mortaliter.*

II. Re-

II. Regula. *Quando quis sciens, alterum in eandem Ebrietatem lapsurum, ei potum ministrat, peccat mortaliter.*

III. Regula. *Quando quis expertus est alias, sese, vel alium, quoties tanto vel tali potu utitur, inebriari, peccat mortaliter utendo, sumendo, vel ministrando.*

IV. Regula. *Quando hoc fine, nempe ut inebrietur aliquis, potum sumit vel alteri ministrat, mortaliter peccat.*

Omnium istarum Regularum ratio. *Quia hi omnes notabile damnum, sibi aut aliis inferunt.*

V. Regula. *Quando Ebrietas non est perfecta, sed imperfecta, quæ turbat aliquo modo rationem, sed non omnino; tunc est graue veniale.* Huc vsque Toletus. Non dissimilia sunt, quæ iisdem Titulis in Armilla aurea casuum conscientia, Bartholomæus Fumus, Rosella item in summa, & complures alii tradunt, ea itaque tædiose fatietatis metu, nolui huc afferre. Nam ex his quæ dicta sunt, tu nullo negotio, perpen-
pensis hinc inde circumstantiis, Ebrietatem quam-
cunque diiudicabis, mea vltius non indigebis di-
rectione.

CAPVT VII.

Quale monstrum Temulentus, ac vino madidus plus nimio.

Perspecto, ut opinor, satis superq; quid sit Ebrietas; an tibi extra ordinem chorumq; saltasse videamur, si & ebrium, plus satis vino repletum hominem, suis aptè coloribus, periphraستicè depictum, oculis propemodum, ac sensui subijciamus? nō existimo; imò verò, seriem rei quam tractamus

id efflagitare, permulta, nec obscura sunt signa. Veniam dabis, si verba quædam, honestas tuas aures lædendo, incurrant atq; impingant; è variis hinc inde authoribus conquisita sunt; vix aliqua mea de Pharetra exprompta.

Vide Georg. Pistorium, tum in succisibus Læstionibus passim, tum in Dialogo de conuiuio; Item Thomam Stapletonum Orat. Carechet. sexta, de peccatis capitalibus, ex quibus plerag. desumpta.

Quale portentum Temulentus? Monstrum horrendum, informe, ingens, animæ cui lumen ademptum. Rationale animal absq; ratione, sine sensu viuens, & sine vita sentiens; vinum redolens; vinum ructans; vinum crepans, vinum vomitans; vultu, oculis, naribus, ore, vinum spirans.

Quis Ebrius? Quæ Chymæra? Populator vini, doliorum hirudo; Proteus varius, mutabilis Chamæleon, Polypus multiplex, omnia præterquam sobrius, & cachinnus nunc soluitur effusissimo, hinnientis instar equi; mox inconsolabili mœrore, lachrymisque, suas plangit miseras, vlulans velut noctua. Nunc magnanimus vt Hector, fortis vt Achilles; mox ceruo fugacior, damula timidior. nunc vt asinus rudit, mox vt vulpes gannit. nunc vt lupus vorat, mox vt canis vomit, nunc vt porcus grunnit, mox vt leo rugit, clamat, vociferatur, hirco lasciuior, simia stultior, Cercopitheco turpior, asino ineptior. Nunc simulat Curios, mox Bacchanalia viuunt, nunc Democritum agit: mox Heraclitum representat, pauone magis varius, cothurno versatior.

Quis Ebrius? Qualis hydra? Animal vigilando somnians, & vigilando dormiens, cuius venter doliolum, stomachusque in gutture, gula, vocem bibendo amittit, colorem variat, ore anhelat, oculis ignescit, labiis tremat, dentibus fremit; inermis militat, pocula in tela vertit: furor arma ministrat. Labitur gressu, nutat incessu, errat ludicio, duplicata oculis videt omnia, vmbra sępenumero, tanquam foueas & loca prærupta transilit; terra illi dehiscere, circumgy-

cumgyrari, circumq; moueri omnia videntur, pedes & manus debito carent officio, Paralyticum aut comitiali morbo prostratum, imò arreptitium potius, ac Dæmoniacum putes, cum reluctando, calcitrando, clamitando, boando, inter seruulorum atq; ancillarum manus, nec sanus corpore, nec animo liber, omnium rerum sensu luxatus, ad lectum ægrè, summaq; cum difficultate raptatur.

Quis Ebrius? qualis cum vino plus nimio mader, bestia? Sanctus id referat Hieronymus. *Homo viuens, mortuus atque sepultus.* & alibi. *Qui vomit vt bibat, bibit vt vomat; digestio ventris & guttur, vno eodemq; occupantur officio.* O egregium, pro porculorum haris, architriclinium, exclamat quidam,

Quis ebrius? quàm bellus homulus? Sanctus definiat Basilius. *Idolum & simulachrum gentium: Oculos habet & non videt; aures habet & non audit; manus habet, & non palpat; nam & familiarissimos sæpè ignorat, & alienis vt domesticis congregatur, timens in faciem ruit, solum manibus apprehendit, concurrentibus montibus sibi videtur includi; canem si videt, Leonem arbitratur.*

Quis ebrius? quàm præclarus masculus? Cum D. Iohanne Chrystomo loquor. *Mortuus est animatus; Dæmon voluntarius; morbus veniam non habens; ruina excusatione carens; commune generis nostri opprobrium.* Et vt Diui Ambrosij verbis cōcludam. *Mente titubans, oculis lippus, lingua balbutiens, voce cesspitans, pallidus ore, fetens halitu, stertēs, dormiens, clamans, dimicans. Et si quando consurreclum fuerit, stare non valens, gressu vacillans, ad terram defluens.*

Hęc de temulentorum fēdis moribus; quę si non omnia in singulis, communiter tamen omnia, in variis

Epist. 83;
Et in cap. 1.
ad Galat.

Georg.
Pist. dial.
4. succo.
lect.

Homil. 14.

Homil. 1.
ad popul.
Antioch.

Lib. de
Helia &
Leinn, c. 12.

riis ebriosis inueniri, testis est experientia. Ergo quis talé se velit? quis tam ab humanis, & forma & moribus, fieri cupiat alienus? quis adeò mentem atque rationem omnem exuere, ac belluinum adeò, atque ita turpem ac fœdum, vulrus, oris, gestus, ac vocis, aufit habitum assumere? Quicumque es, qui te tam pudenda morphosi liberatum vis, & immunem, perspecta temulentorum Moria, nimiam potus ingurgitationem, cane peius & angue, fugias, est necessum.

CAPVT VIII.

An ad excessum potus, vi natura impellamur?

EO dementia quorundam temulentorum progressa est audacia, vt vulgò iactitare non vereantur, indubitatum id esse, si non omnes aliarum nationes, Germanam certè, ad potum, ad luxum, ad ebrietatem, à natura esse comparatam; quam et si furca expellas, tamen vsque recurret, nec se exterminari patietur, cum quod natura homini in seuit, nulla vi valeat explantari.

Ad Ebrietatem non facti sumus à natura.

Psal. 140

Sed futilissimum esse ac leuissimum, & ad excusandas excusationes in peccatis excogitatum hunc, fuscum, & prætextum, quis non deprehendat? Vitium in causa est, & naturæ imputatur, detestanda vini libido, labem eam Germanis aspergit, & natura incusatur. abusus vini grauius à Deo veritus, omnis mali origo ac radix est; & culpa innocenti naturæ adscribitur. Immeritam taxas, atque calumniarum naturam, iniuriam facis, nisi fortè naturam velis esse, illiberalem, diuturnam, inueteratam consuetudinem, quæ longo vsu, in alteram quasi abierit naturam, id quidem lubens concesserim ego, at ipsis naturalibus, hominum affectionibus, ad eiusmodi exuberan-

berantes potuum ingurgitationes, infusam esse quandam propensionem, quæ suapte ductu, eos ita sensim ad Ebrietatem deuehat, vt inebriari euadat penitus naturale, id quis toleret? Vox hæc & homine rationis cōpote, nedum Christiano est indigna, Falleris, non natura hoc agit, sed ferox, sed indomitus, sed rationis iugum excutiens, *Appetitus sensitivus*: naturæ hominis non conuenit, nisi quod à recte rationis dictamine est profectum.

Quod si hoc Germanorum duntaxat adstruas naturæ, quid de Gallis? quid de Italis? quid de Hispanis dices? aliamne, ac distinctam ab illa, habebunt isti naturam? hæccine illorum, quæ vna illa naturali caret inclinatione, qua tu es præditus; an verò tua, quæ eam habet, erit perfectior? addo. hominis in se natura, vicissitudini obnoxia esse non potest. Si ergò primis illis ætatibus, ante repertum vini vsum, naturalis illa hominibus non inerat passio, seu appetitio in vinum, cur postea? Audi Boëthium.

*Felix nimium prior ætas,
Contenta fidelibus aruis,
Nec inertis perdita luxu,
Facili quæ se a solebat,
Ieiunia soluere glande:
Nec Bacchica munera norat,
Liquido confundere melle.*

Fortè tunc Germani non erant, at nescis quàm egregiam laudem priscis illis Teutonibus Iulius Cæsar tribuerit, eò quod vini potū noluerint permittere, ne luxu diffuerent, & immergi delitiis, ab hostibus vincerentur? Tuum ipsius esto iudicium. Quin etiam, argumento, quod sumam ex ore tuo, veritas euincetur Inter omnia animalia vastorum corporum, nulli natura tam paruum os dedit, in-

*Argumenta
probantia
hominem
non impelli
ad nimium
putans
à natura.*

*Lib. 2. de
consolat.*

*Solutio
tacite obie-
ctionis.
Lib. 2. de
bello galli-
co.
Cur homo
tam paruum
os habeat.*

tuitu corporeæ molis, ac magnitudinis, vt homini, Cur illud? Scito naturam innuere velle; imò ad id solùm propendere atque inclinari, paruo cibo, exiguo & necessario solum potu, què oris exiguitas, què angustia stomachi capiant, vtendum esse. Idq; magis eò, quòd bestia, ad pastum licet abiectæ, & ad saginam corporis, nunquam tamen in potu, quamcunq; violentiam, vt compellas adhibueris, iustam excedere soleant mensuram. Ergò id hominis naturæ multò minus conuenire oportuit.

CAPVT IX.

De Turpitudine ac noxis Temulentia generatim.

DE singulis Temulentia nocuentis, atque infami turpitudine, seiunctim acturi postea, hoc capite quædam generatim, eadem de re, præmittemus, arhæ loco.

Et si inprimis, quæ humanis corporibus ex Ebrietate creantur mala spectemus, tot ea sunt, vt vel ab ipso Mercurio, numerus iniri vix queat. hinc Dio-

Lib. 5. c. 7. Vini inglu- uies corpo- rum nocet, ut pote infini- tus causans morbos.

scorides: *Omnis Ebrietas, præsertim iugis ac continua- ta, est perniciofa; quoniam nerui copioso vino, diebus singulis obsessi, dant manus, totiusque corporis compago soluitur.* Et sanè ita rem agi, nobis ipsa ratio persua- det: nam haud dubiè plus nocet corporibus inglu- uies, & intemperantia vini quàm cibi. Siquidem po- tus omnes meatus confestim penetrat, atq; incostus venas subit, neruosq; ac cerebrum tentat. Cibus ve- rò tenacius in ventriculo hæret, donec concoqua- tur, qui si oneri est, minimo negotio vomitu excuti- tur, quod non æquè naturæ procliue est in potu; Ar- gumèto q; canes ac feles, si veneno medicatas offas, aut buccellas, deuorasse contingat, irritata ad excre- tionem

tionem naturæ facultate, quod noxium, nulla molestia eijciunt. id in liquidis ac potu, factu difficillimum. Vino igitur impleto stomacho, si non electum fuerit aut concoctum, quod superfluum est, quin hinc inde in omnes corporis partes dispersum, infinitis morbis ac malis segete administrat, fieri non potest. Benè ergo de vino nimio Philem. autor græc⁹.

Ἄπας πονηρὸς οἶνος ὃ πολὺς ἐστ' αἰεί.
Nimium vinum omne semper est malum.

Apud Sto-
bium ser.
18. de in-
continent.

Malum, inquã, corpori non solum, sed & animo. ad stipulatur Plinius. Ebrietas obumbrat sapientiam, Vigorem animi proscindit, rei ac fame dispendia maturat, memoriam interimit, linguam ac pedes ab officio dimouet, libidinem inducit, atque omnem virtutem in exilium proscribit. Et alio in loco. Iam vero quæ vasa adulteriis calata, tanquam per se parum doceat libidines Temulentia. Ita vina ex libidine hauriuntur. Et si diis placet, conducitur alius, ut quantum biberit tantum edat, Et precium vinolentia lege accipit. Alius quantum alea quaesierit, tantum bibit. Tunc auidi matronam licentur oculi, tunc animi secreta proferuntur: Alij testamenta sua nuncupant, alij mortifera loquuntur, reditusque per iugulum voces non continent, quàm plurimis ita interemptis; vulgoque veritas iam attributa vino est. Interea ut optimè cedat, solem Orientem non vident, in multam stertentes lucem, ac minus diu viuunt. Hinc pallor ac genæ pendulæ, oculorum, vlcera, tremulæ manus, effundentes plena vasa. Et quæ sit pœna præsens, furiales somni & inquietas nocturna, premiumque summum ebrietatis, libido portentosa, ac iucundum nefas. Postera die ex ore halitus fatentes, ac ferè omnium rerum obliuio morsque memoria. rapere se ita vi-

Lib. 23 c. 1
Intempe-
rancia vi-
ni & ani-
mo quoque
haud parum
obest.
Lib. 14.
Histor.
Natur.
cap. 22.
Multiplex
libido è
Temulen-
tia.

tant

Serm. 231.
de Temp.
qui est 1. de
Ebrietate.
Damna
quæ fiunt
ex Temu-
lencia, ve-
censentur
à S. Patri-
bus.

Lib. de sa-
lutaribus
docum. ca.
37.

Lib. de He-
bra & ie-
iun. cap. 12.

Canon. 48.

tam prædicant, cum priorem diem quotidie perdant. *Ista prolixè satis, & verè Plinius, Faciunt huc quoque Diui Augustini Testimonia. Ex Ebrietate lites & rixæ nascuntur, inde diuersis & horrendis saltationibus membra torquentur; inde adulteria, & nonnunquam homicidia perpetrantur. Et quoties nimium potum accipiunt, tanquam in Paralyfin resoluti, dum suis pedibus ambulare non possunt, foedissima latera, aliorum manibus portantur ad lectum: Et est in illis oculorum caligo, vertigo, fatigatio, & dolor capitis, suffusio vultus, membrorum omnium tremor, animæ ac mentis stupor.*

Et alibi in eandem sententiam: *Annuncia quæso tuis, in domo tua subiectis, quod plerique per vinum homicidia, & fornicationes perpetraverunt, nec ipsam mortem recusauerunt. Alii per vinum, à Daemonibus capti sunt. Nec est aliud Ebrietas quàm manifestus Daemon. Ebriosus putat se aliquid optimum gerere, cum fuerit ad precipitia deuolutus. Per vinolentiam, armatur ad conuicia proximorum, & immutatur mens eius, & lingua balbutit: huiusmodi enim vir cum bibit vinum; bibitur à vino. S. Ambrosius quoque: Non habes quod incuses vinum; in iucunditatem creatum est ab initio, non in Ebrietatem: Bibas illud moderatè, vt sis sobrius; Exultatio animæ & cordis est, si moderatè bibas, immoderatio autem potus iracundiam concitat, & ruinas multas efficit.*

Concilium denique Turonense, Caroli Magni temporibus celebratum, Ebrietatè, easdem ob causas, veritam seuerissimè voluit. *Ebrietatem, ait, & crapulam, fideles sectari non debere, Dominus in Evangelio auctor est, qui suis auditoribus ita præcipiens; Attendite, inquit, ne grauentur corda vestra in Crapula &*

Ebrie-

Ebrietate, quæ vitia modò apud homines nullius momenti esse putantur: Sed quanta mala de illis generantur, facile non potest comprehendi. generantur enim de iis quiq; noxiores corporum morbi, vt Physiçi attestantur. Ad statum quoq; mentis euertendum quantum noceat Ebrietas facile deprehendi poterit; quippe cum penè omnium malorum, quæ ab hominibus raptim perpetrantur, causa sit & origo.

Si horù, quæ recensita sunt, malorù lernã, vno quasi obtutu aspeçtare velis, vt alia quàm plurima breuitatis ergò prætermittamus, hosce Georgij Pictorij, Medici præstantissimi, versus legito.

In dialogo
de Ebriet.

Immoderata meri rabies, mala tristia morbi

Concitat, & nullis rebus discrimina ponit.

Inducit subitas mortes, & tristia fata.

Laxat corporeos nexus, præcordia soluit.

Polluit & sensus, caput & geniumq; modestum.

Vina nocent cerebro, faciunt quoq; pectora cæca.

Ingenium frangunt nitidum, mentesq; viriles,

Insanos faciunt homines, sine lege modoq;

Ebrietas Venerem stimulat, lumbosq; salaces,

Incitat ad luxum, facit & petulantia corda.

Ebrietas mores frangit, linguasq; loquaces

Efficit, ac mentis secretum sæpè recludit. hæc de no-
cumentis dicta summatim.

Quanto autem apud sapientes in probro fuerit, eius turpitude, is facile nouerit, qui vel modicè, in euoluendis veterum historiarum monumentis desudauit. Vnum atque alterum hic appono Testimonium, ex Æliano, vt prolixitatis molestiam euitem. Zenonem Zittensem, refert ipse, in summa uerecundia pretioq; habebat Rex Antigonus, accidit igitur, vt ali-

Turpitude
Ebrietatis.

lib 9. de
varia hist.
vt ali-

vt aliquando vino supra modum impletus obuiam Zenoni fieret; quæ Rex temulentus exosculatus est, atq; amplexus; petiitq; vt sibi quid imperaret, & interposito temerè iuramento, iurauit se præstiturum, quidquid postulasset. Abi inquebat Zeno, non Rex, sed canis, euome; graui sapientique reprehensione, temulentiam eius taxans, ac reprehendens, ac simul præcauēs, ne nimia commessatio crapulaq; ei detrimento essent. Haud pauld eiusdem generis aliud affert Plutarchus. Nam cum Geminius in Asiam missus esset ad Antonium Triumuirum, qui Cleopatraz amoribus tunc victus regebatur, vt daret operam quò cum Octauiano redintegrari amicitia posset, atque in mutuam concordiam rediretur, vocatus ab Antonio in conuiuium, atq; præsentè Cleopatra, mandata exponere iussus, nulla aut ipsius amplitudinis, aut Cleopatraz præsentis ratione habita: *Quæ tibi, inquit, Antoni dicere iussus sum, cum sobrio, non cum ebrio, qui tu nunc es, & alio loco quàm vbi nunc sumus, tractanda sunt; liberrimè inculans atq; taxans turpissimam in Antonio Ebrietatem.*

*Homil. 71.
ad popul.
Antioche-
um.*

Quare haud immeritò S. Ioannes Chrysostomus: *Agnosce quale sit monstrum temulentia, & cogitatione ventres temulentorum rescinde, & videbis magnam intus congeriem, sordidissimam Cloacam, fetidum sepulchrum, eructationes faculentas, fastidiosos vomitus, euacuationes ventris sursum atque deorsum simul. Quisquis itaque honestatis ardore inflammatur, à spurcitie huius turpissimi vitii, se integerrimis animi conatibus auertat; atq; eos, qui ipsi cernuntur immergi, ne tanquam contagiosa lue corripatur, velis remisq; fugiat.*

CAPVT X.

*Ecclesiastica Respublica & orthodoxa Religio,
à Temulentia, non exiguum, hoc ipso seculo,
accepit detrimentum.*

Anchoras hic tollimus, & immensum malorum
pelagus ingredimur, quorum seminatrix, au-
strix, & nutrix ebrietas.

*Bonum duplex, iterùm moneo, statuit Moralis Phi-
losophia. Publicum & priuatum. Prius illud, primum
in sacra Religionis orthodoxæ; deinde in ciuili po-
litiâ cernitur. Priuatum verò tripertitum; Fortuna,
Corporis atque Animi. lædit ebrietas tam publicum
duplex, quàm priuatum triplex bonum; perdit for-
tunæ bona; officit corporis bonis, animi bona dis-
sipat penitus, omnia suo patèscunt ordine, nunc de
bono publico, Religionis primùm, sermo.*

*Nulla pestis, diuino si Platoni credimus, adeò in-
festa est atq; exitiosa Rebus publicis, vñ ebrietas, quæ pri-
mo congressu ad euertendam hominum communem so-
cietatem, & harmoniam disciplinæ confundendam, sum-
mos afferat ac validissimos conatus. Nam siue temulenti
sobrius dominantur, seu vinosos abstemio Magistratui
subditos committas, imperio coercendos, perinde fit, infi-
ma summis & summa infimis haud magna interiecta mo-
ra, commiscebuntur. rem ita esse, nec secus, vtinam
experientia plusquam certa, hoc ipso calamitosissi-
mo seculo summo communis patriæ detrimento,
edocti non fuiffemus.*

AIoue, atq; à Religione si exordiendum, quis erit
ignarus perniciæ, quam ebrietas, paulò antea quàm
nos lucem aspiceremus, maiorum nostrorum xta-
te, toti inuexit Germaniæ? Principiò enim, cū auita
Reli-

*Hæc licet
in præfa-
tione dicta,
lucis ta-
men ergò
repetun-
tur.*

*Lib. 1. de
legib.*

*Temulen-
tia Religio-
nem Ca-
tholicam
labefacta-
rit.*

Religionis corruptores, effreni Paradoxo illo, *Nul-
lū peccatū esse, quo homines à Dei regno exclusi, in aeter-
nos ignes conicerentur, excepta sola infidelitate, si quis
Christum pro se passum, salutem sibi acquisivisse, nollet
credere, cum, inquam, incautos, licentiosus huiusce-
modi, ac pestiferis conciuiculis, quasi Circeō quo-
dam poculo dementassent, & carni ex se petulcæ, at-
que ad indulgendum cupiditatibus propensissime,
habenas affatim laxassent, ebrietati demū ac lu-
xui, omnisq; generis nefariæ libidini recluso aditu,
amotisque verecundiæ repagulis, ostium aperuissent,
turmatim potui sese ac genio plerique mancipaue-
runt, tam nobiles quàm ignobiles: Nec enim ante
illa tempora, vel ipsis attestantibus tanti mali fune-
stis incentoribus, tanta morum corruptio, tanta fla-
gitorum lues, tanta potationum ac commestatio-
num, ac tam impunis frequentia, vspiani visebatur,
arridebat libertas illa omnibus, demulcebat cupi-
dissimos voluptatum animos, illecebrarum leno-
ciniis, ad se, Magnetis cuiusdam instar, attrahebat,
simplices, ac fraudis parūm præcios, improvidos-
que, ac cæcutientes Teutones, vt huius elcæ illecti
suauitate, hamum æternæ perditionis, interitu suo
avidissimè glutirent. Crediderim ego, Nouatorum
sectas alioquin paucissimos habituras fuisse affeclas,
ni plausibile vexillum, tam amplæ LIBERTATIS,
castrorum suorum vestibulo præfixissent,*

Cæptum inde mollior ac suauiter viuere, sym-
posia conuiuialia crebrius agitari, solenniori ritu vi-
na coronari, potui ac epulis liberius indulgeri, effu-
sissimæq; ac gestienti lætitiæ, vbique theatra extrui
ac referari. alter alterum cum vino iam cerebrum
benè incaluisse ad amplexandam nouam illam, iu-
cundam atq; amabilem Religionis normam, cohorta-
taba-

tabatur: hic verò, vt est humanum ingenium, ad noua temper, quàm ad vetera propensius, manum dabat, stipulabatur, illam Fidei normam acceptabat, ad quam ebrietate semota, ac sano, vigentiq; iudicio, tam ardua re, accuratè, & vt par est perpensa, vix mortis metu adduci potuisset. Sic demùm adminiculante Temulentia, nouum illud, ouo pessimo recens exclusum Euangelium, serpendo sensim, ac mentibus praua cupiditate infectis placidè il- labendo, longè latissimeque se diffudit, ac firmis- simas ra dices egit.

Id verò votis omnibus exoptandum esset, si hoc tantum incendium inter priuatos homines substi- tisset, ac non etiam pariter cum subditis, ipsos Dyna- stas ac Principes, calamitoso exitu conflagrasset. Et Principes etiàm, vt Nouatorum patrocinium susci- perent, eorumque volubiles doctrinas permitterent primùm, ac deinde audirent, amplecterentur, vi et armis defenderent, per Temulentiam, in conuiuuiis, adductos scimus. parcendum honoris causa no- minibus & familiis; sanguine sunt perquam illu- stres, absit enim, cuiquam vel leuissimam iniuriam, dicto facto òne irrogare.

Mihi, necnon & pluribus aliis, retulit primarius quidam, Franconicæ nobilitatis, Eques, raræ sene- ctutis & canitiei, cui vel eò maior fides tribuenda, quod Luthericam doctrinam & ipsemet profiteretur, & Lutherum se sæpius ad populum concionā- tem inaudisse, contestaretur. retulit, inquam, se flo- rente adhuc ætate iuuenem, magno cuidam, & Ca- tholico Imperii Principi, (quem & nomine tenus ipse indicabat, quod consultò subticendum nobis) inseruisse, & quod recensituri sumus, suismet auri- bus & percepisse, & oculis aspexisse. Institutum erat, à duobus aliis, Protestantium confessioni addictis,

Vide ger- manicum libellum D. Friede- rici Sta- phyli. Donn grossen Abfald von den wahren Kirchen Gottes. Notabile Exemplar, quo li- quet, quid temulen- tia sit illa- riu Catholi- ca Respu- blica.

C

Imperii

Stratagemata bibitoria.

Imperii primoribus, splendidissimum, Regali luxu, conuiuium, ad quod vicinitatis & amicitiae causa, tertius ille Catholicus identidem vocabatur, occultus, quod clam institutum erat, ignarus plane stratagematis. Ergo inter accumbendum epulis, ampla hinc inde pocula in circum, e manu ad manum transmissa, epotabantur, quibus infidiosè, callideq; Catholicus ille ut plurimum petebatur, eo consilio, ut largius bibendo, inebriaretur. Successit illorum fraudulenta, & funesta machinatio, ad sententiam, magno plurimorum infortunio, atque Ecclesiae Catholicae ingenti ruina. Surgitur itaq; mensis remotis, statum de more, ulterius bibitur: varia interim per fucum, de Religionis, quam appellabant Reformatione, de publica pace, de Imperii salute, in medium afferuntur: Tum demum Apostrophe ad Catholicum fit, demulcentur blanditiunculis aures, mellea verborum suauitate animus delinitur, aurei montes promittuntur, velit modo & ipse huic sententiae subscribere, nouam ac reformatam Religionem capessere, atq; in sua ditione propalare, renuit ille plusculum; cunctatur, dubitat. Instant isti, urgent, hortantur, incitant, metum excludat omnem, sua, Princeps nimirum Imperii, libertate utatur. Lubricam tandem, vinoq; labefactatam, superauit inconstantiam, istorum importunitas, imò facile persuasibilem temulentiam, vicit, atque ita vicit, ut iuramento, se id actutum & confestim effectui daturum, interposito, fidem suam sponderet. Edormita manè crapula, cum promissi ac iurificandi admonitus esset, ita vehementer doluit, poenituitque facti, ut in stetus & suspiria, miserabili planctu erumperet. Verum, ne periurii nota ipsi aspergi posset, Catholicam & Orthodoxam Religionem, suo sensim loco mouit, & nouam illam, absq; strepitu subinuenxit.

xit. Fertur eum Principem, reliqua vita valdè in Religione dubium, ancipitem, atque varium euassisse, & corporis viribus, pristinaque omnium rerum affluentia & prosperitate, plurimum defecisse; Ac non ita multò pòst, calamitoso fatis exitu ex hac vita decessisse.

En quantum, vel vna Ecclesiæ Dei, nocuit Ebrietas, quot animarum millia in profundum barathri præcipitavit, quanta Romanum Imperium clade affecit. non temerè dixerim, Ebrietatem istam, Imperatoriæ Aquilæ ex alarum altera, præclaram vnâ, atque insigniorem pennam, hoc ipso extraxisse, *quando cum vera atque orthodoxa fide, politica plerunq; obedientia exterminatur.* Res ea nõ eget exemplis, lippis ac tonsoribus nota est.

Age nunc refer animum ad illa, quæ ab eo tempore, quo plusquam ferina licentia, primo loco esse cœpit Ebrietas, passim acciderunt; quanta à vera Dei Ecclesia facta est discessio? quàm grauiataq; intestina bella passa est Germania? quot hominû millia gladio perière? quatum sanguinis effusum? quot aræ demolitæ? quot templa euerfa? quot in stabula, caulas, atque haras, conuersa? quot Monasteria vastata? quot à Turcis hominum Chiliades cæse? quot castra fortissima expugnata? quot vrbes captæ? quot prouinciæ ab iisdem sæuissimis hostibus occupatæ? quorum omnium, si non omninò causa, at certè prima occasio extitit Ebrietas.

Non hîc commemorabo, sed commodiori loco referuatum volo quanta in Rempublicam Christianam damna, si nostram præsertim patriâ intueamur, eorum, qui sacris præsunt, altaris perfunguntur ministerio, docèdiq; è cathedra populi, dignitate

Germaniæ calamitates innumera.

Vide lib. 3. c. 25 & 28.

pollent. temulentia inuexerit, quàm multi temulento ipsorum exemplo, atq; opera, à sobrietatis studio auulsi, atq; in omne vitium & flagitium præcipites acti sint. Lachrymis id potius deplorare, quàm verbis explicare lubet. Gradum istic sistimus ad alia transituri.

CAPVT XI.

Temulentia nationes integras, Regna, Respublicas, populosas vrbes delouit.

Ventum est ad commune bonum, quod ciuili politia constituitur, cui quantum ab Ebrietate damni, nunquam non illatum, Senecam audi.

*Lib. 12.
Epist. 84.*

Cogita, ait ille, quas clades ediderit publica Ebrietas; hæc acerrimas gentes bellicosissimasque hostib. tradidit; Hæc multorum annorum pertinacia, bello defensa mania, patrefecit; hæc contumacissimos & iugum recusantes, in alienum redegit arbitrium: Inuictos enim acie, mero domuit.

*Serm. 231.
de Temp.
qui est 1. de
Ebriet.*

Et sanctus Augustinus: Innumerabiles iugum dominationis diu recusantes, vinolentia in alienum redegit arbitrium. Et post pauca: Quamplurimæ vrbes diu obsessæ, nec captæ, custodibus somno, vinoque sepultis, ab hostibus patrefactæ sunt, & incendiis concremata? Quàm multa ciuium communitates, stabili diu firmitate consistentes, ab hac vna inimica deiectæ sunt? Et

Vinolentia promptissimè in Reipub. perniciem laborat.

fanè itares habet. vorago, scopulus ac bustum Reipublicarum, est Ebrietas. Vbi ea viget, vbi Bacchus imperium obtinet, vbi vino plus satis indulgetur, & genio, animas inertis ocio diffluere, militare robur enertuari, consiliorum promptitudinem obscurari, omne vitium pullulare, libidinem omnem enasci, & quidquid ad publicæ rei momentaneam euersionem iuuat, prodire necessum est.

Hoc

Hoc ipsum, quasi è specula prospectasse, impium Mahumetem, Lazarus Sorantius, in Ottomanno suo scribit. Quod is enim in Alcorano, sectæ suæ complicibus, Turcis, vini usum tam seuerè interdixit, causam videri sibi; Nam cum voluerit legem suam vi & armis, non rationibus defendi; cum vxorum verò multitudine, quibus ipsi ad concessam libidinem vtuntur, militare robur egre seruari posse, vini usu præsertim accedente, solertissimè providebat Mahumetes. quod ergò Venereæ laxauerat licentiæ, Baccho subtractum voluit ac negatum, vt sobrietate, quæ natura sua militarem gignit fortitudinem, quod Venereæ perdunt illecebræ vicissim compensetur. Affirmat idem author; nec dubiū quin verissimè, nam plurimis inter Turcas annis vixit, eos à multo iam tempore cœpisse supra modum effeminari, quod legis suæ limites egressi, generosa vina in delitiis habent. Confirmat id ipsum, quod præcedenti anno Sultanum Mahumetem, modernum Turcarum Tyrannum, capitali pœna proposita, eam ob causam, vini usum denuò sustulisse, compertum est.

Respublicas itaq; cum Temulentia diu stare non posse, si vel vnico probatum cupitis exemplo: Quid Assyriorum Regem vltimum Sardanapalum, & vita & Regno priuauit? Quid ipsam Assyriorum Monarchiam destruxit, & ad Medos transtulit? Annon perditam Sardanapali Regis temulentia? hac enim ita corruptus erat, Iustini verba loquor: vt Arabus eum inuenerit inter scortorum greges, purpuram colorentem, & muliebri habitu, cum mollitia corporis & lasciuiâ oculorum, omnes fœminas anteiret, pensa inter virgines partientem, quibus visis, indignatus Ar-

C 3

Parte i.
nu. 38.
Turci cup
vetitum
vinum.

Mahume-
ri soler-
tia.

Sorantius
eodem lo-
co.

Exersio
Regnorū:

Sardana-
pali effe-
minatus a-
nimus.
Iustin. li. i.
Fulgos. lib.
19. cap. 1.
Guido Bi-
turic. &
alii.

baetus, tali femina, tantum virorum subiectum, tractanti-
que lanam, ferrum & arma portantes, parere, progressus
ad socios suos quid viderit refert: Negat se ei parere pos-
se, qui se feminam malit, quam virum; Fit igitur coniu-
ratio; bellum Sardanapalo infertur. quo ille audito,
non ut vir, regnum defensurus, sed ut metu mortis mulie-
res solent, primò latebras circumspicit; mox deinde cum
paucis & incompositis in bellum progreditur, victus in
Regiam se recipit, & extructa pyra, se & diuitias in in-
cendium mittit, hoc solo imitatus virum. atq; hæc Iustini
verbis.

Germani-
ce nationis
bellicum
robur Te-
mulentia
eneruatū.

At exoticum hoc, ac peregrinum est exemplum,
ais. vicina velim & nostra. age. quod luculentius
aliud huius rei Argumentum cupias, quàm familia-
re, quàm domesticum? vel ipsa nobis, ad proban-
dum, sufficiat Germania nostra, olim quàm bellica
fortitudine celebris? quàm inuicta quàm insupera-
bilis? quantò exteris nationibus terrori? tam clara
priscis illis temporibus, cum sobrietatem necdum
in exilium, super & Garamantos & Indos relegaue-
rat, tamq; potens armorum gloria passim habeba-
tur, ut nullum vbiuis gentium, secundo Marte geri
bellum, nullam expugnari arcem aut ciuitatem,
nullam parari victoriam, nullum ex hostibus Tro-
phæum reportari posse, existimarent, vbi Germa-
norum præsidis non adiuti forent. At nunc iacent
omnia. armorum gloria periit, bellica fortitudo
elanguit, omne robur militare extinctum est. quid
causæ?

*Arce sedet Bacchus, friget contemptus Apollo,
Hic nihil est aliud VIVERE, quàm BIBERE.*

Synan Bas-
saludens
Germani-

Quam nationis nostræ Intemperantiam, ludere
volens & arguere, Synan ille Bassa, qui proditione
Comi-

Comitis Hardecij, Iauarinum cæpit, triumphans *cam nationem.*
 Constantinopolim reuertens, onustos currus rha-
 dasque captiuos Christianis, ante se agebat; quorum
 alij prægrædia vitra cantharosq; , alij chartas aleato-
 rias, protensis gestare manibus cogebantur, in dede-
 cus nostrum; quasi ludendo ac potitando, nostrates
 inexpugnabilē illam munitionem amississent. Vah,
 rabiosi canes illi, sic Germanis nobis, germanis in-
 quam, olim tanta fortitudine, tantaq; armorum glo-
 ria conspicuis, illudant? Quin ergo omni luxu de-
 posito, ad auitæ sobrietatis recuperandam lau-
 dem, omne studium conferimus, ô generosi Ger-
 mani?

Vinum & olim bibitum fuit, non sic verò pru-
 dentissimi, sapientissimè suam Rempub. gerentes
 Spartani, vinum vt nos, bibebant; quorum vnus Le-
 ontychidas, è numero viginti octo procerum, quos
 penes rei summa erat, interrogatus cur tam parcè ac
 sobriè vino vterentur. *Vt pro nobis contra inimicos
 consultare possimus; falsissimè notans, vbi vinofi ad
 Reipublicæ gubernacula sedeant, eam faciliè pessum
 ire. Non sic illi, de quibus hæc Cæsar. Ab eo loco in
 fines Ambianorū peruenit, qui se suaq; omnia sine mora
 dederunt. Eorum fines Neruij attingebant, quorum de
 natura moribusque Cæsar cum quæreret, sic reperiebat:
 Nullum aditum esse ad eos mercatoribus; nihil pati vini,
 reliquarumq; rerum ad luxuriam pertinentium inferri,
 quod his rebus elanguescere animos, & euerti bonum
 publicum existimarent. Nouerant scilicet peritissimi
 rerum æstimatores, vbi temulentia locus est,
 faciliè omnia Iuris, æquitatis honestatisque repa-
 gula perfringi, seditionis flabello omnium tran-
 quillitatem ac pacem, imperuoso quasi turbine
 concuti, omnesque prorsus ciuium fortunas
 deuici,*

*Brusæ.
 lib. 1. c. 19.
 Erasim.
 Apoph. l. 1.*

*Lib. 2. de
 bello Gal-
 lico nō pro-
 cul à capi-
 te.*

deiici, ac totam Rempublicam ad excidium funestissimum labefactari, & integerrimas demum, hoc desperato malo prouincias ita confici, ut elanguescente virtutum disciplina, sanari amplius non possint.

Vrbes temulentia evertit. Lib. 5 de vita Alexandri,

Nec vrbibus quoque, muris, vallo, ac fossis munitissimè cinctis, pepercit ebrietas. Auctor est Q. Curtius, Alexandrum Magnum more suo temulentum, atq; vberi vino madidum, suasu Thaidis cuiusdam procacissimæ meretricis, clarissimam illam, ac nobilissimam Orientis vrbem, Persepolim à Persis dictam, ferro ac flammis destructam, solo equalse. Ut illas taceam quæ dum ciues cuticulam curantes, genio vacarent, ab hostibus, primo impetu ex insidiis captæ, expugnata, diruta ac vastata sunt. Cuius rei perillustria quædam exempla, in Belgio, tulit hæc ætas nostra; quæ cum iactata passim sint, non arbitror hîc enumeranda.

CAPVT XII.

Temulentia Exercitus instructissimam propè parta victoria protriti.

Quot verò armatas cohortes, victoriam de hostibus reportatam integra, ut aiunt, iam iam manu prensantes, non solum hæc lues deceptit, quin etiam, paucorum sobriorum opera, ad internecionem deleuit? Clarissima huius rei exempla tot sunt numero, ut principium quàm finem in recensendo facilius inuenias.

3. Reg. 10.

Narrat sacra Regum historia, Benadadum Syriæ Regem potentissimum, omni exercitus robore coadunato, cum aliis triginta duobus Regibus, in belli societatem coassumptis, numerofo peditum, equitum, ac falcatorum curruum apparatu, Samaria m

riam ciuitatem obsedisse, atque Iſrahelitarum Regi Achab, vltimum exterminium denunciaſſe. audite inſolentiſſimas eius minas; belli catastrophen, iſtis ſacræ ſcripturę verbis accipite. *Hęc faciant mihi Dij* (iureiurando aſſeuerabat Benadad) *Et hęc addant, ſi ſuffecerit puluis Samarię, puſillis omnis populi, qui ſequitur me. Et reſpondens Rex Iſrahel, ait. Dicite ei, ne gloriatur accinctus, aequę vt diſcinctus. factum eſt autę cum audiſſet Benadad verbum iſtud, bibebat ipſe Et Reges in vmbra culis. Et ait ſeruis ſuis, circumdate ciuitatem: Et circumdederunt eam. Et ecce Propheta vnus accedens ad Achab Regem Iſrahel, ait ei. Hęc dicit Dominus: Certę: Vidiſti omnem multitudinem hanc nimiam? Ecce ego tradam eam in manu tua hodie, vt ſcias quia ego ſum Dominus. Et ait Achab, per quem? dixitque ei. Hęc dicit Dominus: per pediſſequos Principum prouinciarum, Et ait: quis incipiet præliari? Et ille dixit: Tu. Recenſuit ergo pueros Principum prouinciarum, Et reperit numerum ducentorum triginta duorum: Et recenſuit poſt eos populum, omnes filios Iſrahel, ſeptem millia, Et egreſſi ſunt meridie. Benadad autem bibebat temulentus in vmbra culis ſuo, Et triginta duo Reges cum eo, qui ad auxilium eius venerant. Egreſſi ſunt autem pueri Principum prouinciarum in prima fronte. Miſit itaq; Benadad, qui nunciauerunt ei, dicentes: viri egreſſi ſunt de Samaria, at ille ait: ſiue pro pace veniunt, apprehendite eos viuos, ſiue vt præliantur, viuos capite. Egreſſi ſunt ergo pueri Principum prouinciarum, Et reliquus exercitus ſequebatur: Et percufſit vnusquiſque virum qui contra ſe veniebat: fugeruntq; Syri Et perſecutus eſt eos Iſrahel. Fugit quoque Rex Syrię in equo cum equitibus ſuis, nec non egreſſus Rex Iſrahel, percufſit equos Et curruſ, Et*

Achab
Regu vi-
toria cele-
bru.

Iudith. 12. percussit Syriã plaga magna. En quantum, pro Israhe-
13. litis contra hostes, emolumenti tulerit Ebrietas. Hęc
 eadem Holofernem decollauit, numerosissimum

*Holofer-
 nes tenu-
 lentus cum
 omni ex-
 ercitu ce-
 ditur.*

Assyriorum exercitum in fugam egit, & Bethulien-
 ses diuturna obsidione liberauit. Et iucundus factus
 est Holofernes ad eam, bibitque vinum multum nimis,
 quantum nunquam biberat in vita sua. Vt autem sero
 factum est, festinauerunt serui illius ad hospitia sua. &
 conclusit Vagao ostia cubiculi & abiit. Erant autem om-

nes fatigati à vino, eratq; Iudith sola in cubiculo. Por-
 ro Holofernes iacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus.
 (quem rei finem expectas? Et cum hæc (orando ni-
 mirum) dixisset Iudith, ad columnam accessit, quæ erat
 ad caput lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea ligatus
 pendebat exoluit, cumq; euaginasset eum, apprehendit co-
 mam capitis eius, & ait. Confirma me Deus in hac hora.
 Et percussit bis in ceruicem eius, & abstulit caput eius,
 & abstulit Conopæum eius à columnis, & inuoluit cor-
 pus eius truncum. quid secuturum putas? Cumque om-

Iudith. 15.

nis exercitus decollatus Holofernem audisset, fugit
 mens & consilium ab eis & solo tremore & metu agita-
 ti fugæ præsidium sumunt, ita vt nullus loqueretur cum
 proximo suo: sed inclinato capite, relictis omnibus, eua-
 dere festinabant Hebræos, quos armatos super se venire
 audierant, fugientes per vias camporum, & semitas con-
 uallium. Videntes itaq; filij Israhel fugientes, secuti sunt
 illos, descenderuntq; clangentes tubis, & ululantes post
 ipsos. Et quoniam Assyrij non adunati in fugam ibant
 precipites, filij autem Israhel vno agmine persequentes,
 debilitarunt omnes quos inuenire potuerunt. Tam po-
 tentem exercitum vel vnus hominis dissipauit E-
 brieras.

Confli-

Consimili ratione Hannibal Penu, vt sacris prophana subiiciamus Exempla, non ferro, sed vino Afros domuit. Cum enim se viribus, atq; copiarum numero, inferiorem illis animaduerneret, animum ad comminiscendam militarem aliquam technam adiecit, atque in vino perfugium suum victoriaeque spem collocavit. nec frustra tentatus dolus: successit enim multo felicissimè. Ergo leui ac velitari praelio ex industria commissio, quamplurimis generosissimi vini relictis à tergo dolijs, fugam simulatò capessit. Barbari statim occupatis castris, potitare incipiunt, vinoque immoderatus hausto, inebriantur, vt vix superesset, qui pedibus consistere valuisset. repente dein, vti assolet, profundo somno, porcorum instar, humi sese quilibet prosternit, quo explorato Hannibal, illicò in eos irruit, & ad vnum omnes contrucidavit. Nec illud dissimile quod Auentinus refert. Cum Germanorum ij populi, qui Franci & Catti appellantur, Romani ditiones imperij hostiliter inuasissent, & ingentem Romanis terrorem incussissent, vt iam propè Maguntia Rheni caput, vbi castra metati fuerant, in eorum potestate esset, certam, insueta ante id tempus ebrietate, victoriam perdidit. cognouerant enim Romani, quod præter morem Rhenensis vini delicatissima suauitate illecti, strenuè potitassent, cum ergo sopori se dedissent, repentino impetu immisso, extrema eos clade affecerunt; innumerisque Romanos, iam quadraginta annis captiuos, in libertate asseruerunt. Massagetæ itidem, cum vino largius indulgissent, à Cyro Persarum Rege praelio superati fuere, à quo sobrii, quod sibi timerent, nihil erat.

Percelebris in hoc genere historia est. quã sub Eugenio primo, qui in Romanorum Pontificum numero

*Exercitus
deleti temulencia.
Guido Bitoricensis.*

Hannibalis astutia.

*Chronic.
lib. 1.*

Franci & Catti, temulenti ceduntur à Romanis.

*Herodot.
lib. 1.*

Platina in vita Eugenij primi.

extitit septuagesimus septimus, Platina refert, in Italia contigisse. Cum enim Grimoaldus Beneuentanus Dux, auito regno, duos Ariperti Longobardorum Regis filios, vi atq; armis exuisset, eam iniuriam Clodoueus Galliarum Rex, indignissimè tulit. ingentem proinde, ad restituendos pristinis sedibus Regios adolescentes, exercitum in Italiam contra Grimoaldum, & Longobardos, qui ei⁹ fauebant partibus, exercitum traiecit, pugnatum aliquandiu felicissimè à Gallis; & aperto Marte Longobardi succumbebant vtiq; ergo ad militaria stratagemata confugiendum arbitrantur. quam ob rem simulata fuga, Gallis insequentibus, castra vino plena, & omnis commeatus affluentia caeserta in prædam, consulto relinquerunt. Quid Galli? latentem haud subodorati dolum, & hostes re ipsa fugisse persuasi, audacter ac liberè in mediam noctem potitant: & vino sat benè induti, somnum quoq; accersunt. Interea Longobardi ex insidiis redeuntes, Gallos instar iumentorum, prostratos iugulant, vt nec cladis nuncius quidem, ex illis, ad Clodouicum rediisse perhibeatur.

*Crimoaldi
asius.*

*Erasm. in
adag.
Cent. 1.
Chil. 9.
Phalaridis
Calliditas.*

Non ignorabat Phalaris, ille Siciliae Tyrannus; Nihil ita ad eneruandos atq; effæminandos viriles animos accommodatum, excogitari posse, vt commestationes atque temulentiam. Quamobrem cum Leontinos Siciliae populos rebelles expugnasset, atq; perdomuisset, ne rebellionem vnquam redintegrare possent, callido adinuento, computationibus eos, ac temulentiae assueuit; vt inde enatum sit Prouerbum.

ἄει λέοντιοὶ περὶ τοῦ κρατήρα.
Semper Leontij iuxta crateres.

Sanè vix vnquam in castris, vbi vinum affluenter bi-

ter bibitur, contra hostes fructuosè pugnatum fuit. quam ob causam, vt Alexander ab Alexandro testis est; *Cretenses & Lacedaemonij, militibus ne efferatos armis animos insolentia assuescerent, in omni militia vini potum interdixere.* Plato quoque legem antiquam Carthaginensium fuisse refert, *Ne quis toto belli tempore vino vteretur, sed solo interea aqua potu contentus esset.* Et Fulgosus de Pescennio Nigro scribit, *Quod cum bellica virtute ad summum Imperij fastigium euectus esset, exercitui suo nequaquam vinum afferri permisit. Quamobrem militibus, quibus Egypti cura data erat, eum vinum poscerent, respondit: debere eis Nili amnis aquam sufficere.* Lycosthenes item memoriae prodidit, *Carolus Magnum grauitervetuisse, ne in castris, aut in quavis alia expeditione, alius alium ad bibendum prouocaret.* quod si quem ebrium deprehendisset, perpetuò deinceps eum vini vsu carere voluit. Pari modo ciuilia Iura statuunt. *Militem propter ebrietatem remouendum à Militia.*

Atq; vtinam ea militaris disciplina inter Christianos adhuc vigeret, non dubium quin maiori saepe fructu, contra communem nominis Christiani Hostem, in Vngaria dimicaturi fuissimus. Quanti momenti censendum foret, si primarij copiarum Ductores atq; Praefecti, in ebrios milites ad terrorem aliorum animaduertent? Sed fortè is nimius rigor esset, & arcus nimium tensus rumpetur. Imò non nimia foret seueritas, sed aduigilantia pernecessaria. Scribit immortalis memoria dignissimus vir, Cardinalis Cæsar Baronius, in Annalibus Ecclesiasticis, Bellisarium insignem illum Exercitus Ducem, duos Massagetas ebrios, qui in eius exercitu quendam in ebrietate interfecissent militem, palis

Lib. 3. Genial. dierum ca. 11. Vini vsus castruolim prohibitus. Lib. 2. de legib. & in Timæo. Lib. 2. de militari disciplina.

Theat. vi. re hum. Lib. 2. Tit. de Ebriet.

L. omne delictum ff. de re militari.

Tomo. 7. Annal. Ex Procopio lib. 1. de Bello Vandalico.

*Bellisarii
Ducis stu-
dium in cō-
servanda
disciplina
militari.*

*Baronius
ibid.*

Prou. 28.

infixisse. quod cum alii ex eorum genere, ferrent a-
gerrimè, causantes ignorantiam eorum & Ebrieta-
tem, ac moris non esse, tali pœna puniri Ebrios, Bel-
lisarius contrà, oratione satis præclara, docuit, id æ-
quissimum esse. inter alia sic locutus est: *Si quis enim
Barbarus, proximum per Ebrietatem occiderit, ac ve-
nia postulata se crimine solutum dixerit, peccata licen-
tia longè fuerint peiora. Neque enim vlla ratione fas
Ebrium esse: multò minus in exercitu militi, proximos
ob id interficiendo. ipsa enim Temulentia, vel cæde non
consequente, pœna digna est: quantò magis si ea conse-
quatur? Digna sanè Bellisario sententia. subdit por-
rò suis Baronius verbis: *Ista ego considerans, & ad
presentia tempora conuertens oculos, eadem planè de-
ploratissima facile sentio, vbi Christianorum exercitus
impietate atque ebrietate corruptos intueor, & damna
contemplor, quæ passi sunt Germani ab infidelibus Tur-
cis, vnicò tantum illo remedio subleuandi, si eosdem ob-
signatos fide Catholica milites, sobrios redditos, Bellisa-
rius alter ducat; fore tunc quidem, vt iidem recepto at-
que integrato robore, quo didicerant quoque olim supe-
rare Romanos, facillimè victores quosque vincerent, at-
que fortissimos debellarent. Sed quem non vilem reddat
impietas? cum fugiat impius etiam nemine persequente,
quem ve non emolliat, frangat, sternat Ebrietas? Presen-
tium itaque rerum miserrimus status, ista obiter deplora-
re, & ex imo pectore deducere suspiria importunè coë-
git. aureis hisce, tanti viri verbis, ego nihil au-
sim adiungere, hic ergò extremam
quoq; capiti huic manum
impositam volo.**



CAPVT XIII.

Plurimos Temulentia dignitatis gradu deiectos.

Quam noceat Ebrietas bono publico sat dictum. nunc quàm infesta sit cuiusq; hominis fortunæ bonis, declarandum. Honor & exultatio primum tenent locum; Res familiares sequitur. de illis primum, & hoc loco.

Valdè turpe est, inquit Augustinus, vt quem non vincit homo, vincat libido; & obruatur vino, qui non vincitur ferro. Et alibi: Per vinolentiam plurimi plurimæque, à pio sanctoque proposito excidère, & sui oblitæ, amissis honoribus, ignobiles remanserunt, & sedibus paternis profugi, vitam vt sumpserunt, finierunt. Liquec id primum exemplo à Daniele Propheta posteritati transmissio. Balthasar Rex amplum optimatibus Regni sui conuiuium apparauerat, in quo vnusquisque secundum suam ætatem bibebat, hoc est, egregiè potabat. Præcepit ergò iam temulentus, vt afferrentur vasa aurea, & argentea, quæ abspertauerat Nabuchodonosor pater eius de Templo, quod fuit in Hierusalem, vt biberent in eis Rex & Optimates eius, vxoresque eius & Concubinæ illius. Bibebant ergò vinum, & laudabant Deos suos aureos atque argenteos, æreos, ferreos, ligneosque & lapideos. In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contrâ candela-brum, in superficie parietis aulae Regiæ. Et Rex aspicebat articulos manus scribentis. tunc facies Regis commutata est, & cogitationes eius cõturbabant eum, & cõpages re-nim eius soluebãtur, & genua eius ad seinuicè collidebã-tur. Introducuntur itaq; Magi, Chaldei, & Aruspices & sapientes Babylonis, sed corũ nemo, aut scripturã legere,

Epist. 140.

Idè ad sa-cr. uirg.

Daniel. 5.

legere, aut interpretationem eius indicare Regi poterat. Daniel demum proponitur, utpote qui patri eius olim, in huiusmodi arcanis euoluendis, operam eximie suam probauerat. Is adductus, inter alia sic Regem est allocutus. *Tu quoque (O Rex) non humiliasti cor tuum, sed aduersus Dominatorem cœli eleuatus es, & vasa domus eius allata sunt coram te; & tu & optimates tui, & vxores tuæ, & concubinae tuæ vinum bibistis in eis; Deos quoque argenteos & aureos, & æreos, ferreos, ligneosque & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque sentiunt, laudasti. porrò Deum, qui habet flatum tuum in manu sua, & omnes vias tuas, non glorificasti: idcirco ab eo missus est articulus manus, qui scripsit hoc quod exaratum est. hæc est autem scriptura qua digesta est. M-ANE THECEL PH-ARES. Et hæc est interpretatio sermonis, M-ANE. numerauit Deus Regnum tuum, & compleuit illud. THECEL. appensus es in statera, & inuentus es minus habens. PH-ARES. Diuisum est Regnum tuum, & datum est Medis & Persis. Eadem nocte interfectus est Baltasar Rex Chaldæus, Et Darius Medus successit in Regno annos natus sexaginta duos. Ita Temulentia Chaldæorum Regem & Regno exiit, & vita spoliauit. In hunc Prophetæ locum, celeberrimus ille, & fecundissimus pariter, ac facundissimus, diuinarum literarum interpres, & commentator Benedictus Pererius (quo, difficiliora quædã scripturæ loca interpretante, me Romæ olim Præ-Danielem, ceptore vsu, haud immeritò, dum viuam, gloriatorum, tanto licet Magistro, eheu quàm indignus discipulus) huiusmodi declaratione vtitur. Circa illa verba præcepit Rex temulentus, vel vt est græcè, in gustu vini, vt afferrentur vasa Templi Dei; sic scribit Theodoretus. His verbis docet nos Daniel non solum impietatis*

**Baltasar
Rex Temulentus
& Vita &
Regno
exiit.**

Li. 5. Com- mentar. in
Danielem,
super ca. 5.

exuperantiam, sed etiam damnum ab intemperantia vini profectum. Bibens enim Rex dixit in gustu vini. Obruit namque rationem Ebrietas, & incontinentia peperit insaniam, & dicata Deo vasa, quæ Nabuchodonosor in honore habuerat, & ab humanis vsibus separauerat, ea Baltasar vt communia & prophana, impurè tractare ausus est. Exinde discitur, Ebrietate non rarò vitam cum dignitate amitti.

Et alia huius rei, non pauca, nobis ex historiis Exempla luppent. Cùm Ludouicus Pius Regna inter filios diuideret, Aquitaniam Pipino Nepoti suo, ex Pipino fratre, Prouinciam dedit; sed Ebrietasque cōmessationibus ille, interdium noctuq; sine interruptione vacans, cum prouincia vndique cædibus, & rapinis, infesta esset, malignis quibusq; impunè grassantibus, ab indigenis capitur Pipinus, vt Regno inutilis, & Carolo Caluo traditur, qui eum consilio Episcoporum Monasterio ad vitæ dies includit. Quid huic Pipino lucri attulit Ebrietas? & Regia dignitate, & honore eum priuauit. ergone immeritò quis tunc ad eum, illud Ciceronis: $\Delta\iota\omicron\upsilon\upsilon\sigma\iota\omicron\varsigma$ $\epsilon\pi\iota\kappa\omicron\iota\upsilon\epsilon\varsigma$ vsurpasset? hæc namq; Ebrietati est ingenua virtus, vt ea multi, quod vulgò tritum, ab equo ad alinum defluerint.

Idem sanè quibusdam Regis Antigoni Ducibus, autore Plutarcho contigit. Rex enim milites quosdam gregarios cernens, armatos galea, ferreis thoracibus ac loriceis indutos, artificiosa lacertorum vi, hastas & magni ponderis globos contorquere; hoc admodum delectatus spectaculo, Duces copiarum accersi iubet, vt strenuos illos, ac laboriosos athletas, pleno corâ ipsis ore laudaret. Nunciatur Antigono Duces potationibus operâ nauare; quæ res ita bilei mouit, vt illos præfecturis exutos, in priuatorû

Cuspinia.
in histor.
Francorû.

Pipinus ob
temulentiã
principatu
deiectus.

Ad Atti-
cum.

Plutar. A-
poph. et ex
eo Conrad.
Lycosth. in
Theatro
vitæ humi-
par. 2. li. 13.

D for-

sortem redigeret, & egregios illos milites, eorum vice, honoribus illis præficeret.

Fulgos. l. 2. cap. 1.

Ventripotentium ignominia apud Romanos.

Et Romanis quoque eum in modum perosa erat Ebrietas, ut equestris ordinis ventricosos milites, quos obesi vastique corporis erant, equis priuarent, quasi ventris prægrâdis indicio, vino & crapulæ addictos, genioque deuotos, atque ob eam causam, pro patria fortiter gerendis rebus, parum idoneos. æquum rebantur, eos, qui nimia cibi potusque ingurgitatione se patriæ iniuriles effecissent, publico etiam patriæ honore, soli virtuti debito, carere.

Et plura si collibitum foret, in hanc sententiam essent in promptu, ni prolixitatis nota nobis extimescenda, obstitere. hæc verò sufficiant modò, dum ad alia vocamur.

CAPVT XIV.

Varia ex temulentia ineptia quas plerique Temulenti edunt.

Histor.

Deor. gen. vii. Synag. maie 8.

Bacchi nomen unde deductum?

Bacchus in sidens curru cur à

Pantheris trahatur?

Ad Messalam.

Lib 5. Genealogiarum.

Bacchus, authore Lilio Gregorio Gyrardo, dictus est: ἀπὸ τοῦ βαχέειν, hoc est ab *incompositè vociferando*. vel secundum Eustathium ἀπὸ τοῦ βαχέειν, quod est *vlulare* aut *inconditè clamare*. Philostratus apud eundem docet, Bacchi currum, in quo pingitur, idem iunctum esse Pantheris, à quibus trahatur, eò, quod sicut animal illud cum calidissimum sit, leuissimèque instar Simiæ saltitet, ac nugetur: sic quoque Temulenti, atque ut Tibullus,

Villa Maronco sedati tempora Baccho.

Bocatus verò, Bacchum idem à veteribus, insidentem curru, depictum vult, ut ostendatur, ita hominis cerebrum interdum mero plus nimio in orbem agi, quemadmodum currus rotas, celeri cursu, in gyrum torqueri cernimus. Huius generis periculum da est

da est historia, quam Athenæus, ex Timæo quodam
Taurorominitano, se excepisse tradit. Agrigentini qui-
dam iuvenes, vna cœnitarant, viniq; tantum exant-
lauerant, vt potius emota ratione, mentis impotes
efficerentur, sibiq; in triremi à ventis grauius agita-
ta, cabare viderentur. timentes verò, ac pauitantes,
ne naus onere depressa mergeretur, eam exonerare
summo conatu ordiuntur: ac è fenestris extra do-
mum, mensas, lectos, arcas, reliquamq; domesticam
supellectilem proiciunt, quem strepitum, cum pre-
fecti vigilum percepissent, accurrerunt; ingressi do-
mum, homines humi stratos, profundumq; dormi-
entes somnum offenderunt, quos diu vellicantes,
concussantes ac pulsantes, cum vix tandem excita-
sent, interrogarunt, quid id sibi vellet quod fecis-
sent? Responderunt, se tantum tempestate iactatos,
ac labore illo, quem in nauis exoneranda perpessi es-
sent, defatigatos, vt vix sui iam essent compotes, qui-
damq; ex eis sub scamno latitans, subiecit. Ego in-
quiens magno timore correptus me in sentinam ab-
didi. Apparitores, cum eos à concepto animi errore
ridiculoq; auocare somnio, diu contendissent, lon-
gaq; & inutili verborum concertatione, nihil profe-
cissent, abitu parant. porrò ebrii eos in clamitabant.
*Gratias vobis agimus O Dij magni. Et si vnquam ex hac
tempestate in portum euadere atq; ad patriam remeare
poterimus, nã, vos maxima maris numina celebrabimus,
vobis nostram salutem acceptam ferentes.* Exinde do-
mus ea triremis per iocum appellata fuit.

Et quis nesciat, vel mille alias oriri nugas, & ani-
les fabulas, è temulentia? Hic longas orditur texe-
re parabolas, confusa verborum serie, quasi res in-
gentes pertractaturus; sed quidquid adfert,

Sunt apine, triceq; & quidquid vilius istis.

D 2 ille

*Ad longã
eam lege a
pud Vin-
centium
Chartaniũ
Rhegiensẽ
lib. de ima-
ginibus
Deorum
antiq. cap.
de Baccho ß
nos eam
breuibus
recensa-
mus.*

*Multipli-
ces ineptie
temulen-
torum re-
censitã.
Martialis
in Epigra-
mat.*

ille iactitat, plus minus centum, se in Vngaria Turcas contrucidasse, innumera ex hostibus vulnera, tum telis tum frameis, tum bombardis actormentis excepisse, & constitutis illustrissimis sæpè trophæis, euasisse solum, atque ita splendide non raro mentitur, vt compassionem potius, quam fidem mereatur: hic peregrinarum linguarum peritia conspicuus haberi quærit, & duobus vel tribus verbulis, nescio vbi corrasis, eam sibi famam arroganter venditat, etsi præter illa ne syllabam amplius, sacco teneat: Ille suam, fumos captans, celebrat eruditionem, sui comparatione extenuans alios, atque deprimens, infra quosque infimos; de controuersis fidei rebus disputaturit, extorta hinc inde, confertim adducens, sacræ Scripturæ Testimonio- la. hic Psalmos cantillat & hymnos sacros, & ex memori, non mera deuotione, sæpè illachrymat: Alius iuratas cum quibuscunque obuiis, etiam vanissimis ganeonibus, contrahit familiaritates & amicitias: cachinnis alii, leuiculisq; gestulationibus, perdunt tempus: vidèas nonnullos procorum instar ambire fœminarū amores, lasciuulosq; in eas hinc inde oculos misitando, eblandita verba, & melle sapiora fari, atque ita gestire, quali integras præ amore sint voraturi; quin sæpè etiam impurissima, quæ nec lenonibus quidem probari possent, verba protrudunt, nihil parcentes virginum castis auribus: Ita eruditione præpollentes existimant sese cæteri, vt vel cum ipso Aristotele, in disputationis arenam ausint descendere; carpunt ac reprehendunt omnia, Momorum instar; limæ suæ & censoriæ virgulæ, omnia subiecta volunt: Hic magna se principum Regumque ac Imperatorum gratia extollit; Nonnulli & mores edunt & fortunam subeunt illius misericuli aselli, q Leonis exuuiū indutus, ruden-

rudendo terreat omnes; deprehensus tandem quis esset, leonina pelle detracta, egregiè fustibus vapulant: extollunt alii nobilitatem suam, & diuitias, pollicentur multa, pellem non rarò vendunt vrsò necdum capto: Non pauci, hesterno in symposio se primas tulisse, potandoq; superiores omnibus euasisse gloriæ sibi ducunt ac laudi: In scamno hic extendit se, aut humi prosternit, dormit, stertit, ronchos, instar equi trahit inconditos: Alius insana distentus lætitia, nam vt Tibullus ait:

Odit Lenæus tristia verba pater,

vlulat, crœcitat, vociferatur, circumforanei cuiusdam instar: Vomitat ille (suus honor auribus honestis semper habitus esto) canis veluti, qui copiosum ideò gramen vorauit, vt veneno illitam, vomitu excutiat buccellam, ructitat, crepitat, antè & retrò, porcorum instar, in hara sua cubantium: Alii ed nefandæ libidinis progressi, (egregium facinus) non latiantur consuetis poculis, sed è spurcissimis ollis, lagenis, sartaginibus, matulis, patinis, aliisque vasorum generibus, ad hunc vsum minimè designatis, propinant mutuò, ac potant, magno id sibi ducentes honori: Circulatores agunt alii, ac histriones, vorant vitra, lichnos, cum candelis; nunc has nunc illas proferunt nœnias. Nec senes quoq; morosos alioquin, hic ineptiarum chorus excludit, vbi mero concauerint, vel nolentes ineptire coguntur. Vnde Athenæus:

οὐδὲ γὰρ ἀνωγε γέροντα, καὶ οὐκ ἐδέλοντο, χορεύειν.
Vinum senes facit, etiam nolentes saltitare.

Nam vt benè Menander apud Stobæum:

Ὁ πολὺν ἀκρεατὸν μικρὸν ἀναγκάζει φρονεῖν.
Merum copiosum parum cogit sapere.

Longum est ire per singula, inquit S. Hieronymus,

D 3 *in-*

Vide hisce de ineptiis insignè libellū Gueuare, de conuiuio & compositionib. quem Egidius Albericus pereleganti stylo in Germanicum Idioma transtulit.

Lib. de potat. apud Stobæ. ser. 18. de incontinēti. Eodē loco.

Et ineptias quas Ebrietas suggerit, explicare. Videas alios pocula in tela vertentes, scyphum in faciem iacere conuiuia, alios scissis vestibus, in vulnera aliena proruerre, alios clamare, alios dormire, alios ridere et flere; qui plus bibit, fortior computatur, accusationis occasio est, adiuratum per Regem, frequentius non bibisse. Vomunt ut bibant, bibunt ut vomant. digestio ventris et guttur, vno occupantur officio.

Lib. de He-
bra et 10.
iunio. c. 12.

Ebriosorum verò mille gerras ac nugas, præliis Diuus Ambrosius, pulchra hypotyposi illustrauit. Sedentes in foribus tabernarum homines, tunicam non habentes, nec sumptus sequentis diei, de Imperatoribus et potestatibus iudicant: Imò regnare sibi videntur, et exercitibus imperare, fiunt Ebrietate diuites, qui sunt in veritate inopes. aurum donant, dispensant pecunias populis, ciuitates adificant, qui non habent, vnde cauponi potus sui precium soluant: feruet enim vinum in his, et nesciunt quid loquantur. Diuites sunt dum inebriantur; mox vbi vinum digesserint, cernunt se esse mendicos. vno die bibunt multorum dierum labores; de Ebrietate ad arma surgunt, calicibus tela succedunt, pro vino sanguis funditur. Quàm fortes sibi homines videntur in vino? quàm sapientes? quàm disertis? quàm etiam pulchri atque decori, cum stare non possint? mens titubat, lingua balbutit, pallor et sanguis ora suffundit, fator Ebrietatis horrore fit. Barbari in ferrum ruunt, vulgus in rixas. Si quis eorum pugno fuerit percussus, videas ora sauciorum vini lachrymas fundere, miserabiles Epilogos decantare, habet enim hos Temulentia, ut resoluat, et emolliat corda temulentorum. Sicut namque ignis probat ferrum durum; ita et

vini

vini incendio, etiam superborum hominum corda liquefcunt. Omnes sibi in vino aequales videntur: nullus inferior; non pauper diviti cedit, utpote quia pauper em se esse nescit: non infirmus valido, cui omnis in bibendo est fortitudo. non mendicus locupletiori, non ignobilis honorato; sed cum bibunt, illum Regem habent, qui bibendo virum se prabet, & superat alios; meritoque scriptum est: *Aequalis vita hominibus vinum in Ebrietate.* Eiusdem libri alio capite, similia superaddit: Ibi unusquisque pugnas enarrat suas, ibi fortia facta pradicat, percenset trophæa. vino madidi & somnolenti, nesciunt lingua quid proferat. unusquisque stertit & potat, dormit & dimicat. Et si quando consurrectum fuerit, stare non possunt, gressu vacillant. rident seruuli dominorum opprobria, manibus suis portant bellatorem, imponunt equo. itaque hue atq; illuc, tanquam nauigia sine gubernatore fluctuant, & tanquam vulnere illi, in terram defluunt, nisi excipiantur à seruulis. Quos manè insignes armis spectaueras, vultu minaces, eosdem vesperti cernas, etiam à puerulis rideri, sine ferro vulneratos, sine pugna interfectos, sine hoste turbatos, sine senectute tremulos, in ipso flore arentes. hæc appositisimè Ambrosius. Hi scilicet perillustres Ebriosorum sunt mores, & ingenuo digni homine. me ipsum piget ferè ac pudet, tot deliria percensuisse.

Quamobrem quisquis es, quantumcunque sapientia polleas, & rerum usu, ne te credas vberi ac superfluo vino: vix enim fiet, ut istorum quæ recensuimus, aliquid non inde consequatur; adeò certum est quod Homerus cecinit:

D 4

ὄϊνός

*Eccles. 31;
c. 31. de He-
lia & 10-
iun.*

*Citate Sto-
brø ser. 18.
de inconti-
nent.*

οἶνος δ' ἐ πολύφρονα πρὸς μάλ' αἴσαι,
 καὶ δ' ἀπαλόμ' γελάσαι, καὶ τ' ὀρχήτασθαι ἀνικε,
 καὶ τι ἐπ' ὅ προέηκεν ὅππ' τ' ἄρξῃτορ' ἀμανορ.
*Vinum, quamuis sapientissimum, cantare,
 Molliter ridere & tripudiare impulit.
 Hoc etiam protulit verba quæ satius tacita fuissent.*

CAPVT XV.

Quæ ex mero caussari tot possint Ineptia?

CVius rei non immeritò quis rationem indaget,
 Cuius potest quod idem euenire non videat ex cibo,
 quantumcumq; venter, tamen si, vt turgescat in-
 star tympani, dapibus inferciatur.

Per multos id explicant legi. fateor; nullus Le-
 uino Lemnio excellentissimo medico, succinctior
 est & elegantior. suismet proinde verbis loquentem
 introduco. *Cerebrum tamen si natura molle sit atque v-
 dum, ex eo tamen nerui producuntur, velut ex colo, cui
 lanugo linumq; annexum est, tele, filamentaq; quorum
 coniugationes in omnes corporis partes distribuuntur.
 Ex hoc siquidem principio ac fonte, nerui in omnia mem-
 bra deriuantur, velut ex arboris radice ac trunco ramo-
 rum propago ac soboles, in multa germina diffundun-
 tur. Corpus autem vniuersum, per eos, sensum & motum
 percipit, quibus affectis, parteq; principe laesa, illis mu-
 neribus priuatur, aut suas facultates ac munia languidè
 perficit; eoq; sit vt ebrij delirent, vacillentq; ac titubent,
 quod cerebrum densis crassiq; vini vaporibus obnubile-
 tur. Cum autem omnes madidi, vinoque perfusi, ridicu-
 los comicosq; mores exprimant; tum nulli magis morio-
 nis agunt, risumque obuiis excitant, cum vultum atq; o-
 culos gestusque spectamus, quam qui ex Zytho, quæ nobis*
 cereui-

*Lib. 2, de
 occult. nat.
 mirac. 19.
 Declaratio
 causse re-
 censita-
 rû ineptia.
 sum.*

cereuisia dicitur; illi siquidem non in omnem partem cor-
ruunt. sed retrorsum duntaxat, ac supini. Qui vero ex vi-
no Ebrietatem contraxerunt, antrorsum prouunt, ac
proni decumbunt; Sic, ut isti genas, frontem, faciem, na-
resq; mutilent; illi scapulas & occipitium, ubi in terram
deuoluuntur. Sed & contrarium quandoque. Diuersita-
tem vero spectare licet, ubi inter pocula somno, corripiti
solent Ebrij. Ex Cereuisia enim uidi capite in ceruices
deuoluto, hiantique ore dormiunt. Ex vino autem, facie
mentoque in pectus inclinato. Ratio est: quod fumi vapo-
resq; ex vino sinciput, partesq; corporis Anteriores oc-
cupant: Ex Cereuisia occiput partesq; posticas obsident.
quo fit ut isti obliuiosi sint, ac somnolenti, minimeque lo-
quaces ac clamosi. atq; hæc ex Lemnio; quibus facile
intelliges, cum rationis sedes caput sit, organum
verò cerebrum, obnubilatis hisce, palpabiliq; ut ita
dicam vini fumo obtusis atq; oppletis, omnes ho-
minis actiones transuersim, perperam, temerè ine-
ptèq; agi, necessum euenire. huic prauæ cerebri di-
spositioni, subseruiunt humores, cuiusq; hominis
naturalem complexionem constituentes, atque dis-
cernentes, vnde varij, vario atq; incomposito motu
corporis, diuersas ac varias edunt gesticulationes, ut
consuetos mores, atq; imbibitam à teneris Educa-
tionem in huiusmodi gestuum ineptiis, è temulen-
tia eliciendis, non parum valere, imò quàm pluri-
mum, quis neget? Arbitror id Cheramonem Phi-
losophum voluisse, quando sapienter dixit.

ὁ νοσ τῶν χρημένων τοῖς τρυφῶσι κεραίβεται.

Vinum pro moribus utentium sese exhibet aut attem-
perat.

Idque si non semper, ita tamen sepè, ut prudenti
huic placito fides meritò sit impertienda.

D 5

At

Cur cere-
uisia potus
& quomo-
do deliria
generet.

Tam com-
plexio,
quàm a-
gnatimo-
res pluri-
mum bal-
te ineptiam
promouet.
Apsud A-
ristot. Proble-
mat. Sect.
3. Proble-
mat. 16.

*Quaestio
prima de
lingua res-
piratione.
Sect. 3.
Problem.
30.*

At linguae cespitatio unde oritur ebriis? Non du-
bium, quin ex eodem fonte temulentia. Sed quo-
modo? Aristoteles id pulchre explicat. *Lingua caro
mollis est, rara itidem & spongiosa, in qua cum plures ve-
nae, nervi atque lacerti concurrant, facile vini vapore è ce-
rebro destillante humectatur ac repletur, extenditur &
intumescit velut aquis immersa spongia. Ob tumorem ergo
& crassitiam, nec facile flecti nec sermonem bene
articulatum reddere potest; & sic oberrat, balbutit,
hesitat, atque ut sub aqua homo, ob aeris absentiam loqui
non potest; Ita nec ob nimiam in ore humiditatem radici
linguae superfusam.*

Eadem linguae turbatio, aliam habet scaturigi-
nem: Nam cum animus locutionis sit principium,
& verbum linguae, index verbi mentis, atque interna
conceptionis, animo turbato, & ipsam loquelam tur-
bati, non est mirum. metuentibus idem vsuuenit.

*Quaestio 2.
de circum-
gyratione
resum.
qua temu-
lentorum
oculis obit-
cuntur.
Sect. 2.
Problem.
9. & 10.*

Cur omnia illis aut duplicia apparent, aut in gy-
rum agi? Et hic Aristotelem audi. Ratio est. *Quia
spiritus visibiles, oculo insidentes, tenuissimi sunt & sub-
tilissimi. Cum ergo vini calor, oculi tum vitreum tum
chrysellinum humorem, densis oppillauerit fumis, va-
cillant species, confunduntur, atque circumaguntur, ut in
eodem obtutu firmiter defigi non queant. hinc vertiginosa
sferarum circulatio. Quia vero iidem spiritus, vno atque
eodem momento hinc inde vagantes, oculi vigore debi-
litato, contineri firmiter non possunt, quae visui oblata
sunt, duplicia saepe apparent. haec ex Aristotelicis hau-
sta sunt fontibus.*

*Lib de sen-
su & sen-
sato.*

Enucleatius vero, ut mihi videtur, eadem de re
Auerroës. *Nisi Instrumentum visus inquit, sine im-
pedimento, naturalem complexionem habeat, non
recte perficit munus à natura sibi delegatum. Musculi er-
go exu-*

go exuperantia humectationis vini, molliculi plus minus effecti, Instrumentum impediunt, & à scopo subinde diuertunt, atq; distrahunt, altero oculo in superna confuso, altero in imum deiecto. vnde liquido patet, ebriis quibus visus corrumpitur, semper ferme simplicia duplicia videri. Et has ipsas ob causas diuersi colores, flauus præsertim ac viridis rubro immixtus, temulentorum oculis obuersantur.

Cur diuersi colores ebriorum oculis appareat?

Hæc obiter; ne in medicorum segetem, nostra falsè incidat. plura qui volet, ipsosmet consulat, vbi collubitum fuerit.

CAPVT XVI.

Scurrilitas Ebrietate commissa, omnem non rarò existimationem tollit.

Interrogatus olim Anacharsis Scythia Philosophus; An in Scythia Lyræ, tympani, fidium atque chorearum, aliarumq; eius generis leuitatum vus esset? *Imo ne vinum quidem*, respondit: innuere volens, si quæ sunt huiusmodi deliramenta, è nimio vini potu oboriri. Quod ipsum tamen aliunde non constaret, sacra scriptura tamen ad solem comprobaret affirmans. *Vinum & mulieres apostatate faciunt sapientes, & arguunt sensatos.* quo pacto vinum arguat sensatos? Si pristina grauitate exuta, si auita modestia seposita, & veteri honestate reiecta, frontem perfricet, scurrarum, in popinis ac vinariis gurgustiolis latantium, mores imitati, cacchinentur, cantitent, vociferentur, saltitent, lachrymentur, plausitent, & nescio quæ ridiculosa inchoent, aspectantibus risum moueant, vt histriones potius ac mimos, quàm viros graues ac sapientiæ cultores putet, vilescit hinc existimatio, minuitur opinio, auctoritas

Diog. Laert. lib. 1. cap. 19.

Eccles. 19.

thoritas prorsus labefactatur, nec tanti fit, vt antea, nec suo quodam pondere de ipso habita opinio, tantum ad omnem animi motum confert, vt antea.

Quod, qui non ingens damnum putet, annon eum honoris ac famæ prodigum, non iniuria, sed verè

In sentent. ac iustè dixerim? Hinc scitè Theognis ac prouidè:

Δέδοικα δ' ἐμῆτι μάταιον,
Ἐξέω θοορὰ χθρῆς καὶ μέγ' ὄναδ' ὄχῳ.

Sed metuo ne quid temerè

Committam inebriatus, vnde mihi probrum pariam.

& quod probrum illo, quod iam taxatum, maius? ego, quid sui impotentem animum, certius arguere possit, non video.

*Temulen-
tie scurri-
lit. apud
plerosque
Germanos
nulla nota-
tur insa-
mia.*

Sed ita nunc hoc vitium inter nos Germanos occalluit, ita obduruit consuetudo, vt plerumq; nihil fiat, quidquid in Ebrietate gestum est, siue honestati morum congruat, siue ab ea sit alienum, & scurrilitatem tam verborum, quam gestuum omnem secum importet, excusatur, defenditur, laudatur, & politica cuiusdam comitatus paliis ac fucis regitur, quo quid ad omnem morum modestiam exterminandam perniciosius? alia Diui Bernardi mens erat, aliud hisce de leuitatibus iudicium. hoc ipse ver-

*Ser. 9. ad
Iacob.
Eratm. A.
popht. li. 3.
Veterum
censura de
scurrilita-
te temulè-
zorum.*

bū: *Scurrile quidquid est & ioculare, non sufficit peregrinari ab ore procul, sed etiam ab aure relegandum.* alius itidem veterum sapientum animus. Cùm Philocrates & Æschines qui legati ab Atheniensibus ad Philippum Macedonum Regem destinati erant, domum reuersi, in Senatu publico retulissent, Regem esse famosum vini potatorem, poculisque cum ipsis congressum, egregiè depugnasse, atque publica effusæ lætitiæ signa, patam edidisse; subiunxit Demothenes; *Id verò non magni refert, priorè virtutem*

cum

cum spongia communem habet; leuitatem cum scurris.
 Democrates item ebrius, habitu feminam ementi-
 tus, in Symbolo quodam lasciuè saltitauerat: edor-
 mita postero die crapula, T. Quintium accessit, ab
 eoq; auxilium petiit, contra Messanenses, quos vt
 hostes persequi, funditusq; delere cogitabat. cui in-
 dignabundus, ob hesternam scurrilitatem, Quin-
 tius. *Miror te, inquit, temulentam mulierculam à viro
 id audere petere, quo te leuitas temulenta indignum red-
 didit; exprobrans ei, quod apud se ineptiendo ita
 scurriliter, omnem virtutis famam amisisset.*

*Bruson.
 lib. 1. c. 19.*

Optandus hic quoq; animus ac modestiæ Zelus,
 nostris esset Magistratibus, quo si affecti forent, plu-
 ra honestatis ac verecundiæ Exempla, essemus spe-
 ctaturi, apud commune vulgus. quod enim ab illis
 geri vident, id sibi normam vitæ rentur, ac præfi-
 gunt, ab eaq; nelatum quidem vnguem decedunt.

CAPVT XVII.

*Immo & infamia, quamuis vulgò apud nos non
 putetur, è temulentia fluit.*

ET verè & sapienter à quodam dictum. *Sicut e-*
brietas digesta crapula, oris halitum satore quo-
dam grauius olente afficit: ita & famam. quo
 quidem vitio in longam aq; inueteratam consuetu-
 dinem abeunte, hæc famæ iactura nûc flocci pendi-
 tur, nullaque turpitudinis labe notatur, quin & glo-
 riosum putat, vecors & iners vulgus, potentes esse
 ad bibendum, vt ille coram Aristippo, qui congios
 vini plures vno prandio euacuare se posse iactita-
 bat, cui Philosophus. *Quid hoc minum? & mulo tecum
 commune est, excepto, quod mulo sis delirus magis, cum
 bibas vltra satietatem. Dignum tali patella opercu-
 lum; dignum nefanda iactatione responsum.*

*Ioan. de
 Promard.
 in summa
 Predican-
 tium ver-
 bo Ebrie-
 tas, artic. 3.
 Lart. li. 2.
 cap. 8.*

Lepi-

Syllus io-
cus de in-
famia Te-
mulentia.

Lepidum quiddam ea de re, quod verè tamen contigit, à fidedignis mihi narratum olim, memini; Rusticos in quodam pago, dum in nuptiali, quod egerant, conuiuio, frontem exporrexissent, hilaresq; ac læti fuissent, interroganti Domino eius loci, respondisse: *Immo vero. Et quid nisi vorauimus, potitauimus, clauitauimus, ructitauimus* (auriū honore praefato, subaudi cetera) *vt veri ac genuini aulici.* existimabant rudes illi ac simplices homuli, cum eiusmodi spurcitas, impunè ab iis exerceri viderint, qui principum aulas consecretantur, sibi quoq; nec illicitas esse, nec impermissas; imò perquàm gloriosas.

At error hic est grauis atq; haud ferèdus, cui omnes omnium ætatum virtutis affecta cōtradixerūt.

Principio illud turpissimum sanè, quasi meri ac temulentiaë mancipium esse,

Ἐδ' εἰς δ' ἐμὲ ὦ μὲν ἀμ κωπῆ
ὅς ἔχει δ' ἀλόε' ὅσι τ' ἔπεω κέναι.

Nullum enim bene potum, si queras,

Inueneris, qui non à potu velut seruus sit domitus, inquit Philemon apud Platonem, quare non immeritò Ebrietas à D. Ioanne Chrysostomo, *Commune generis nostri opprobrium* appellatur.

De beata Monica D. Augustini matre, authores referunt, quod Temulentiam, vt summum dedecus abhorruerit: nam cum ab ancilla quadã, per virulentam insultationem & conuittium, meribibula esset vocitata, immerita tamen, & omni culpa vacas, tam fædum ac erubescendum id maledictum duxit, vt ab eo tempore nunquam purum biberit vinum, sed parcissimum, & magna aquæ copia diluatum, ne se vel minima temulentiaë suspitione contaminaret.

Huic sobrietatis exemplo, planè contrarius est,

atq;

Lib. 3. de
Republ.
Homil. 1.
ad popul.
Antioch.

Marcus,
Marulus,
Beroaldus,
et Theatr
vit. hum.
vol. 1. lib. 5.
Exempla
quorundã

atq; oppositus Ninias Assyriorum Rex, Nini & Semiramidis filius, Athenzo testante, is enim ita potationibus, & cupediarum illecebris addictus extitit, ut tones Græci, cum planè despicerent, & ad nihil aliud aptum, ac natum, quàm ad comedendum & bibendum, insigni probro dicitarent:

ἄριστον ἐστὶν ἕως πίνειν τὰ δὲ ἄλλα κατὰ πέτρῳ ὄβρα.

Plutarchus affirmat, Athenienses Cimoni publicè, ut enorme probrum obiectasse, quod vino sæpius indulgisset. Romani quoque, ut memorat Alexander ab Alexandro, adeò eos, qui se vino ingurgitarent, oculos habebant, ut secutis temporibus censors, tanquam indignos, qui honores & publica munera gererent, senatu amoverent, notaq; ignominia perstringerent. Indignum enim videbatur, eos qui ingenio temulento & marcido forent, quique libidinum maculis notarentur, ad Republicam accedere, aut de publicis consultare. hoc ita esse, confirmat, quod Caius Marius, non contemnendo labore Præturam assecutus, cum accusaretur, largitione eam obtinuisse, atque inter conjecturas adduceretur, quod Sabaconus minister eius, Cassium intra concilii exedras, adire visus erat. Sabaconus accersitus, excusavit factum; à se conuētum Cassiū, ut ex Cantharulo, què secū habebat herus, & ipse biberet. Marius ergò ea notatus est infamia, ut à Prætura illicò remoueretur, quod publico in loco, ubi munus publicum ageretur, bibere non erubisset. Nec Marcus Cato minor, vir alioquin omni virtute cumulatisimus, interdum tamen Ebrietati vacans, hac nota immunis fuit. nam eam ob causam, Cæsar ipsum duobus libris, quos Anticatores nominabat, amarulentis taxando pungēdoq; ver-

quibus probro data sunt Ebrietas. Lib. 2. Dispositio philosopharum.

In Politicis ad Traian. Lib. 3. Genia. dierum. cap. 11.

Fulgos lib. 2. c. 4.

Rauis. in officio. r. de gulosis.

*Celſus
Rhodig.
li. 28. c. 30.
Cicero in
orat. Phi-
lipp.*

verbis, exagitauit, Marcum Antonium itidē Trium-
uirum, Ebrietas & crapula peſſum dedit, omnem-
q; honeſti nominis famam, atq; celebritatē ademit,
quod in nuptiis Hippie tantum vini helluatus eſſet,
vt poſtero die pro Tribunali ſedens, ipſa ſubſellia,
vomitans eſculenta ac poculenta, quæ glutiuerat om-
nia, ſædiſſimè deturparet; eoque tandem demen-
tiæ prouectus eſt, vt librum ediderit, de ſua ebrieta-
te, quo ſibi patrociniū ambiendo, probabat ſcele-
ra & flagitia, quæ per temulentiam, orbi terrarum
intuliſſet. Neſanda verò eſt Claudij Tiberij Neronis
Ebrietas; is enim nulla interpolata requie, poculis
toto biduo vacabat, potus arcana omnia effundebat
ſi ingurgitatus obdormiſſet, ne crapula interficeretur,
penna reſupino in os, pro vomitu ciendo, im-
mittenda erat. Itaq; paſſim pro Claudio C A D V S,
pro Tiberio B I B E R I V S, pro Nerone M E R O,
appellabatur.

*Lib. 5. in
eius vita.*

Alexander Magnus rerum fortiter geſtarum glo-
ria nemini ſecundus, temulentia nihilominus labe
ſe turpiter contaminauit, de quo ſic Q. Curtius.

*Anton.
Panormit.
lib. 2. de re-
bus geſtis
Alfonſi.*

*Ceterum ingentia animi bona, illam indolem, qua omnes
Reges anteceſſit, illam in ſubeundis periculis conſtantiam,
in rebus moliendis efficiendisq; velocitatem, in deditis
fidem, in captiuis clementiam, in voluptatibus, permiſſis
quoq; & uſtatis, temperantiam, intolerabili vini cupi-
ditate ſedauit. Cuius exemplo territus, omni ſapientia
& virtute clariffimus Aragonum Rex Alfonſus,
interrogatus quid ſibi vellet, quod tam copioſa di-
lueret aqua vinum, quod aliàs parciffimè bibebat?
reſpondit: Ne ebrius ſiam: non enim ignoro, quantum
vini intemperantia Alexandri Macedonum Regis glorie
obſuerit. Quin etiam, Hispanis omnibus, hanc ob-
cauſſam, magis quàm dici poſſit, exoſa eſt ebrietas,
de ip-*

*Temulen-
tia in fa-
mā apud
Hiſpanos.*

de ipsis enim sic scribit auctor Theatri vitæ humanæ. *Hispani etiamnum hodie tanto ebrietatem odio habent, ut ne Testimonii quidem dictio, qui huic vitio obnoxius vel semel fuerit, permittatur.*

Lib. 5. tit. Ebriet. pæna.

Constabit ex his opinor, quid de Temulentia probro infamiaq; cuius bono sentiendum. Quod igitur vitii huius enormis turpitudine apud nostrates ita extenuetur, passim, atque ab omni dedecore vindicetur, conniunte Magistratu, & exemplo suo plerunq; id firmante, in causa est, ut tantas paulatim acquirat vires, quæ progressu temporis, nulla vi amplius possint imminui ac frangi. Vnde quantas imminere ruinas, quantas noxas atque detrimenta, huic patriæ obuenire, necessum planè sit, & inuitabile penitus, dicerem ego, nisi sagaces animi, quasi quadam è specula, id longissimè iam dudum prospexissent.

CAPVT XVIII.

Bonorum abliguritia è Temulentia plerunque secuta.

Operarius ebriosus non locupletabitur. certissimū *Eccles. 19.*
 Salomonis est axioma, & illud simile ex pro-
 uerbis eiusdem mutuatum. *Qui diligit epulas, in e-* *Prouer, 21.*
gestate erit; qui amat vinum & pingua, non ditabitur.
 quid enim potatores eiusmodi, quotidianis hellua-
 tionibus, quam extremam inopiam venarentur?
 quæ uè alia in casses ipsorum præda magis petita
 rueret? tanta quippe virium contentione extremam
 paupertatem ambiunt, dies ac noctes curiculam cu-
 rando, ac pergræcando, quanta nemo auarus opes
 vnquam corrasit. quicquid nummorū possidet ar-
 ca, quidquid acquiritur, quidquid aut hæreditario,
 aut donationis iure confertur, vinū sapit, vini pre-
 cium ardor;

*Prodigiorū Temulenti-
 rū inexple-
 bilis vini
 ardor;*

Aggei. i.

precium est, vino deuotum est, vino dedicatum est, vinum anhelat, vino absumendum. non cista, non seris, non ferreis aded muniri queat vectibus, quin ab inflammatisimo vini ardore inueniatur, rapiatur, per guttur ac gulã traiciatur. *Seminastis multum.* loquitur Propheta, ad eiusmodi fundorum & possessionum cribra, *Et intulistis parum,* intriuistis vino omnem substantiam vestram, minimum quid ac momentaneum exedistis, breuem voluptatulam vicissim accepistis, sensistis. *Comedistis & non estis satiati, bibistis & non estis inebriati;* voluptas enim nutu citi^o abiit, cibi porusq; perpetu^o ardor remansit. *Operuistis vos & non estis calefacti,* vino vos sepe liistis ac somno, quid inde vobis extitit emolumentum? *preciosa quæq; pro vino dedistis, quã iam estis refocillati?* *Et qui mercedes congregauit misit in sacculum pertusum,* quidquid sudore vultus, quidquid labore manus conquiistis, in saccum perforatum carentem fundo abdidistis, in ventrem inquam, in glumei sentinam, omnia quæ ei consignantur, per secessum, aut alia excrementa emittentem.

*Vnã cum
Canistro,
Græcorum
Proverb.*

Fatum appellaturus esses mercatorem, qui omne aurum, multo labore partum, in cistas reponeret, in qua præsciret, id breui conuertendũ in lutum. at tu, Promus magis quàm condus, quod vulgari Parœmia circumferunt, quidquid colligis, quidquid tota hebdomade conquiris, *αὐτῶ καὶ αὐτῶ* in ventriculum exaturandæ gulæ canissa transfundis, vbi breui conuertetur in excrementa, quid agis? quò prospicis? quemnã ad vsum hoc ordiris? quorsum tot ac tam enormes crumene gargarismi? O perpetue vini helluo, si quotidianas in potum expensas, quotidiano iam pridem reciprocastes scrutinio, iam fortè adhuc velis hæc, fundus hic, domus illa tua esset, tibi serui-

seruiret, at nunc sub hasta venditur, & tu pauper, e-
genus, inops, tuis exclusus laribus remanes. quàm
hoc turpè? quàm ignominiosum? & quantò fèdus,
quod egestatem tam diuturnam, tam breui delecta-
tiuacula tibi comparâris? age vel exemplis, si adhuc
quid superest, aliorū disce malo, disce infortunio, in
futuras temporū ac vitæ necessitates illud asseruare.

Alexander ab Alexandro testatur, legem olim a-
pud Græcos extitisse, vt qui patrimonium vacando
genio, ac potationibus indulgendo consumpsisset,
vita functus, non in maiorum suorū monumentis, supre-
mo funeris honore efferatur, sed inglorius, iis locis, vbi ci-
uitatum atq; oppidorum quisquiliæ congestæ iacent, re-
condatur. adeò & apud ipsos quoq; q; vinotamè plus
fatis addicti fuere, lurcões eiusmodi spernebantur.

Brutus amplissimum potitando decoxerat patri-
monium, vt egestate adactus thermas quoq; sum-
tuosissimo apparatu, à patre extructas vendere co-
geretur; is breui postea, præsentè Crasso clarissimo
oratore, se plurimum sudare, forsitan è solaris in-
temperie caloris, querebatur, quod iocosè excipiens
Crassus. *Quid mirum inquit, te sudare? iam nunc enim
thermis tuis egredieris; falsè obiiciens, quod omnia &
thermas etiam sudatorias, libidinosè per luxum ab-
sumpsisset.*

Diogenes Cynicus, quondam præteriens, cuius-
dam vinolenti domum, vendibilem prostitutam.
sciebam, inquit, domum istam vino ebriam, dominum e-
uomituram, en iam ruclat. Callias quidã apud Athe-
nienses, ob vini cupiditatē, eò paupertatis redactus
fertur, vt se vestire amplius non posset, & medio fri-
gore nudus incederet, exinde in prouerbium abiit,
vt vulgò diceretur; *Hic à vino deplumatus est.*

Et meritò, qui rema familiarè abliguritionibus eò

E 2 rede-

*Lib. 6. ge-
nial. c. 14.
Pæna abli-
gurienti-
um bona
sua apud
Græcos.*

*Bruson. l. 35
cap. 33.
Prodigi
exhibitæ*

*Laert. in
eius vita
Bruson.
lib. 3. c. 19.
Raus. in
offic. de
gula.*

redegere, vt nec obulum amplius habeant, vnde restim emant, omnibus ita sunt exosi, vt nemo illos compassione, nemo ope, auxilioq; ferendo dignos iudicet. Hinc Phocas, Atheniensium Principis Phocionis filius, cum preclarum patrimonium vino dilapidasset, in tantum omnium ciuium suorum incurrit odium, vt palam eum, vbicunq; esset, *Nobilis familie sue dedecus & infamiam* appellarent.

*Erasm. 8.
Apopht.
ex lib. 2. de
rebus gestis
Alfonsi.*

Sapiens ergo illud, & ab æquissimo rationis iudicio profectum est, Regis Alfonsi placitum; qui cum audiret, quosdam intercedentes apud se, pro nobili quodam equite, ob immensam æris alieni vim, eò constatam, quod vini ingluuie, per amplum patrimonium, cum perdidisset, luxum consuetum alias haud continuare potuisset, respondisse fertur, *Si tantum pecunie in patriam, in amicos, in pauperes contulisset, illicò annuerem vobis; sed quia totum id ventri dedit ac crapula, non iniuria corpore luet, quod in eius obsequiis nequiter est admissum.*

*Prodigales
rarò bene
mortui.*

Compertum quoq; tales qui sunt, rarò vitam fecerit liciter finisse. aut enim ipsi ob egestatem desperandi, violentas iniiciunt sibi manus, aut furtis assueti, laqueum merentur, aut improviso casu aliquo, ab aliis è medio tolluntur. cuius rei perillustre est exemplum, Michaël ille, Theophili Balbi Imperatoris filius: hic enim Thesaurum opulētissimum, à patre per hæreditatem adeptum, epulando atque cõuiuando, totum exhauserat, vt ad restim res omnis rediret, tandem ab aulæ præfecto, cui Imperium ad manus consignauerat, trucidatur.

*Thea. vit.
lum. lib. 5.*

Discite, qui nimio luxu rem vestram familiarem, quasi ad internecionem, helluando læditis; pedem, si quid adhuc superest, retrahite, ne si, cum Cicada verno iuuentutis tempore cantilletis, festosque dies
laudè

laute agatis, vbi senectutis hyems ingruet, omnibus, quæ ad victum vitamq; necessaria sunt, absumptis, perpetua esurie sitique, omnium ludibrio expositi, pereatis.

CAPVT XIX.

Temulentia corporibus humanis deformitatem inducit.

AD vmbilicum iam, & fastigiũ perducta summum, est, illa ostensio, *Fortunæ bonis, honori, famæ, existimationi, ac rei quoque domestice ab ebrietate, quàm plurimum noceri.* nunc ad corporis bona, vt *Formæ venustatem, robur ac firmitatem, ad vitam ipsam, qua nihil charius, nihil preciosius, ex ordine veniendum, vt patescat, non minus hisce infestant esse temulentiam, quàm illis.*

Id primò indubitatum statuito, *Formæ elegantiam, vsu potationum crebriori, protinus vitari.* cum enim fumis caput ac cerebrum obnubilantur, inflammatur vultus, & ignescit, oculorum palpebræ contrahuntur, pupillæ, è cerebro stillante affatim humore, in quem vini vapor solutus est, opplentur, extendunturq; vt solito magis promineant, toruūque ac trucem faciant vultus aspectum, instar hirci mactati, aut leporis interfecti. Proinde Plato, vt *Leuinus Lemnius & b Fulgosus scribunt, salubri consilio hortabatur ebrios, vt se iam vino madidos, in speculo lustrarent, existimans, quod res est, seditate spectaculi territos, confestim ab ebrietate recessuros.*

At illa, inquires, cum crapula euanescit deformitas. Eia, partim concessum esto. sed vicissim ego. an non faciei pallor? annon macies? annon pustulara per sepe, atque vstulata, cupreæ instar laminæ, quibusdam

Venustas formæ leditur ab Temulentia.

a Lib. 2. de occultis naturæ mirabili. li. 7. c. 2.

Solutio tacite obiectionis.

busdam, quasi gemmularum internodiis, arata atq; exasperata, frontis ac maxillarum cutis? annon oculorum humiditas & hebetatio? annon halitus factor, & nescio quæ fæces remanent? nonnullis verò

Venter
unde di-
ctus.

venter, quem à vento dictum volunt, ita tumescit abdomine, ut vterum gestare videantur, aut potius inflatum virem. sed velut vento distenta vesica, ac puncta, statim detumescit: Ita vestri vtres, ô temulenti, aculeo mortis, lethaliter perforati, breui flaccescent, & computrescent. macte agite, & pergite. Vermibus insigne epulum, studiosè parate.

7. de arte a-
mandi.

Addo & verè. Formam non solum, sed & naturalem totius corporis vigorem, eneruat Ebrietas. Hinc Ovidius.

Vino Forma perit, vino corrumpitur atas.

Lib. 7. Sa-
turnal.
Temulen-
ti citius se-
nescunt.

Et Macrobius. *Qui autem sunt crebrò ebrij, citò senescunt, alij ante tempus competentis atatis, aut caluitio aut canitie insigniuntur, quæ non nisi defectu caloris eueniunt ab Ebrietate extincti.*

L. de plan-
tat. Noë.

Et membra quoq; omnia, interdum aut incompositis agitantur motibus, aut elanguescunt, demittuntur & in terrâ turpiter defluunt, ac prosternuntur, aut Exemplo Noë, illa quæ natura vult occulta esse, nudantur. *Qui enim haurit vinum immoderatius inquit PhiloIudæus. impos sui factus, aberrabit facile; nec manus solum sicut athletæ victi, demittet, sed ceruice quoq; ac capite defluente, genuque labante pessum eunte toto corpore, procidet. ex quo inconcinno corporis situ, plurimos occasionem mali quippiam cogitandi, aut machinandi hausisse, non ambigendum, atq;*

Lib. de He-
lia et ie-
iun. cap. 5.

id S. Ambrosius quoq; prospexit, & carpsit. Non illis ait, solis nocent vina quos tentant, sed & illis amplius, quorum oculis temulenta aliorum membra nudantur.

hinc

hinc risus irreuerens nascitur, hinc libido flammatur, ut multo maiore temulentia eos vina perturbent, quorum oculos ac mentes inebriauerint, quam quorum membra prostrauerint. hæc Ambrosius commodè non minus, quam sanctè.

Age hic palum figo, turpes eiusmodi Cyclopes, temulentia deformati, ubiuis locorum, præcipuè in aulis principum, tibi occurrent. spectato eos ac detestator, ut æquum est, ac tu voles.

CAPVT XX.

Graues ac varij morbi è Temulentia promanant.

EST reuera infelicissimum hominum genus, quod ita Ebrietate præter omnem modum delectatur, ut ea nihil potius habeat, nihil antiquius in deliciis, hæc enim, ut animi grauissima detrimenta iam taceamus, tot mala, tot incommoda, tot pestes progignit corporibus, ut vel ob ea, si nil aliud noxæ sublateret, præcauenda, omnis vini vsus immoderatio, eiurandus foret. quid ni? venenum quoduis aut toxicum, annon fugis? annon detestaris? annon id facile eiuraris? est Ebrietas corporis toxicum, est sanitatis venenum. Et plus est quam toxicum, quam venenum. hæc enim præcognita reiciimus, abhorremus, repudiamus; Temulentiam usque adeò nociuam scimus, experti sumus, vsu docti sumus ut plures crapula perierint, quam gladio, non tamen respuimus, non dimittimus, non exhorrescimus. Et huiusmodi quidem *stultorum infinitus est numerus*, qui nec aliorum Exemplis imbuti, nec suo malo eruditi vel ferius cum Phrygibus tandem sapere velint.

Temulentia toxicum corporis humani, Eccle. 37. Eccl. 1.

Aiunt medici humani corporis firmitatè ac bonà habitudinè, in humorù adæquatione, & quadam quasi

Morbi po-
sissimum
frigidi exi-
stunt è Te-
mulentia.
Lib. de cau-
sis morbor.
cap. 3.

quasi cuiusdã harmoniã consonantia, atq; symme-
tria, præcipuè cerni; qua immoderato vini potu, vt
fieri secus haud possit, confusa atq; perturbata, quid
infortunii non timendum? quæ noxiã corporis af-
fectiones inde non generentur? ac frigidos præser-
tim morbos, inde suam ductare originem, Galenus
author est. Nã quemadmodũ, inquit ipse, vinum mo-
dicè sumptum, calorẽ auget naturalem: sic immodicè ob-
ruit, dissoluit, ac destruit; quia dum vinũ copiosè ebi-
bitũ, impetit sursum ac replet caput, crassissimas ex
vniuersis partibus corporis, secũ trahit, in cerebrũ
superfluitates, easq; frigidas nimiũ, cum aliorũ hu-
morũ qualitatibus, inãqualissimè distemperat. hinc
omnium noxiarũ destillationum segetem ac mate-
riam subministrat. hinc oculorum vlcera, lippitudi-
nẽ, ophthalmiam, fœtentẽ anhelitum, dentes putri-
dos, genas pendulas, furiales somnos, apoplexiam,
morbum fonticũ, paralyfin, impetiginem ac leprã,
demumq; nodosam podagram, ebrietatis certissi-
mã pedissequam, existere, quotidiano docemur ex-
ercitio. Recenset eiusmodi morborum mōstra, hoc
versu, quasi colligato fasciculo, eximius Medicus
Georgius Pictorius, in Dialogo de Ebrietate:

*Ter quinos suffert casus, vacuando lagenas
Ebrius insanus, vel crapulosus iners.
Namq; illi accelerat dubia vertigine vertex
Obrepat fortis debilitas cerebri.
Illi discedunt sensus, geniusq; modestus;
Illi torquentur viscera; visus hebet.
Et titubant gressus; præcordia bile tumescunt;
Ac ratione carens ingluuiosus erit.
Perq; cutem sædus totam diffunditur humor,
Qui caussat sædam sordidulamq; lepram.*

Nasci-

Nascitur & turpis formoso pallor in ore,
 Herculeus morbus, mors inopina quoq;
 Tangit, & hunc Elephas crustosis ecce papillis,
 Atq; hydrops tristis, Gallia turpis item.
 Senuit in hunc magnus victa coxendice morbus,
 Qui viduat somno lectos amice suo.

Distinctim verò ac breuiter, per capita collectos, grauiores, qui temulentiam comitari plerumq; solent, ac suis ostensos rationibus, morbos, à clarissimo quodam Medico, hic appono, lector, tui causa, vt rem, quæ agitur, melius intelligas. Primò namq; scribit ille, *iecoris ἐν ἐξίω hoc est bonum habitum dissoluit: vinum enim immoderatus sumptum, calorem eius naturalem, vel obtundit, vel resoluit, atq; debilitat, adeò vt facultatem amittat sanguificam, & aquosas humiditates, ὅδ' ὡς α' efficientes, pro sanguine gignat. Vel hepar ipsum, eum humoribus eius adurit, quam sanè rem, magna ex parte sequi solet, vel ἐλαφωτί ασιε, quæ est Arabum lepra, vel Mania. Deinde assidua fumorum è vino sublatione, bonam etiam cerebri constitutionem destruit: calidum quidem, phrenitidi aut mania: frigidum verò Epilepsia, lethargo, Apoplexia, aut Caro, Arabibus Subeth appellato, obnoxium reddens. Tertio loco neruorum imbecillitas, continuam vini perpotationem sequitur; atque inde sanè accidit, vt bibacibus & frequenter inebriari solitis, caput, manus, ac reliqua membra propè omnia tremula efficiantur. Quarto frigida neruis vitia, nempe conuulsionem, ac Paralytim adducit. Vbi enim immoderatus sumitur vinum, vt pote quod calidam habeat temperaturam, facillimè eos replere solet: talis siquidem natura promptè omnia subintrat, præsertim cum non admodum crassam substantiam habuerit. Ergo substantia vini*

E 5 copia,

Ioann. Curio lib. de conseruanda bona valetudine in precepta scholæ Salernitæ cap. 15.

copia, neruis hæc adfert mala: vinum etiam, frequenter in
 ventriculo acescit, vnde non minimum leduntur nerui.
 Ex defectu præterea cõcoctionis, vinum sæpè cõuertitur,
 vel in crudas & aquosas humiditates, quib. laxati nerui
 dissoluuntur: vel in frigidos, crassos, & glutinosos succos,
 quibus iidem obstructi, aut distenduntur, aut contrahuntur.
 Quinto, Apoplexiã procreat, pituitoso enim, hoc est,
 frigido, crasso, lentoq; humore, què temporis tractu ge-
 nerat, adeò principalissimos cerebri ventriculos, vna vi-
 ce & cumulatim replet, vt subito omnes corporis parti-
 cule, motu ac sensu destituantur. Sexto verò, repentina
 sæpè mortem affert: locis .n. respirationis, vini vel inde
 generatarũ humiditatu multitudine coarctatisq; vehe-
 menter, atq; impeditis, ebrius stertendo atq; dormiendo
 suffocatur. cõfirmat hæc omnia Galenus. Vinum, in-
 quiens, non semper animal calefacit, æquè vt nec oleum
 flammam accendit, tamen si aptissimũ est ignis nutrimentum,
 immò si exigua flamma & imbecilla, confertim multum
 oleum infundas, suffocabis eam, prorsusq; extingues
 potius, quàm augebis. Sic igitur & vinum, vbi plus bibi-
 tur, quàm vinci possit, tãtum abest, vt animal calefaciat, vt
 etiã frigidiora vitia gignat; quippe Apoplexia, & Para-
 plexia, & quæ græcè caros & comata vocamus, & ner-
 uorum resolutio, & comitiales morbi, & conuulsiones,
 immodicum vini potum comitantur; quorũ vnumquodq;
 frigidum est vitium. hæc medicorum ille coriphæus,
 quibus omnibus neglectim habitis, quàm multi suo
 se iugulantes gladio, interitu præmaturo, ex huius
 lucis vsura eripiuntur? qui si sobrietatem coluissent,
 plurima annorum spacia superare, ac Nestoris ali-
 quando canitiem attingere potuissent.

Lib. 2. de
 Tempera-
 menti.

Capitis do-
 lor è temu-
 lentia ar-
 242.

Fingamus age, quod ita tamen esse non potest.
 Mali aliud è temulentia nunquam fluxisse, præter
 mole-

molestam illam capitis grauedinem, ac languorem, crapula necdum planè decocta, sequi solitam, quam Leuinus Lemnius è Festo Pompeio *Helucum* vocat, quæ vox languidum sonat, atq; semisomnum, atque hesterno vino oscitantem: an tu velis tam breui voluptate, quam è mero capis, tantum tibi malum accersere? id verò si faxis, nulla te ratione ductum rebor. ego volens ac sciens, tanti mihi non emam, tanti doloris pœnitere.

Lib. 2. de occult. naturæ miracul. ca. 17
Helucus quid?

Salsus refertur iocus, at verus tamen, de quodam Hispano Monacho, qui olim Pragæ cōfessiones excipiebat pœnitentium. is persæpe pro confessione audiens, nonnullos vino nimio se ingurgitasse, atq; ebrios euassisse, quod tamen, quidnam rei esset, praxi nunquã expertus erat; modum .n. bibendo nunquã excesserat, nec quid Ebrietas, quantum vé corporis malū, vsu didicerat. doctior ergò euadere, & quidnam homini delectationis afferret, illa meri repletio, nosse anhelans, curat amphorã optimi atq; delictatissimi vini, apponi sibi, ac solita iuxta bellaria, q̄ sium cient, atq; exasperat. orditur bibere, ac heroicè perpotando, non absq; insigni difficultate, exonerat amphorã. interea caput, fumis è vino vaporatibus, nebula quasi offundi, ædes rotari, manus defluere, pedes labascere, ac naturalé vsu omnia membrorum organa perdere. ingruit porrò plurimarū horarū profundus sopor. experrectus tandem altero die, tantum capitis dolorè, integro sæuientè triduo, tolerauit, tantamq; nauseã ac languorè, vt sibi met a nimo vix constaret. ergo dolore suo, tam acuto, tam vehementi, quid Ebrietas esset, edoctus, quoscunq; ab eo die, Ebrietatem confessos, audire cōtigit, non alia, quàm hac iniuncta pœnitentia, à se, absolutos dimisit: *Vade, & te denuò inebria; ratus capitis dolorè, qui exinde secuturus esset, tâtulæ vini illecebræ, foret pœnitentiam esse.*

Festina ac lepida historia.

Hæc grata quibusdã potatorib. foret pœnitentia.

Atqui verò, cùm millies illa grauedine peiora, fluxu temporis, consecutura sint temulentiam, quæ dementia, equum illum Troianum, ex quo tot mala irrepunt, inter nos tam indulgenter tolerare, tam molliter fouere, omniq; studio educare? permitto, ad breuè tempus, ad paucos annos mensue recentis affectiones ac morbi, te non inuadant; tandem tamen ac certò certius venient, & tarditatem grauitate, magno fænore compensabunt.

Lib. 1. genio, dier. cap. 21.

Alexander ab Alexandro refert, Ennium se nunquam ad pangendos versus accinxisse, nisi bene satis potum. vnde Horatius,

De arte Poëtic.

*Ennius ipse Pater, nunquam nisi potus ad arma
Profuit dicenda.*

Alian. de var. hist. lib. 2.

Xiphilinus in Vitellio.

Quo factum tandem, vt ex nimio potu, morbum articulare contraxerit, eoq; demum calamitosè fuerit extinctus. Agronem item Illyriorum Regem, robustum alioquin, ebrietas tandè, in lethale pleuritidem coniecit, & occidit. Vibius Crispus summus Vitellii imperatoris amicus, cū perditissima, apud Cæsare libidine potitando, multas noctes triuisset, ob crapulam tandem, in morbum grauisimum incidit, ex quo cum parum respirasset, dixisse ad amicos fertur; omninò se vino fuisse periturum, nisi ad tempus tam grauiter ægrotasset.

S. Patres Ebrietatem ob tot morbos diiudicant, Serm. 222. de Temp. qui est. 2. de ebriet.

Quæ cum ita sint, non immeritò sancti Patres, grauisimis morborum comminationibus ebrietatem insectantur; inter quos non infimus est S. Augustinus. *Cum enim non solum, ait, in futuro seculo, torquendi sint homines, sed etiam in presenti, per ipsam Ebrietatem, multis frequenter infirmitatibus fatigantur, vel morbum corporis timeant, qui de animæ salute non cogitant. oculorum suffusionem atq; caliginem, capitis vertiginem, & membrorum tremorem expauescant.*

tant, qui inferni supplicia non formidant, & alibi ad eundem sensum. Plurimi namque homines, per vinum maximam debilitatem totius corporis contraxerunt, nec potuerunt consequi pristinam sanitatem, quia non temperauerunt gulæ ardorem, sicut .n. piscis cum avidas fauces profert, ut glutiat escam, repente hamum, intra fauces reperit: Ita & Ebriosus, intra se vinum suscipit, inimicum, qui cum mox ut intraverit, impellit ad omne opus nefandissimum; & sic rationalis homo capitur, ut irrationale animal. Multo clarius diuerfos, ab immoderato vino exeuntes morbos, declarat S. Basilius. Quæ namq; est, inquit, hominis structura, adeo luxuriosa, quæ tantis Ebrietatis malis resistat? quis vnquam madidum semper & innatum vino corpus, conseruabit, ut non exinde dissolutum, & omnibus obnoxium morbis, existat? hinc tremores, hinc debilitates con fracto ac debilitato vitali spiritu, & excidentibus robore membris, ac dissolutis excitantur: aegritudo enim corporis inflationi tumoriq; inest. Quis est qui maledictionem Cain in seipso transfert? annon qui vino tremit & vacillat per omnem vitam? naturali namq; firmitate deficiente, necesse est corpus continuo vacillet, atque moueatur. Quousq; tandem vinum? quousq; ebrietas? periculum miser est, ne pro homine, cænum lutumq; fiat, sic penitus vino mareescis, ac quotidianam crapulam meri, & hoc tabidi, haud aliter, quam vasa putida refoles. hæc Basilius.

Eod. Sermo

Homil. de Ebriet. &

Gen. 4.

Lib. 3. E-
thicor.

Horat. in
Sermonib;

Tu qui natura mortem, quæ terribilissimum omnium est terribilium, Aristotele teste, times ac pauescis, & luem hanc ipsam, temulentiam, quæ ut vides, in sanctis eam artibus ac machinis accelerat, ac

venum istud habet in cornu, longè fuge:

Nam

nam & eam ob causam, carnibus olim taurinis in fronte. Bacchus pingebatur.

CAPVT XXI.

*Perpetua vini appetentia, & sitis quasi continua
causatur à Temulentia.*

*Hydropicū
simileste-
mulexsi.*

A Qua intercute, aut febribus calidis æstuantes, graui perpetuaq; siti anhelant. potum eis porrigas, degustent, & quantum libet bibant, vix cyathū ore amoueris, potū repetent, potum ingeminabunt, inflammata sitim causantes. Tales quoq; sunt temulenti, & haud minus: nam vini voluptas, perpetuam in illis bibendi auiditatē excitat. qui sic? vinū bibere, breuissima voluptas est, & spacium organi, quo percipitur, nēpē gutturis, quatuor vix digitorū; tempus verò quo durat, vix toridem momentorū, ad eò ve-

*Apud Stob.
serm. 18. de
incōtinēt.*

*Temulen-
torum sitis
uunquam
sedabilis.*

*Lib. 12. na-
tur. hist.
cap. 22.*

*Collū grūis
helluo qui-
dam sibi
exoptabat.*

*Erasm.
Apoph. li. 7*

rum quod Democritus ait: *Qui ventris voluptates sequuntur, edendo & potando, breue omnino delectationis tempus habent, interim duntaxat, dum edunt & bibunt: curæ verò ac tristitiæ multæ sequuntur; semper earundem rerum desiderio torquentur, & cum quæ appetunt nacti fuerint, voluptas confestim transit, cum nihil in se boni, quàm momentaneam titillationem habeat. itaq; mox rursus iisdem indigent, eademq; appetunt & desiderāt.* Et rectè Plinius: *Hæc necessitas ebrietatis vitium comitatur, vt bibendi consuetudo augeat auiditatem.* vnde cūm famosus quidam helluo interrogatus esset, qd quàm maximè sibi in votis esset? *Optarem, respondebat, natura mihi longissimū guttur, grūis instar dedisset, vt diutiusculò vini saporē sentire possem.* non multum huic absimilis erat, Stratonicus quidam Atheniensis, & dictis festiuus, & Musica celebris cytharcedus, is cubitum concessurus, assiduè iubebat puerū sibi præbere vinū, *Non quod sitiam, inquit,*

sed

sed ne sitiā. Dionys. minor teste Alexandro, tanta vini cupiditate flagrabat, vt exaturari haud vnquam posset; qua ex causa, nonnunquā ad nonagesimū vsque diē, ebrius perseuerauit in crapula, vnde cecutientes, vinosos, ac turbidos oculos, nactus perhibebatur. Parthi similiter bibendo gloriam aucupari solebant. de quibus scitū illud Plinii: *Quantò plus bibunt Parthi, tantò plus sitiunt: auget .n. bibendi cupiditatem cōsuetudo.* Quendā & ego noui, q̄ quotiescunq; crapula vacuus erat, grauissimos dolores capitis, & ardentissimā sitim patiebatur. ergo vt hac se molestia liberaret, pharmacū eiusmodi, semper in prōptu habitū, vsurpabat. sūmo mane potitare inchoabar, vsq; ad multā noctē, id palæstræ genus cōtinuando, eundē sequenti die viuendi ordinē, ac deinceps tota vita, q̄ tamen breuissima, tenebat: nam non ita multo post, inter pocula ebrius, apoplexia subitanea interiit. Erat hic sanē $\alpha\omega\lambda\varsigma\ \&\ \pi\iota\theta\varsigma$, quod Græcis in prouerbio est, *inexplebile*, inquā, *dolium*, cuiusmodi haud dubiē passim est inuenire. Optime itaq; de huiusmodi aridis, atq; inflāmatis faucibus, S. Ioannes Chrysostomus: *Nā ebrietati vacantes nunquā satiantur, sed & quantū ingurgitant, tantum & siti flagrant, & inflāmatio quædam eis est: vini vsus & voluptas quidem euanescent; sitis autem inexplebilis, in præcipitum ebrietatis, eos qui illi seruiunt, deducit. quī verò id fiat, pulchrè differtū à Diuo Basilio. Tumescent eis, ebriosi inquā, corpus, oculi humoribus prægrauantur, ora siti ardentia, fauces cōtinuo siccæ. nā sicuti valles donec torrentibus inundantur, plenæ esse videntur; vnda verò desinente statim siccæ vacuæq; remanent; sic & vinolentorū ora, vino & potatione duratibus exaturantur, ac madescunt. paulò post cōtinua siccitate laborāt: Ex quo ad frequēter bibēdum inutantur, vnde humor naturalis amittitur.* hęc Basil. Mala ergò, vt D. Ambros. verbis vtar,

Lib. 5. Genial. Diem. cap. 21.

Lib. 4. c. 11. & Guido Bituric.

Homil. 28. in Genesim.

Quomodo perpetua sit ex Ebrietate nascatur.

Homil. de ebriet. & luxu.

domina seruitur gulæ, quæ semper expetit, & nunquam expletur, quid enim insatiabilis ventre? hodie suscipit cras exigit.

Id apud me ratum est, tametsi conditione mancipium fores, eum tibi non esses vnquam herum optaturus, qui nullo tuo sibi præstito, contentus esset obsequio, sed plura semper inexplebili cupiditate expeteret. cur ergo te huic Ebrietatis Tyrannidi subiciis? sin tibi forte vini seruitus, non tam turpis, vt illa videatur: at vide ne iudicio tuo decipiaris. ex se illa omni flagitio carere potest; hæc nunquam.

CAPVT XXII.

Iurgia, lites, & vulnere à Temulentia oriri solita.

Habet & hoc, vini affluentia, vitium secuta, vt calore suo bilem homini sæpè ob lanam caprinam aut asini vmbra moueat, iracundiam prouocet, tragœdiarum scenas apparet, litigiis materiam struat, & quasi fomitem illicò accendat. Nam sicut in præcipitio stantem, ait pulchrè Macrobius, vel leuis tactus impellit: Ita vino vel infusum, vel aspersum, paruus quoq; dolor incitat in furorem. atque id non solum ipsiusmet malo, qui temulentus hoc patitur, verùm etiam inter Symposiarum congerones ciendo turbas ac rixas. Cum enim arcana quæque temulentus effutiat, nihil cogitans, nihil curans, nihil veritus, an hunc vel illum prouocet, offendat, feriat, lædatue, fit, vt alter in suam id rapiat iniuriam dictum; tutando se itaq; ac vim vi repellendo, contumeliosè iactatum verbum, in authorem retorqueat, quo illi crabrones irritantur magis, & intus latentès irarum flammæ fortius erumpunt.

Lib. 2. Saturnalium.

Modus, quo à Temulentis rixæ fieri solent.

inde sequuntur conuitia vtrinq; mutua; & alter alterius occulta sæpè facinora in apertam solem producit ac reuelat. hic contradicit, arguit, mendacem increpat, & sic ignem gladio fodicat, fitq; quod benè Terentius:

In Andria.

Qui quæ vult dicit, quæ non vult audiet. Et Sophocl.

Apud Plutarch. in Symposiacis.

φιλει γαρ γλωττων εκχεας ματιω,
 ακωρ ακειρω ουε εκωρ ειπη λογυε.
 Etenim solet, qui dicta temerè iecerit
 Audire nolens verba, quæ dixit volens.

Tandem ad arma conuolatur; hic monomachiã offert; alter ne cedat, ne illo effæminator, aut viribus imbecillior, æstimari ab astantibus possit, non detrectat, annuit, acceptat, & grauiore minas intentat, expediuntur pugni, arripiuntur vectes ac baculi, vibratur tela, euaginantur pugiones ac gladii; pugnatur vtrinq; pro viribus, non rarè inæquali sorte: nã quoties cornix scorpionem rapit? quoties is qui alterum ad mortè vulneribus cõficere intendebat, ipse multò grauius læditur, mutilatur, & nonnũquam planè trucidatur? non hic agã exemplis; passim inter Germanos nostros obuia sunt, nec mihi vel vnã ostendes vinariam tabernam, quæ huiusmodi contentionum certamina non sit aliquando experta.

Lamentatur id quoq; S. Ambrosius: *Passim habent concertationes, ebrii, conserunt lites, in eadem prosiliunt & veniunt ad iudicia, vel vocantur, sit nonnunquam grauior tumultus, quia vino mens peruertitur ebriosis, & non meminit Regis, nec magistratus, vt scriptum est, & omnia aperta facit loqui, & non meminerunt, cum biberent amicitia, nec fraternæ necessitudinis. sed non post multum, sumunt gladios, & cum vino mersi fuerint, & surrexerint, non meminerunt ipsi amplius quæ gesserunt.*

Lib. de Helia & ieu, cap. 16.

3. Esdr. 3.

F Nec

*Temulen-
si quidam
etsi non
in sympo-
tas, in do-
mesticos
tamen mo-
rosi atque
crudeles,*

Nec illi nobis hic impunè abeant, qui quidè verbera metuentes, aut aliud quippiam incurrere, quã diu symbola celebrant, nõ contendunt, non litigãt, non verberant: at ubi primũ proprios attigere lares, tũ feruet cholera, tũ ignescit bilis, tũ musca parietis obrepens, tumultui occasione præbet, tũ seruilus miser, tũ vxorcule domestica, culpã habent, quã nunquã cõtraxere: furor arma ministrat, obuia quęcunq; in manus veniunt, sit bellũ, vapulat ille vel illa: ni pessundari, ni vitæ discrimẽ adire velint, capessenda fuga, vestigandæ latebræ, quibus occultet se, dũ cholera cum crapula sit extincta. Dignam non raro bellica fortitudine sua, strenui Herões isti, palmã reportãt: aut domo se proripit vxorcule, & apud suos de mariti sæuitia conqueritur, vnde sæpè quos Deus cõiunxit, ab hominibus separantur; aut si manet, succenset, & iustè quidem, morosam se & vultu & verbis exhibet, negat prandium, recusat cœnam. ne dicam plura quæ scirem, & possem hic notare, multo acriori reprehensione.

Longè prospexit antiquitas, eiusmodi furias, inesse mero superfluo. atq; eam ob causam vt Eusebius ex Diodoro refert, pinxere Bacchum veteres, manu gestantem thyrsum, fragilem virgam, baccis oneratam. eaq; nixum sustentari, Poëta teste:

*Claudian.
li. 1. de rap-
tu Proser-
pine.*

--Letusq; simul procedit Iacchus,

Ebria Mæoniis figens vestigia thyrsis.

& cur thyrsum gestat? non sine mysterio. nam cũ nimio madidi Baccho, ad crebras contentiones prouehantur, in quibus se mutuo baculis feriant, ac telis faucient, ac sæpè occidãt, suadere volebant, ne inter bibendũ armis vterentur, sed baculis è thyrso, quorũ plagis, nullum vitæ inferri periculum posset. quæ lex si dudum apud nos viguisset, si armorum vsus, iis qui conuiuia agitarent, aut potitarent, ablatu-
fuisse

fuisse ac vetitus, multa sanè præcaueri mala atque homicidia impediri potuissent. Accipite itaq; & serum habetote, quod Horatius facundè suadet.

*Natis in usum latitiæ scyphis,
Pugnare, Thracum est; tollite barbarum
Morem, verecundumq; Bacchum,
Sanguineis prohibete rixis.*

*Horat. lib.
2. car. Odes
17.*

CAPVT XXIII.

Temulentia quamplurimos interfecit.

Non acquiescit rixis Temulentia; vulneribus non est contenta; membrorum mutilatione non exaturatur; hic necdum subsistit conatus eius. Vitam petit & sanguinem. Quot. n. à temulentis occisi? quot immatura nece è medio sublata? paucis id liquidum fiet exemplis. primum à sacra Scriptura subministratis, tum deinde, ut plurimum à prophana lectione mutuatis.

*Quamplu-
res temu-
lenti inter-
fecti: pri-
mum è sacræ
literæ pro-
batur.*

*1. Reg. 17.
Iudith. 13*

1. Marc. 13

*Serm. 23^{ra}
de Tempore
re qui est.*

*1. de Ebriet.
Macth. 14
Marc. 6.*

*Ad sacræ
virgin.*

Amnon filius Dauid, in conuiuio temulentus, ab Absalone circumuenitur, & immani parricidio enecatur. Holofernes cum Iudith viduam ad conuiuium inuitasset, eiusque ad nefandam sollicitandam causam, plus vini hausisset solito, ab ipsa virili atque heroico ausu, in tenitorio suo, vino somnoque sepultus, trucidatur. Simon sacerdos, una cum filiis duobus, à Ptolemæo Abobi filio, lautissimis exceptus epulis, cum largius bibisset, ex insidiis opprimitur. Herodes, ut D. Augustini verbis loquar, ubi nimio mero concaluit, ad uinum puella saltatiunculam, Ioannem Baptistam Præcursorem de Tempore decollari præcepit. atque ita certum indubitatumque redditur, quod idem S. pater alio loco scriptum reliquit. *Assumit inter pocula Ebrietas iniusta certamina, & nullis existentibus causis, asperam excitat rixam, & inde consurgente non raro necesse, quia interponendo verba vana, aliorum sana dicta non patitur audire, sed in contumeliâ erigitur conuiuari, & proximorum crimina,*

F 2 Cla

*Prophanis
idem do-
cetur ex
plis Guido
Bituric. &
Rauis. in
Offic.*

Claretid quoque è factò Lapitharum & Centau-
rorum. hi enim in nuptiis Hippodamiæ & Pyri-
thoi post epulas, mero calidi, plus nimio, primùm in-
rixas, tum in pugnas prouèere; adeò quidem, vt po-
cula & menfas in telorum vsum conuerterint, mu-
tuisque vulneribus, exanimati complures, occubue-
runt letho. quo de funesto certamine Flaccus poëta;

Crateres mensæque volant, aræque Deorum.

*Virg. 3. Æ-
neid. & Ho-
mer. Odyss.
lib. 9.*

Polyphemus Cyclops, hauito vberius mero, dum
profundissimum dormiret somnum, excæcatus est
ab Ulysse, qui ei vnicum, quæ habebat in frõte oculû

-- Phœbeæ lampadis instar,

*De virtu-
tib. mulier.
cap. 3.*

effodit; parumque absuit, quin vita quoque priuaretur.
Hippoclus Rex autore Plutarcho, cum vinolentus,
sponsam Chiorû adolescentis, sibi familiarissimi, in-
decorè amplecteretur, & cû ea immoderatus iude-
ret, ab ipso sponso obruncatus, interiit. Ibidè refert
Plutarchus, vbi hoc recensuit, Hippollû vino simili-
ter obrutû, cuiusdâ iuuenis sponsâ, verbis impudi-
cissimè prolatis, tentasse ad libidinè prouocare, su-
peradditis quoque obscænis, tum nutibus, tum ample-
xibus; quæ videntes ii qui sponsi causa præstò erant, in
eû inuolarunt, vnoque impetu, è viuis iracundè sustu-
lerunt. Et Lucium quendâ præfidiarium militem, vino
copiosè madentè, Miccam Phidoleni cuiusdâ filiâ,
violare atque opprimere orsum, eodè loco memorat
Plutarchus: sed cû ea summo conatu, voce manuque
reniteretur sceleri, in gremio patris ad quod confu-
gerat, eâ nefarius aggressor, pugione traiecit. Et ali-
bi de Cyanippo Syracusanorû tyranno scribit, haud
absimile scelus. Is enim ebrius, filiâ suam, fædo incestu,
de nocte constuprauit, quod cum illa, cui vim attu-
lerat, ex annulo, quem patri detraxerat, manè cog-
nouisset, eum protinus interfecit.

*Plutar. in
Apothet.
Rauis. in
Officina,*

Im-

Immanissimum eiusdem generis factū est, quod de Cambyse Persarum Rege legitur. Ebrietati deditissimum fuisse, peruulgatum ac notū passim. quāobrem, cū à Prexaspe consiliario suo corripere-
 tur, grauiter indignissimēq; tulit, & vt suā excusaret bibacitatē, iussit Prexaspis filiū adduci, atq; ad palū ligari, sic ad parentē pueri fatus. *Tum demum proba, si sim ebrius, cū collimato hoc spiculo cor filii tui tetigero.* exoneratā itaq; sagittā, in pueri praeordia cōtorfit, & è uiuis cū facinorosa crudelitate sustulit. In variā demū ac per multa scelera, hunc ipsum Regē temulencia traxit: Nā & fratris parricidio, manus conscēlerauit, & vterinā sororē per vim vxorē duxit, quā & postea quoq; madidus interemit. Cū .n. quadā die in conuiuio effusissimē perpotasset, in mentē incidit, spectaculorū iucunditate animū relaxare. habebatur in aula leo iuuenulus, & canis eodē aetatis flexu, generosissimus, q ad mutua vulnera, clamoris cōcertatione, prouocabantur. Cū autē leo cani praeualeret, alius canis cū illo, nō vno fātū quidē, sed eadē matre editus, rupto loro quo ligabatur, accurrit, fratri opē praestitit, atq; ita iunctis viribus, leonē vulneribus confecerunt. quo spectaculo Rex mirificē delectabatur; Regina verò ad fletū, vehemētissimē permouebatur. aegrē id ferebat Cambyles, causamque percūctabatur tāti fletus: cui Regina soror imperterritē respōdebat: *Ista canis fratrem adiuuatis fidelitas fratris nostri quē tu nuper interfecisti, eadem mihi reuocauit ad mēre ac memoriā: fraterno te amore à brutū victū doleo.* indignatus itaq; Rex, illicò eam ab Epulis, satellitum manibus abripi, & simili parricidio maectari iussit. Nec diu temulentā eā crudelitatē inultā tulit: nā paulò post ex Aegypto domū reduci, cū equo insilire vellet, suomet, ob lubricitatē è vagina

Ioan. Carion. in Chronico. Monarch. 2. Historia de Cambyse memorabilis.

excidente gladio, sibi latus transfuerberauit, atq; ita funesto exitu ad inferos demigrauit.

Serm. 33. ad
fratres in
Eremo.
Cyrilli te-
mulenti
iuuenis par-
ricidium,
& incestus
& multiplex.

Non minor feritas atq; atrocitas, eo contenta est exemplo, quod Diui Augustini verbis, ad calcem capitis huius, pro coronide attexto. Nō miremini, inquit concionē ad populū auspicans, Non miremini fratres charissimi, si hodie ter sermonem Deo auxiliante perfecero. Accidit hodie terribilis casus vt omnes audistis, propter quē non solum ad Hipponensem Ecclesiam omnes antiquiores habere volui, sed etiā omnes scēmas & infantes in vnum congregari praecepi; quibus congregatis cum dolore & anxietate vobis enarrare contendo, tanquā pater in plebe, quod accidit praclarissimo ciui nostro Hipponensi Cyrillo, Ecce .n. vt scitis potens erat inter nos, opere & sermone, & ferē dilectus ab omnibus. filium vt scitis habebat vnicum, & quia vnicus erat, eum superflue diligebat, & super Deum. ideo superfluo amore inebriatus, filium corripere negligebat, dans potestatem faciendi omnia, quae placita erant ei. o dolorosa libertas; o grandis filiorum perditio; o paternus amor mortiferus. Ecce filios se dicunt diligere, quos iugulari procurant, dicunt eos amare, quib. iam suspendia parant, dicunt patres filios se nutrire, sed ecce pater & filius iā ambo in foueā cadunt. Quare pater cum filio cadit in foueā? nisi quia pater caecus est, quia malus est, quia salutē suam & filiorum suorum videtur negligere. Quo & quomodo pater haec neglexerit? nisi quando libertatem filio donauit, quādo eum corripere neglexit, quando virga pepercit, quādo ei semper serenam faciem ostendit. Cupitis audire quomodo pater & filius in foueam cadunt? Licet .n. sciatis, tamen quia necesse est, vt vos quamdiu viuitis id timeatis, ideo quae hodie facta sunt dicere non erubesco. Ecce .n. Cyril-
lus.

lus vester, filium habebat, ut scitis, quem corrigere negligebat. is luxuriosè viuendo, consumpsit maiorem partem bonorum suorum, sed ecce hodiè ebrietatem perpesus, matrem prænantem, nequiter oppressit, sororem violare voluit, patrem occidit; duas sorores vulnerauit ad mortem. O magna Diaboli dominatio. Patrem quem post Deum reuereri debebat, occidit; matrem à qua portabatur, prænantem oppressit, sorores quas tenerrimè diligebat, voluit violare, & duas vulnerauit ad mortem. O dolorosa ebrietas omnium malorum mater, omnis luxuriæ soror, omnis superbiæ pater. Hæc Augustinus, qui eadem concione, longissima verborum grauissimorum exaggeratione, Temulentiam perstringit.

Huius farinae exempla plura, si non scelere paria, at saltem haud longè inferiora, etiamnum hac tempestate temulentia peperit, quæ cum plerisque nota sint, non est quod hic prolixè describantur.

CAPVT XXIV.

Imò & suosmet autores enecat Temulentia.

ORaculum est, propter crapulâ multi obierunt, *Eccl. 37.* certum & indubitatum. Temulentia complures mortem sibi, violētis quasi manibus iniectis, ante fatalem diem consciuere. Credunt quidam & nō temerè multò maiorem esse hominum multitudinem, qui hac potus intemperantia pereant, quàm qui aut gladio, aut morte naturali occumbant.

Hic immoderati vini fructus est, vitâ abbreviare, *Vini calor* lethales morbos excitare, hominē tandē inopinatō interficere: paruos nāq; igniculos, vehemēs ac luculētū absumit incendiū: ita calor à nimio vino feruēs, si naturali calori pmisceatur, eū exuret, ac de repente extinguet. nec id mirū: nā materia eius, i. humido radicali, quo calor instar nutrimentī fouet, sum-

è Temulentia ortus extinguit hominum calorem naturalem.

stentatur, alitur, absumpta, & ipsum consequenter interire, opus erit. Lucernam exemplum cape;annon extenuato lychnucho, vel oleo penitus exiccato ea deficit? sic & infusus ille, quem diximus calor, vitali humore exhausto,

Cicuta perit homo; & nimio vino perit. Cicuta hominis natium calorem extinguit; Et temulentia id facit. Cicuta, vt Aristoteles ait, humores omnes in præcordiis conglaciando, calorem obruit, hominem enecat. Vinum contrà ignito ardore suo eundem calorem quasi deuorat. Hinc Androcydes Alexandrum Magnum, ad Ebrietatem propensissimum, hisce verbis à vitio conatus est auertere atq; abstertere. Cogita ô Rex, te cū vini multū potas terræ sanguinē haurire; Nam vt cicuta venenū est homini: ita & immodicum vinum. quib. si monitis Rex paruisset, nec optimos quosq; amicos ebruius iugulasset, nec repentinā sibi mortē accelerasset.

Vinū porrò ita cōfertim bibitū, vt plerunq; Germani solemus, euident creat, à Medicis plurimū exors, cōuulsionis discrimē, q; mortē plerunq; solet attingerare. Libet id periculū protestari, cū Medicorū principe Hippocrate, in signi Aphorismo: Si Ebruius quispiā repente obmutuerit, cōuulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut vbi ad horā venerit, qua crapula soluantur, vocem recuperet. quē aphorismū hisce verbis Galen. exponit: Crapulam ex vini potu factā κζατ-ωάληρ Græci nominant; ωαζατὸ τὸ κέζηνον, quod caput sonat, καὶ πάλαιδα, id est, concuti; quod caput concutiat: nā capite, neruorum principio patiente, totum corpus conuelli, ac maiorem aliquando noxam consequi, necesse est, & repentinam mortem. Quod Medicorum pronunciatum, si exemplis clarum velis, propemodū infinita tibi adduci possint. Arcefilas Philosophus inter potandum immoderatus, vocem

Vinum nimium instar cicuta hominem interficat.

Probl. sec. 3. Probl. 22. Bruson. lib. 1. cap. 19.

Conuulsionis periculum est nimio potu.

Sect. 5. Aphor. 5.

subitò cum vita perdidit. Timagenes Grammaticus Alexandrinus, vir, alioquin haud vulgaris eruditionis, utpote qui plures libros conscripserat, ex vomitu, nimia crapula, dèrepente extinctus est, Valentinianus Imperator, valens potator, cum aliquando madidus, Quadorum legationi ad se destinata, responsurus esset, Voce impetu sanguinis amissa, integris sensibus expiravit. Atila Hunnorum Rex copiosè potitans, in nouis nuptiis, effusa de naribus magna vi sanguinis, mortuus illicò corruit. Clarentiæ Dux Gregorius Plantagineus, ab Eduardo quarto eius nominis Britannorum Rege, Germano suo, capitis damnatus, libertate facta atq; optione, ut sibi mortis, quod vellet, genus eligeret, Cretici vini potu mergi, atq; ita extremum diem obire voluit: Britannico potore dignum facinus. A macreon Teius, Poëta, dum aliquando liberrimè Baccho vacaret, acino vix passæ strangulatus, inter viuos esse desuit. quare sic in eum Politianus.

Tandem acino passæ cadis interceptus ab vix.
Andobundus Anglorum Rex, quodam in conuiuio, palmam potando assequi cupiens, præ aliis, qui & ipsi potando excellabant, suffocato crapula spiritu, inter ipsos conuiuas exanimis corruit. Lacydes Philosophus è superfluo mero incidit in Paralyfin, qua illicò sublatus est. Stilpo Megarensis, & ipse Philosophus, extremo senio deficiens, merum superflue hausit, ut celerius moreretur; atq; id breui consecutus est. Alexander Basilij Macedonis filius Leonis Imperatoris frater, famosus bibo, helluationibus addictissimus, quadam die, cum post balneum eximie perpotasset, equo insilire volens, ventrem vino turgentem nimium inflectens, venam rupit, animamq; cum sanguine vomuit.

De Alexandro Magno sic Seneca. *Alexandrum Lib 12.*
F 5 *Mace- Epist. 34.*

Exempla eorum quibus nimium vinum eripuit vitam.
Vollaterr. lib. 13. An- tropol. c. 4.
Idem l. 20. cap. 9.
Lycosth. in Theat. vitæ hum. lib. 18.
Sigebertus in Chronic. Fulg. l. 9. cap. 12.
Valer. Max. & Lycosth. l. 18. Theat. In Nutric. Raul. in Offic. Ibidem.

Ibidem.

Alexandri
Magni tem-
ulentia.

Lib. 13. An-
tiquit. Iu-
da. cap. 22.

L. 2. com-
mentarior.
in Daniel.
cap. 2.

Macedonem, quem tot itinerat, tot prelia, tot hyemes, per
quas, victa temporum locorumq; diuersitate, transierat,
tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimise-
runt, intemperantia bibendi interfecit. quod idem lo-
sephus acerbe deplorat. Liber hic de Monarcha
stius potentissimi temulentia Benedicti Pererij, Prae-
ceptoris mei optimi maximi, Danielis Statuâ expli-
cantis verba, obseruantia ergo adscribere. Deniq; b-
gura ventris significatur immodica vini cupiditas, & in-
temperantia, qua infamis fuit Alexander: hoc enim vi-
tium in eo admodum insigne fuisse ac notabile, non insi-
antur, qui res eius gestas scribunt. & post pauca, sepi-
simè totas noctes commessabatur ac potabat. noctibus
dies iungebat. quin nonnunquam tantum vini hausit, ut
totum triduum mero somnoq; sepultus iaceret, donec vi-
num edormisceret. Instituebat etiam in exercitu potati-
um certamina, amplo ceteros vincenti, constituto pre-
mio. Certè Protarchus, qui quatuor Congios ebiberat,
tanquam victor, talentum ab eo tulit, sed intra triduum
ebrietate extinctus est; aliiq; vnus & quadraginta, ean-
dem ob causam exanimati. Iterum ex temulentia in furo-
rem versus, Chytum sibi familiarissimum, Ducem strenu-
um, fratrem eius à quo fuerat nutritus, & educatus, de-
niq; vitæ suæ conseruatore, quod res gestas Philippi Pa-
tris, rebus ab ipso gestis anteponeret, lancea transfodit
cuius facti adeo mox eum poenituit, ut agere ne sibi mor-
tem conscisceret, ab amicis prohiberi potuerit. Hinc vul-
gatum fuit Alexandrum fuisse mitiorem in bellis aduer-
sus hostes, quàm in conuiujs erga amicos. ne multa; tan-
dè ob intemperie Ebrietatis ipsemet interiit. scitè igitur Velle-
cius Paterculus l. 2. dixit Iulium Casarem alterum fuisse A-
lexandrum, sobrium tamen, nec iracundum. ista Pererius
Cur longè abimus? Cur vetera: cur peregrina? cur
aliena repetimus? disquiramus nostra, pensemus do-

metica. quot nam elapsis annis, quando vinum & bonitate præstans, & affluentia sat multum, Dei benignitate prouenerat, quot inquam inter ipsa pocula, in nostra duntaxat Franconia, tacebo alias prouincias, vino ad summam repleti gulam, egerunt animam, & e taberna, in puncto ad inferna descenderunt? Dicerem, ni parcendum nominibus consulto foret, & ipsorum complures, noti nobis familiariter extitissent. Nec hic referam, quam multi vel scalarum precipitio, vel equis excussi, vel carpentis elapsi, fractis ceruicibus, conuassato cerebro, animam miserè exhalauerint. Notum illud Elpenoris quod cōes erat Vlyssis; apud Circeis inebriatus, atque impos animi factus, scalarum lapsu periit. Consimili casu Philostratus in balneis Sinuessanis ebrius effectus, parum abfuit, quin & ipse collum rupisset, è gradibus decidens, hinc Martialis.

Penè imitatus obit seuis Elpenora fatis.

Compertum vobis, non paucos, è symposiis domum redituros, aut in curru, aut in equis, aut in via, repertos exanimes. Et ipse quendam vidi, qui cum tam immensa crapula se ingurgitaret, ut nec ob angustiam ventriculus capere, nec virtus expulsiua, vini calore debilitata, eam valeret euomere, sordidam cæno esculento animam efflasset. vidi qui temulenti cubitum ierint, manè in lecto repertos mortuos. quid plura? Eiusmodi historiis tota passim scatet Germania. Fat nunc quod volet, & se huic mortis apertissimo discrimini, ita temerè exponat; potitet, & vel alios ledat, aut occidat, bibat & seipsam lethali cuiquam morbo immergat, aut inopinato casu, vitam priuet. annon hoc violenter sibi met manum sit inferre? annon vitam sibi met inuidere? annon ipsas Parcas, rumpendo ante tempus fatale filium, preuertisse? annon summetipsum homicidam constitui?

At hoc bibendo, inquit, nunquam prætegebam.

Cedo sodes, quis ita fatum inueniatur, qui hoc aut velit,

*Anno 990
in Franconia
Ebrj complures
inter ipsa pocula
subita morte
interierunt.
Alij ebrj
varis casibus
interempti.
Ouid. l. 14.
Metamor.
Epigram.
mat. l. 13.*

*Obiecit
casita
aut dissoluta.*

aut cum ratione velle possit? at ego iure, & non im-
merito dicam, te assidue potitando, continueq; po-
pinando, tota animi contentione allaborare, ut ex
huius lucis usura, quam citissime tollaris. Sic res ha-
bet, cum noxam quis aliquam vitare obligatur, non
solum ipsam abhorrebit, sed & omne illud, ex quo
fluere ac dimanare possit. Fateris, incumbere tibi
diuino iussu, & ipsius dictamine rationis, vitam mo-
dis omnibus, pro virili conseruare, nec aliunde infir-
micias tibi temulentia vitam decurtari, quod nec ig-
norare uales. cur ergo te vino ingurgitas? cur im-
moderate bibis? cur te inebrias? cur tibi met mor-
tem accersis? cur tot morbis, quibus in medio flo-
ridæ ætatis flexu abrupitur, te obnoxium facis?

*Magna te-
meritas. a-
deo impo-
nenter bi-
bere nedi-
cam impu-
denter se
inebriare.*

O cæca temulentorum pectora, quæ vos dementia
inebriaui? ita potu ventrem infercire, quid aliud est
quam vinum in quandam quasi cloacam effunde-
re? & peius est. in cloaca enim fatentem operatur
fumum absq; villo tuo incommodo atq; læsione. il-
lic verò infinitos parit morbos, quibus corporis vi-
res labefactati, præmature deficient. Coacta diu fa-
mes, mortis materia est; non secus Ebrietas ac sæpe
multò peius. Fames paucis diebus hominem sub-
ducit huius vitæ ærumnis, contra Ebrietas, primum
putrefacit sanguinem, corrumpit humores, mace-
rat membra dolore diuturno, & lenta non raro
morte corpus atterit.

*Obiectio a-
lia de diu-
turna quo-
rundam
temulen-
torum vi-
ta; eiusque
dissolutio.*

At inquires iterum. Ebriosi persæpe, sobrii diu-
tius viuunt superstites. Esto; id fiat, rarum est, ac no-
bilitati complexionis, roboriq; virium adscriben-
dum, quibus vincuntur incommoda potus. Nec ta-
les impunè ferunt bibendi nimiam libidinem: nam
tametsi paulò diuturniore vita gaudeant, multis ta-
men subiacent molestus, aut podagræ, aut calculi,
aut arthritidis, aut aliarum affectionum. Quod si,
qui

qui tales, continentem vitam ac sobriam duxissent, quin Phœnicie viuaciores, extremam senectutem fecerit, ac suauissimè consecuturi fuissent, nemini in mentem veniat ambigere.

Ergo quisquis es, ne in teipsum ita iniurius esto, vt vita, qua nil charius, aut tot doloribus lædatur, aut præcoci amputatione finiatur, secus faxis? Leberide cæcior eris mihi.

Iam nunc de corporis bonis, à temulentia læsis, dictum pro instituto satis. Videndum deinceps, vt sensibus, & aliis hominis facultatibus, ac tandem vera virtuti officiat.

CAPVT XXV.

Temulentia homines brutis assimilât, & iis quadam tenus deteriores efficit.

At dictum, quid temulentia in hominum vitam iniuriarum conferat. Iam prima se nobis discutendum acie sistit, num pro natiua ac numerosa noxarum sobole, seu turba potius, ipsam hominis naturam, ac humanam speciem, infelici sua familiaritate, mittat intactam, sinat illæsam.

Atq; eo nihil minus. Humanam naturam totam, hominis vitam integram ac mores ingenuos, si non omninò eripit, saltem non rarò sic impedit, sic defædat, sic turpat, vt bestiarum potius, quàm hominum ex ingenio constare videantur. Nam, *Ebriosus homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis: neglecta ratione, spreta sui præcipua parte, animo contempto, sese ventris ingluuiei mancipium, cuiusdam instar prostibuli venum offert, & mutat gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis volucrum* *Psal. 48.* *Rom 13.* *& qua-*

Et quadrupedum et serpentum. Dies me deficiat, & verba potius, quàm eiusmodi belluinos mores omnes, leuiter saltem adumbrem.

Brutorum animalium mores à temulentis expressi.

Quidam vitulorum petulcam exprimentes insaniam, saltitant, cursitant, cornu petunt, calcitrant. Alij porcorum, ad lintres properantiũ instar, vinarias tabernas, & symposia quæritando, grunniètes circumcurrunt, & vbi plus satis vini ingesserint, non raro gratisimum iis, quorũ mores imbibere animalculis, vomitando eructant ferculum, natante frustis edulentis pauimeto, dum ipsi, velut in volutabro suis, in luto suo se volutant. More asinorum ad lyram, alij segnes, pigri, vecordes, ad omnia, tardi gradiq; temulentia redduntur. Rapacissimis nonnulli vulturibus similes, & rabidis canibus, obuiosq; quosque moribus petunt, ac vulneribus. Complures hircorum salacitate prurientes, vino in fædissimas libidinum flammæ exardescunt. Imitati Leones alij, ferociant, contra obuios insurgunt, terrent, rugiunt, latrant, deuorant quemcunq; oppressum. quid plura?

Vide per multos Ebrisorum cum bestiarum comparationes, in Germanico libello de conuiuio et comotationibus, præclari viri D. Egidij Albertini, Serenissimo Bavarie Ducis à secretis, ubi ex

Conuiuas vitulos, hircos, asinosq; suesq;

Prensa vides bruto stringere vna pede.

Quid mirare? tuos hic aspicias belluo fratres;

Qui quoties potas, talis es ipse pecus.

Quandoquidem pressis rationem sensibus aufert,

Æmula Circais artibus Ebrietas.

Quam si bellipotens Germania tolleret hostem,

Clarius hac nusquam natio gente foret.

Dixi in corde meo de filiis hominum, inquit sapiens, ut probaret illos Deus, et ostenderet bestiis similes esse, en probatum hic; en ostensum. quanta Dei contumelia? Rex ciuitatem condit, muris cingit, propugnaculis firmat, instauratorem eius, ac fundatorem se esse, proficitur, aut in foro, aut honoratiori aliquo loco,

loco, insignia sua, vel imaginem figens, vel statuam
 locans, publica omnium veneratione. hanc tu ma-
 culas? hanc tu luto petas? hanc tu pedibus procul-
 ces? annon illic redundabit in Principem ignomi-
 nia? irritabis eum, stomachum mouebis ac bilem;
 punieris vt lęsę maiestatis reus. Et quam tu isthic in-
 iuriam Deo adfigis, qui te condidit, vt lac te mulsit,
 vt caseum coagulauit, pelle & carnibus vestiuit, ossibus
 & neruis compegit, vitam tribuit, ac diuinissimi vul-
 tus sui lumen immortale super te signauit, inultam fe-
 res? diuinę imaginis atque similitudinis, ad quam
 creatus es, pulchritudinem violando, atq; in defor-
 missimas bestiarum figuras derorquendo, impuni-
 tatem sperabis? pręfractę vindictam contumacię,
 nullã timeas? O cęca, O futurorũ improuida, temu-
 lentorũ pectora; q; homo non ferret ab homine, De-
 us ab homine ferat? non sic itur ad astra. Non vos
 ad vini potũ à Deo creati estis: sed vini potus, vestri
 caussa: non ad luxum, sed ad moderatum vsum.

*Gueuara
 hus versus
 inducit.*

*Iob. 10.
 Psalm. 4.*

Genes. 1.

*Pronaq; cum spectent animalia cętera terram,
 Os homini sublime dedit, cęlumq; tueri,
 Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.*

Ouidius.

*Deteriores
 brutũ fe-
 mulenti
 censentur.*

Paruum os vobis natura finxit, paruũ & incapacẽ
 stomachũ fecit; corpus quoq; cingere iussit; quę om-
 nia vniuersim, sicut & singula diuersim, modera-
 tionis calcaria sunt: non eadẽ visuntur in aliis ani-
 malib; solis hæc tributa cernitis hominibus. Cauete
 itaq; & fugite vini ingluviẽ, quę ex hominibus vos
 bestias format. quid bestias iacto, si peiores bestiis?
 Illa secundũ naturam bestiis competunt, at vobis re-
 pugnant, rectę rationi aduersantur. fidẽ negas? alios
 me grauiore audi. Et in primis, illud sacrarũ concio-
 num fulmen, D. Chrysostrorum, *Bestiis peiores sunt
 Ebriosi: illa enim nihil ultra quã opus est desiderant.*
quanto melior asinus epulone? quanto canis præstantior?

*Homil. 58.
 in Matth.*

omnes certè animantes, quæ rationis expertes sunt, cum bibunt, aut comedunt, vltraquã satis est, etiamsi mille homines cogerent, nunquã elabuntur. peiores igitur istis cibus & asinis estis, qui inebriamini. Nemo cogit edere aut bibere animalia, ne excessus detrimento sit eis. Ebriosi, & qui cogunt alios, ad bibendum, peiores ipsi iudicentur.

Homil. 71.
ad popul.
Antioch.

Alio iterum in loco in eandem sententiam. Quam melior ebriosis est asinus & canis? nam quodlibet horum animalium si sit opus bibere, necessitatis terminum nouit, nec vltra, quod est opus, progreditur, licet sint insati qui cogunt in immodestiam, procedere non patitur. Accedat & maioris fidei gratia, insigne illud, vniuersæ lumen Ecclesiæ, Diuus Augustinus. Rogo

Serm. 231.
de Temp.
qui est. 1. de
Ebrietate.

fratres Charissimi, inquit, diligenter attendite, & videte: quia quando animalia ducuntur ad aquam, vbi saturauerint sitim suam, etiamsi supra aquam diutius teneantur, repleta siti, bibere nolunt omninò, nec possunt. Considerent ebriosi, si non peiores animalibus iudicandi sunt. Cum enim animalia amplius quàm eis opus est, bibere nolunt, illi & duplum & triplum, quàm eis conuenit, quàm expedit, potum accipiunt; & vnde trium aut quatuor dierum refectiorem poterant rationabilem habere, vno die, cum graui peccato, contendunt perdere potum, quàm expendere. Atque vtrinam potum tantummodo perderent, & non ipsi cum potu perirent. hæc ex Augustino.

Apud Sto.
beum.
serm. 18. de
Incontinēt.
Lib. 5. ge-
nial. dier.
cap. 21.

Nec Ethnicos quoque bestialis temulentie deformitas latere potuit. Musonius quidam Philosophus. Quid turpius, ait, quàm ita se prestare circa potum, vt bruti potius animalis, quàm prudentis hominis imago sit. Inde factum tradit Alexander ab Alexandro, vt Romani sordiciniibus aulædisque vino potis laruas gestare per-

permitterent, ad contegendam ex parte belluinam temulentiae turpitudinem. Quae consuetudo si apud nos vigeret, plerisque nostrum, vix vnquam laruas exuere oporteret, ira pauci sunt, qui sincerè sobrietatem colunt.

Cynicum olim Diogenem, fama est Athenis, vbi pergræcari atq; cōmessari plurimū increbuerat, media luce, accensa lucerna, per omnes vrbis vicos, & plateas hinc inde, cunctos lustrando angulos, cursitasse. interrogatus causam, qd lucerna, lucente sole? *Quæro homines*, inquit. *annon, ipsi contra, hic passim magna hominum multitudo? homines ego quæro*, aiebat Diogenes. Et isti non sint homines? quid ni? causam ediffere, subdidit Diogenes: *Potitando & lurcando bestia euaserunt, & illud quo solo homines sunt, crapula mersum oppresserunt; homines, atq; eos integros ac veros quæro*. Vah quā paucos inter Teutones modernos Diogenes iā reperturus foret homines, quales ipse vestigabat? Accēdat mille lucernas, faces addat totidē ac tædas, vix vsq; voti compos fiet; albo coruo sunt rariores eiusmodi homines. Quāta hæc nobilissimæ huius nationis labes? Apage Temulentia, apage fons & lerna huius, & omniū aliorū malorū.

Crediderim, à maioribus nostris nō temerè olim institutum, vt in conuiujs nuptialibus, vexillo quo, *Vexillum porcarium cuius usus apud Germanos in conuiujs nuptialibus* *porcum* depictus, ei publica ignominia traderetur, qui fortè bibendo excedens, qualem descriptimus, bestia euassisset. quo volebāt licentiosè grafsanti malo occurrere, ne serperet latius, aliiq; à simili turpitudine absterriti, modestiæ studerent ac sobrietati. Verūm, vt omnia fluxu temporis in peius ruunt; ita & nunc res eò deuenit, vt porco insignitū istud labarum, non aliqua notetur contumelia, sed quid adeptus fuerit, præclari facinoris gloriā, apud

G sui

fui similes, consecutum arbitretur. O corruptissima hominū iudicia. Quin age veterē maiorum disciplinam, postliminio reuocamus, & huiusmodi nō homines, sed hominū monstra & belluarum simias, vt infamiae cauterio insignitos fugimus, explodimus atq; exhibilamus? Hoc tandem Germanae virtutis erit nouum seminarium, atq; vberrima mēsis.

CAPVT XXVI.

Temulētia non corpus modò. sed & animum haud exiguis afficit incommodis.

Qua de re quidam Poēta non incongruē:
*Faecundi calices, amor immoderatus edendi,
 Eneruant vires corporis, atq; animi.*

Corpori quantū officiat, quantum valetudini, quantum vitæ, sat dictum, sapere cupienti. nunc audi S. Ioannē Chryostomum: *Quod si etiam interiora inspicias, videbis animam ebrii, cerā hyeme, ac intēssimo frigore, congelatā adeò, atq; torpentem adeò, vt nulla utilitas corpori ab ea possit afferri. Eadē porrò aliis verbis*

Hom. 58, in
Matth.

Hom. 132.
de Temp.
quæ est. 2.
de Ebriet.

effert D. Augustin. *Quam multi sunt, qui nec Deum tremunt, nec eos qui honesti sunt, vel sobrii reuerentur, & tamen bibunt, vt interdum necesse habeant, viscera nimis potu plena per vomitum relaxare. Animo magis nocent quam corpori, & tanquam fractæ ac naufragæ naues, ita ipsius Ebrietatis fluctibus fatigantur, vt nec vbi sunt recognoscant, & dicere aliud vel audire, nedum operari, quod ad rationem pertinet, omninò non valent.*

Et siquidem res in hoc versantur statu, ac terrena lentia, non minus animum quo verè ac solidè homines sumus, quam corpus infestat, non existimo quenquam inuētum iri, qui admirabilem illum Cynicum Diogenē, cuius vita communi omninū vinēdi

ratio-

ratiōni, è Diametro quod aiunt, contradicebat, ob
quoddam, in symposio editum satis audax facinus,
reprehensione dignum sit iudicaturus. Is enim à qui-
buldam ad cōuiuium vocatus, eò tantum, vt si quid
ridiculi admisisset, ab omnibus ludibrio habitus,
cachinno, sibilisq; exploderetur; qua de causa om-
nes ipsi affatim propinabant, vt occasio Temulen-
tia daretur incurrenda. At prouidus Diogenes, cir-
cumspectè, modestissimeq; se gerebat, vltra satieta-
tis debitum penitus nihil bibens. instabant illi vehe-
mentius, poculis quoque eblanditas, & mellea qua-
dam oblititas conditasq; dulcedine, cohortaciuncu-
las adiungebāt. qua de re ipse, ad indignatione gra-
uiter impulsus, atq; ira vehementi exardescēs, omne
vinum sibi propinatū, impetuosè effudit, cyathos
allidens pavemento. Quod cū illi ægrè tulissent, re-
meritate Philosophi incusantes, qui tā insigne Deo-
rum donum, ad humanos vsus creatum, ita miserè
perdidisset. Diogenes hisce verbis factū excusabat.

*Laert. in
eius vita.
Stob. serm.
18. de incō-
tinent.
Præclarè
sobrietatis
exemplum
Diogenis.*

*Insignè
excusatio
Diogenis,*

*Bene quidem à vobis dictum, ad humanos vsus creatum
vinum. Cur vultis vt eo abutar? si totum hoc epotare vo-
luissem, non vinum solum, sed & me perdidissem. præsta-
bit autem, & vobismetipsis arbitris, vt vinum solum
pereat, quàm ego simul cum vino. Non gentili Philo-
sopho, sed planè Christiano dignum verbum, quod
vinam iis cordi esset, qui tanta, insaturabile abdo-
men, vini copia sufferciunt, nullo prorsus ipsorum
emolumento, quā vt vomitu turpissimè reiectetur.*

Et hosce quidem, videtur sapiens, de grauissima,
tantum flagitiū cōsecutura vindicta, peramanter ac
paternè præmonuisse, quando ait: *Nōne his qui com-
morantur in vino, & student calicibus epotandis ve? Ne
intuearis vinum quando flauescit, quādo splēduerit color
eius in vitro, ingreditur blādè, & in nouissimo mordebit*

Prover. 23



ut coluber; & sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extranea, & cor tuum loquetur peruersa, & eris sicut dormiens in medio maris, & quasi sopitus gubernator amisso clauo, & dices: Verberauerunt me, sed non dolui, traxerunt me & non sensi, quando euigilabo, & rursus vina reperiam?

Hæc generatim hoc loco præfata quasi. nunc enucleatius & membratius ad singula, quamuis non omnia: tantus quippe est malorum, quæ Ebrietas animo inducit, numerus.

Virgil. 2.
Georgic.

Quem qui scire velit, Lybici velit æquoris idem
Discere, quàm multa Zephyro turbentur arenæ;
Aut vbi nauigiis violentior incidit Euris,
Nosse quot ionii veniant ad littora fluctus.

Ergò summa tantùm ac præcipua, pro instituti breuitate, delibanda, alia, qui volent, indagine vteriori rimabuntur.

CAPVT XXVII.

Ebrietas ablatiis sensibus, animum expugnat.

Immensum nunc malorum mare, & nozarum Chiliades, propius aggredimur, quibus Ebrietas humanum perturbare animum consuevit. Sensus primùm externi offerunt sese, hoc capite, ob accepta è potationibus crebris atq; effusis detrimenta, complorandi.

Qua de re perpulchrè ac summatim Poëta quidam:

Eoban.
Hessus, in
libello de
curanda
valetudi-
ne.

Immodici sensus, perturbat copia Bacchi,
Inde quis enumeret quot mala proueniant?
Corporis exhaurit succos, animiq; vigorem
Opprimit, ingenium strangulat, atq; necat.
Sed prius in sicca gaudebit piscis arena,
Bacche oblite modi, quàm tua damna canam.

Ergo

Ergo modum præscribe Deo, tam grande nocenti,
Immodica quando conditione venit.

Nam vt inquit S. Basilius. Sicut splendens aliquid
visum perficit, summè autem splendens hebetat atq; va-
stat: & magni sonitus atq; strepitus, ob excessum audi-
tum tollunt: sic & isti ob assiduam atq; immodicam vo-
luptatem, sese vastant atque corrumpunt, sensus destru-
unt, atq; ab omni delectationis via auertunt. Et S. Au-
gustinus: Ebrietas aufert memoriam, dissipat sensus, cõ-
fundit intellectum. ad stipulatur iam dictis Origenes:
In ebrietatis aegritudine, corpus simul cum anima cor-
rumpitur; spiritus pariter cum carne vitiatur. Omnia
membra Ebrietas debilitat; pedem, manum, linguam re-
soluit, oculos tenebrat; mentem velat obliuione; ita vt
hominem se nesciat ebrius esse, nec sentiat. Idem sed aliis
verbis S. Bonauentura cõfirmat: Ebrietas aufert of-
ficium membrorum, vsum sensuum, cognitionem rerum
omnium. & Boëthius: Vinum immoderatè sumptum ra-
tionem perturbat, sensus destruit, intellectum hebetat,
memoriam eneruat, obliuionem immittit, errorem in-
fundit, ignominiam inducit. vnde rectè Propheta: For-
nicatio, vinum, & ebrietas auferunt cor. Et Dauid:
Turbati sunt & moti sicut ebrius; & omnis sapientia eo-
rum deuorata est. Atq; hæc ita clara sunt, vt argumen-
tis non egeant magis, aut probatione, quàm meri-
diano sole, diem demonstrare.

Hanc sensuū externorū intempestiuā seditionē,
quasi, & ciuile quoddā bellū, aptè describit S. Am-
bros. Vocem ebrii amittunt, colore variantur, oculis ig-
nescunt, ore anhelant, fremunt naribus, in furore arde-
sunt, sensus excidunt, hinc phrenesis periculosa, hinc cal-
culi grauis pœna; hinc exitialis cruditas, hinc vomitus
frequens, semesas epulas, cum internorum viscerū cruore

Homil. de
ebriet. &
luxu.
Sensuum
destructio
à patribus
docta.

Serm. 33.
ad fratres
in Eremo.
Homil. 7.
in Leuitic.

In exposit.
Psal. 35.
de cõsolaz.

Oseæ 4.
Psal. 106.

Lib. de He-
lia & 1e-
iunio, ca. 16

Hier. 25. fundentium. Mentior nisi Dominus eadem per Hieremiã locutus est, dicens: Bibite & inebriamini, vomite & cadetis, & non resurgetis. Hinc etiã vana imagines, incerti visus, instabilis gressus; ymbras sæpè transiliunt, sicut foetas; nutat his cum facie terra; subitò erigi & inclinari videntur, & quasi vertuntur, timentes, in faciem ruunt, & solum manibus includunt, aut concurrentibus montibus, sibi videntur absorberi. Murmur in auribus tanquã fluctuantis fragor maris, & resonantia fluctu littora. Canes si viderint, leones arbitrantur & fugiunt. Alii visu soluuntur incondito, alii inconsolabili dolore lamentantur, alii cernunt irracionales pavores. vigilantes somniant; dormientes litigant, vita his somnus est, somnus his mors est. Excitari nullis vocibus possunt, quantumlibet stimulando impulsu petas, nisi resipuerint, euigilare non possunt. atq; hæcenus S. Ambros. Non minus acriter, ob sensuum turbationẽ, in Ebrietatem inuehitur, S.

Hemil. 28.
in Genes. Ioannes Chrysolomus: Grauisissimum quiddam est Ebrietas, dilecti, & quod potest excæcare sensus, & submergere mentem, & hominem, rationale animal, qui super omnia dominium suscepit, iniectis vinculis insolubilibus, quasi mortuum & operatione carentem, iacere facit imò deterius habentem quã mortuum: nã mortuus neque bona neque mala facit, nec facere potest; Ebrius autem nihil boni potest operari, mali autem quamplurimum, etiam dum iacet ridiculus omnibus.

Xenophon
in Pædia
Cyri.
Bruson. lib.
2. c. 9. Omnia liquet, insigni ac laudatissimo, Cyri Persarum Monarchæ, respõso. Astyages enim, cum rogasset Cyrũ Regem, quamobrem vinũ nõ sorbuisset? Quod metueram, inquit, medius fidius, ne in cratere mixta venena forent. Etenim cum tu in natalitiis amicis adhibuisti, perspicuè didici eum vobis venena infudisse.

Et

Et quo pacto, inquit ille, ô fili hoc dignouisti? *Quod videbam vos respondit, neque corporis neque mentis esse compotes. Festiuè responsum, atq; oportune. Et sanè ita res est, vt Cyri sententia tulit.*

Quærisné verò vnde hæc sensuū perturbatio nascatur? Id iam sæpè tactū, atq; explicatum, nunc itaq; paucis. Est cerebrū principiū neruorum omnium; eo vini halationibus oppresso, & neruorum robur infringitur, membrorū verò & organorum omniū motus, & sensationes, absque neruorum interuentu elici non queunt. his ergò non valentibus quicquā operari, quī suo sensus fungi poterunt officio? Violentissimo igitur perfusi calore nerui, incomposito agitantur motu, ac diuersas subeunt passiones. hinc sæpè fit, vt gesticulari incipiant Agyrtæ in modum, scurrili capitis & membrorum omnium commotione. id queritur ille apud Theognidem:

Vnde sensuum illa turbatio existat?

In sententia.

Ὀνομακρίεω κεφαλῶν ὀνομακρίτε καὶ μεμβράται,
 ὄϊνον ἄταξ γνώμης οὐκέτ' ἐγώ ταμίνης.
 Ἡμετέρης τὸ δ' εἰδῶμα περιτρέχει. ἀλλ' ἄγ' ἀνασᾶς,
 περὶ σῶμα, μὴ πῶς καὶ πόδας οἶνον ἔχη,
 καὶ νόον ἐν στήθεσσι.

Doleo caput Onomacrite, vim mihi facit

Vinum, animiq; non sum amplius compos

Mei, ædes rotantur, quin age surgens

Experiar, an & pedes vinum inuasit

Et animum intra pectus.

Et licet pedes præcipuè labascant, ac vim pati videntur à vino, iuxta illud Plauti:

Magnum illud vitium inest vino,

Pedes captat primum, luctator dolosus est.

Caput tamen ebrietate q̄ maximè infestatur, vt ille monet: *Non imos epota pedes, sed Bacchica primum*

Vis caput inuadit; parcius ergò bibe.

Et hanc sensuum tuorum exterminatricem pestem

Fugite cane peius & angue.

CAPVT XXVIII.

Amentia & furor Temulentia pedissequi.

Prouer. 21.

Luxuriosa res vinum, & tumultuosa Ebrietas, afflicta fuerat Salomon & insipientia inde pullulat, nam quicumque his delectatur, non erit sapiens. vnde indubitato liquet, vbi vinum hominem inuenit frigentem, & à sobrietate taciturnum, paulò liberaliori primùm potu refouet, excitatq; ad verba: tum largius bibendo, verborum vberè, eloquentem fidentemq; reddit. posthac processu potandi ampliore, audacem propensumq; facit, ad quidlibet agendum. deinde pleniù amplificata vini licentia, petulantiam in contumelias vertit. mox ad insaniam propemodum accendit: postremò nimio ex potu resoluit, & aut stultum, aut attonitum, eorum instar, qui à puero atrabilis vitio, comitiali laborant morbo. Ex his verò quid secuturum colliges? Rationis vsum tolli, lumen illud vultus diuini, signatum super nos, cimmeriis quibusdam tenebris inuolui, obnubilari atque confundi, vt in administrandis animi functionibus, radiorum suorum splendore, vt nequaquam possit. nec id mirum. Fenestram, aut vitrum pellucidissimum, fulgine obducas aut limo; videbis obscuratum è vestigio, & impenetrabile luci: sic mens tua luto crapulae obfusata, quò lumen suum retineat? qui usurpet? qui in gubernandis animi facultatibus, vinum suam, quasi radios quosdam exerat?

*Amentiam creat
Ebrietas.*

Psal. 4.

Ad Demonic.

Concinnè id arguit Isocrates. *Vbi Ebrietas regnat, Temeritatem & insaniam primas à Rege tenere credas. imò & ipsa, insania est, Ebrietas, Chrysippo teste,*

MI-

μικρὰν φασὶ μανίαν εἶναι δὲ πτωμέθω.

Paruam ferunt insaniam esse Ebrietatem.

*Apud
Stobæ:
serm. 18. de
Inconti-
nentia.
Epist. 84.
ad Lucil.*

*Serm. 41.
de ieiunio
& Elee-
mosyna.*

*Hoc supra
quoque ad
ductum.*

*Lib. 3. car-
minum.*

*Gregor. in
Registro.
1. de Legi-
bus.
Fatuitas
Ebrioso-
rum.*

*Obiectio
eiusd. dis-
soluio.*

Ego cum Seneca dicere non dubitem, verum esse furorē. Nihil aliud inquit ipse, esse Ebrietatem, persuadeto tibi, quàm voluntariam insaniam; extende in plures dies habitum illum ebrium, nunquid de furore dubitabis? minime verò. Vbi enim Ebrietas imperat, ratio exulat; intellectus obrunditur, consilia deniant, iudicia subuertuntur, ait Petrus Rauennas.

Id eleganter quoq; expressum, vulgari Græcorum Prouerbio, scribit Athenæus, quo dicebant,

τὸ πρὸ οἴνου δὲ ἔχει τὸ κατ' ἄλλω, id est.

Vinum non habere clauum.

Rationem inquam non habere expeditam, quæ clauo ad instar nauim gubernat, humanarum affectionum: vnde nec consultè quid facit aut dicit Ebrietas, quod & Ouidianum illud affirmat

Nex, & amor, vinumq; nihil moderabile suadent,

Illam pudore caret, liber Amorq; metu.

Et Horatianum, vini amphoram alloquens

Et addis cornua pauperi,

Post te, neq; iratos trementi,

Regum apices, neq; militum arma.

In promptu est ratio: Etenim mutare cor ac mentem alienare consuevit Ebrietas, attestante Gregorio.

Et senex non solum bis puer est, Platonis iudicio, sed etiam Ebrius. imò non puer sed fatuus, & amens: Nam si fatuos atq; amentes illos ducimus, qui omni sensu rationis atque in tellectus, aut à teneris carent, aut morbo aliquo sunt destituti; annon magis consentaneum rationi, eos huic notæ subiectos esse, qui culpa sua, hoc sibi damnun insaniz consciuere?

At inquires; à natura fatui semper sunt tales: Temulen-

mulenti non item. Quin immò, magis temulenti quàm illi, in amentiu albū redigendi. nam illi semel & inuiti ratiōis vsu spoliati fuere; hi verò frequēter, & suapte culpa, hoc se malo onerant. Vnde, *Maximi crimen est Temulentia*: Philo Iudæus ait, nam vino madere, idem est quod hausto veneno dementiam creant, conflagrare, totam animam populante incendio.

Lib de Temulencia.

Ebrietas peior amentia. Apud Erasimum lib. 7. Apophtheg.

Amplius quid dicam? Peior est multò temulentia quàm amentia, hæc naturalis quodammodo esse potest: illa hominis nature penitus est aduersa. Quare Antisthenes Atheniensis, voluptatē cibi potusque tantum execrabatur, vt diceret, se malle, *μακρότερον ἢ δὲ δέλω, insanire potius quàm hisce illecebris delectari*, quo argumento impulsus? Nam insaniam aufert Medicus; voluptas, cum æquè vt illa, mentem eripiat homini, vix sanabile malum est.

Homil. 58. in Matth.

Altius rem hanc exaggero: cogor; sed parcite, non meis id effectū do, sed aliorū verbis; primū S. Iohannis Chrysostomi. *Ebriosus, nullo discrimine à Dæmoniaco separatur: imprudens enim, & furiosus pariter est. Et Dæmoniacum quidem omnes miseramur, hunc vero aduersamur & odimus, quia sponte sibi furorem attrahit, & os, oculos, aures, & cætera simpliciter secum instrumenta, impurissimas voluptatis conficit cloacas.* Deinde

Homil. de Ebriet. & Luxu.

S. Basilij. *Lymphatus & malo Dæmone captus, misericordia quidem dignus: Ebrius verò eadem & ipse patiens, minimè misericordia dignus, qui spontaneo seruit Dæmoni.*

Quare cum hæc ita sint, cum Ebrietas, vt quidam eleganter dixit, *sepulchrum sit rationis*: cum vt Isidorus: *Perturbatione gignat mentis, furorem cordis, flammam libidinis, cum ita ratione alienet vt vbi sit nesciat, cum id nobis auferat, quo solo à brutis discreti sumus,*

mus, cum furoris atque insaniam sit conciliatrix, mirum, huic vitio nostrates ita quasi agglutinatos, ut a uelli nulla verborum exaggeratione velint.

Verba si minus valent, terreant vestigia, terreant
 Exempla. Cleomées Spartanorū Rex, vini intemperantia ad insaniam redactus est, authore Lycosthene. addit Polybius, non solum validè, sed merum, omnino non dilutum, deestabili Scytharum consuetudine, bibisse. De Philippo Macedonum Rege testatur Xenophon, cum temulentia amens quasi effectus omni Regiæ dignitatis cogitatione deposita, instar saltatriculæ cuiusdā Syracusanæ, corā suis ineptissimè saltasset, ut fuit de lassat^o, ingēs poculū petiisse. *Sitimus è saltū inqueibat. pueri infundant magnū poculum,* excipiens Callias, vir sapiens; *Et nobis quoq; subdidit: nā & nos insaniam tuā aspiciendo, & videndo sitimus.* Icarus Oebali, Laconū Regis, filius, Atticos vini visum docuisse perhibetur, at cum pleriq; vini naturā necdū experti, turbato cerebro, ac sopita ratione, temulenti euafissent, rati venenū vino immixtū abscaro, eum vno impetu violenter aggressi, trucidarunt. Lycurgus ergo ut Lacedæmonios ab hac lue auocaret, lege sanxit, ut Solenniū epularū tempore, mancipia inebriata, in conspectu filiorum adducerentur, quo sine? ut conspicientes teneræ adhuc & felixibilis ætatis pueruli, agnatam Ebrietati amentiam, sobrietatis studio inflammati, à tam deformi vitio turpitudinis metu abducerentur.

Tu ergo qui præcipuam tui partem, rationem inquam, sartam vis ac tectam, audi atque obserua Philonis aurea verba. *De hac re præmonitus quicumque bonus, non temerè in bibacitatis certamen vltro descendat: Nunquam enim sustinebit intra se recipere mortiferum venenum, nisi admodum iniquo tempore,*
 per

Furiosus è temulentia effectus. In Theat. vit. hum. lib. 3. Tit. Intemp. circa potum. lib. 5. histor. In Symposiacis.

Ravis. in Officina.

Plutarch. in Lycurgo.

Lib. de Plantat. Noë, circa finem.

per quod è vita profligetur, tanquam ex patria. Nam hoc venenum Ebrietas, si non mortem, certè creat insaniam. Et quid vetat insaniam mortem dicere, cuius accessu principua nostri pars, mens interit? quantum equidem intelligo, separatio corporis ab anima, vt leuior, præ grauiori malo alienatione mentis, si detur optio, eligenda est procul dubio. Quapropter Græci prisca, artem vini parantis lingua sua $\mu\alpha\iota\upsilon\sigma\epsilon\upsilon\lambda\omega$ vocarunt, & occupatas hac Bacchas Menadas, quandoquidem insaniam desipientiaque causa est, vinum, immoderatè, & absque omni rationis freno ac temperamento potatum, Hæc omnia Philo; quibus, ex meis haud videtur quid adiciendum, cui scopum nostrum, puncto certius attigerint. quare & præsens caput hic clausum volo.

CAPVT XXIX.

Temulentia recludit abditissima quæque animi secreta.

Prover. 31. Nullum secretum vbi regnat Ebrietas. id miraris? Nage refer.

Simile. Omnia pro palat ebrietas. nam sicut vtricula tunc sonat primùm, cum inflata vento, turget: ita quidam dum sobrii manent, taciturni sunt, ac modesti; sed cum vtres vino madent, crepitare occipiunt, Archytæ quasi crepitacula, cordis intima secreta depromere, & propria, quod dici solet, non rarò vineta cædere. Sic sæpè

Terent. in suo iudicio periit forex. Eunucho. ac penè semper epulas & vinum, loquacitas sequitur, cumq; venter vino infarcitur, lingua diffranatur, ait S. Greg. 1. Moral. Gregorius. Pleriq; etiam vino vtuntur Diuo Ambrosio Lib. de Helia & Iesun. c. 17. asserente, vt equuleo, & quibus tormenta nõ eliciunt voce proditiõnis, eos tentant vino, vt patriæ statum, salutè

tiuum, defensionis sua prodant consilia. virtus enim plerunq; vincit dolorem; fidem autem potus excludit. cognoui plerofq; fidiculis exulceratos, nomen suum negasse. At quis inter Cyathos texit, quod latere cupiebat? proinde quidam apud Plinium Persa, Tormentis opus esse, ad exquirendum verum pernegabat, quoniam vino id rebus contingat: ad quod firmandum & illud Horatianum seruit.

Lib. 14. ca. 22.

Tu lene tormentum ingenio admoues,
Plerunq; duro, tu sapientum
Consilium re regis Lyao:

Commemorat Flavius Vopiscus, Bonosium Ducem quendam, hoc in more positum habuisse, vt si quando, negociorum causa, Regum ac Principum legati ad se destinati essent, eos primo aggressu, lautissimo conuiuio, apposita varietate, copiaq; vinorum exciperet, nimioq; obrutos mero, ac iam ebrios, non raro eò temeritatis adduxisse, vt verbis tentati, secretissima quæq; Dominorum suorum consilia, quorum consciu erant, manifestarent. quam ob causam, mihi conuenientissimè locutus videtur Æschylus:

Κάθοπ' ἴσθ' εἰδ' ἄε χαλκός ἐς δ' ἰν' ὄδ' ἔν' ἔ.

Æs formæ speculum est; vinum verò mentis.

Et Theognis:

Ἐμπερὶ μὲν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἰδ' εἶς ἀνδ' εἶς,
γινώσκεις, ἀνδ' εἶς δ' ἰν' ὄδ' ἔδ' αἶξε νόον.
καὶ μάλ' αὖ περὶ πινυτ' ἔκακότερα δ' ἔπασσ' αὖ ἐλέγχε,
ὥσε κατὰ χῶμα, καὶ τὸν ἔοντα σοφόν.

igne aurum argentumque viri periti

Dignoscunt, at vino humanus animus arguitur.

Licet admodum sapiens: vitium omne detegitur,

Ita vt verecundia prudentes quoque afficiantur.

Hoc ex Apollinis tripode profectum crede, quod In Dyrno.

ἢ Ἰορὴ, l. 4.

Græcis in Prouerbio erat, Athenæo teste,

Athenæus
ex Euripi-
de apud
Stob. ser. 18.
de inconsti-
nencia.

τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τῶν νήφοντων ἐπὶ τῆς γλώσσης
ἐστὶ τῶν μεθύοντων.

Quidquid est in corde sobrius, est in lingua ebrius.

In Sympos. Et quod Alcibiades verè protulit.

Platonii. οἶνον ἀνευτε παιδῶν καὶ μετὰ παιδῶν ἢ ἀλκίβιδος
Vinum & cum pueritia & sine pueritia veridicum est.

Nam semper

ὅτι ἀλήθεια.

Nec expeditior est ratio, explorandi voluntates
hominum, & inclinationes in quamcunq; rem, aut
partem, quàm, si temulentos audias. quare Horatius
L. 1. Epist. non inconsultè monet.

*Quid non Ebrietas designat? operta recludit.
Spes iubet esse ratas; in praelia trudit inermem.*

In arte Et alibi ---

*Poëtica, Reges dicuntur multis urgere culullis,
Et torquere mero quos perspexisse laborent,
An sit amicitia dignus.*

Lib. 12. Elegantiſſimè verò seneca. Ebrio secretum sermo-
Epist. 84. nem nemo committit. non est animus in sua potestate, E-
Volter brietate deinctus. quemadmodum dolia musto rumpun-
Miund tur, & omne quod in imo iacet vis caloris eiecit: sic vi-
redt des Herge no astuante, quidquid in imo pectoris iacet abdutum, ef-
Grund. fertur & prodit in medium. Quare & alibi tradit, i-
Pulchra si dem author, idèd Bacchum vocari LIBERVM:
militudo nam qui se vino copioso proluit, excussis omnibus
de Temu curis ac timore, ita liber euadit, vt nullo metu, facile
lentia gar- quæuis effotiat. Autumant hinc pleriq; authores, i-
rulitate. dedèd Bacchum à veteribus pingi nudis pedibus, vt
L. de Tran. indicet, vbi Temulentia dominatur, intimas animi,
quillitate. atq; occultissimas confiliorū latebras nudari atq; a-
Vide Albe- periri. Vnde & Herodorus, scitè atq; eleganter dixit.
ricum l. de oἶνον κατιόντων ἐπιπλοῶσιν ἕωρα.
imagin- bus Deorū.

Subj-

Subsidente vino, supernatant verba;

Nam Sobrios, aut metus, aut pudor cohibet, quod minus extrudant ea, quæ satius putarint suppressisse. At vinum & pudorem discutit, & timorem abigit, ut voces per iugulum redituræ, nequaquam contineri queant.

Qua ex re, quàm multa, non rarè, tum publicis, tum priuatis reb⁹ incommoda sint exorta, quæ turbæ? qui motus? quot lites? quàm innumera cædes effluerint, is nouerit, qui vel parum inter eiusmodi epulones versatus est. De Claudio Cæsare, famosissimo bibone, cuius supra quorū meminimus, fertur, temulentū, secretissima quæque, liberrimè, quibusvis ganeonibus exposuisse, & inter alia quondam, & hoc prompsisse, sibi fatale esse, & innatum, ut vxorum scelera aliquantisper dissimulet, ac demùm grauissimè vindicet. Quid inde consecutū? ut animus Agrippinæ coniugis ab ipso penitus alienaretur.

Ergo cum Taciturnitas tutissimum sit atque optimum rerum administrandarum vinculum; Nec res magne ab eo sustentari possint, cui facere graue est, fidele arcantorū silentiū, atq; custodia, cuiuscunq; communitatis administris, quàm commédatisima esse debet; horūq; violatrix temulètia vbiq; exterminanda.

CAPVT XXX.

Temulentia vitiis omnibus ianuam aperit.

Hallucinantur quidam, obtusi & inertis cerebri homines, & non paucos erroris habent affectas, atq; patronos, existimantes, Temulentiam non ita graue flagitium esse ut iactatur. Error hic perniciosus, ac Rebus publicis admodum exitialis, à nobis abunde supra est refutatus.

Age, si namus hic, quod re ipsa non est, apud sciolos illos, firmum esse, ac stabile, non tanti faciendam

Ebri-

Citante
Erasmo.
Adag.
Chiliade
2. Cens. 1.

Erasmo.
Apophth.
lib. 6.

Valer. Ma-
xim. lib. 2.
Quintus
Curt. li. 4.

Ebrietatē, non ad eō detestandam. quid ad hoc vos obtenderis, quid prætextui afferetis, si firmis rationibus contestatum fecero, hanc, quam vos pro aris ac focis defenditis, Aſoticam, & hircum olentem temulentiam, omnium flagitiorum seminarium, omnium scelerum Metropolim esse.

Temulentia omnium flagitiorum janua.

Simile.

Luce 6.

Ergo quod vultis habetote. sint alia peccata grauiora, sint magis noxia, sint perniciosiora, sint maiori reprehensione digna. Quid Ebrietas? Peccatis omnibus ansam porrigit, fenestram aperit, aditum recludit. sicubi peccatum aliqui nullum penitus, nidos figere potuit, temulentia id effectum dedit. Est ipsa initio velut latrunculus paru⁹, qui licet non multum fureretur, angusto tamen, & stricto foramine domum ingressus, quo maiores penetrare non potuissent, pestulos ac vectes amouet, ostiū eis aperit, ut subintrēt, rapiant, furentur quidquid domus continet. An ergo exiguū malū Ebrietas? an flocci pendendū? an in minimis ponendū noxis? hoc iis liberū est, qui suūmet amant interitū; ad quos in Euangelio Seruator, *Vae vobis qui saturati estis, quia esurietis. vae ebriis vobis, æterna gehennæ incendia vobis parata creditote, quia præstantiores animi diuitias, quibus nunc subdola vos spoliat Ebrietas, in illo supremi iudicij Examine desiderabitis, esurietis, atque sitiētis.*

Exodi. 32.

An verò nullius apud te momenti, Hebræorum illa ruina, ubi sedit populus manducare & bibere & surrexerunt ludere? & leue abs te iudicabitur, inde subortas choreas, tripudia, saltationes, ac ipsam demum Idololatriam, ob quam tot millia, vno die interfecta, occubuere? Ni iudicium tuum, Diuo Ambrosio, sanctissimo viro, sit anreponendum, vix video, qui facile stare possis. quid ille? *Sicuti fidei mater est*

ter est continentia: ita perfidia mater Ebrietas: in quod. n. facinus ista non precipita? cui flagitio portam claudit? Et D. Chrysofomo, qui ait: Quemadmodum Scylla & Hydra apud Poetas, sic & Ebrietas multis capitibus armatur. Sic Lyæi multiceps bestia: hinc enim mollities, Fornicatio & Ira, hinc turpes amores oriuntur: hæc mater vitiorum; hæc superata, quasi capite obruncato, alia sepulta erunt. alio ite loco: sic inualuit luxus & amenitas, ut neq; cogitationū multitudo, neq; admonitio, neq; pudor, nec eruditio, nec motus, ebrii animam ad officium reuocet, sed tanquam nauis in tempestate posita, frustra imperante gubernatore, nequicquam sudantibus nautis, in profundum demergitur omnium turpitudinum ac vitiorū. His adiungo Simeonem Metaphrasten: Ebrietas, inquit ipse, cohabitatur cum intemperantia, & est soror voluptatis, & inuentrix turpis sermonis, aliena à bona cogitatione, & ostium flagitiorum. indecora est habitus & oratione, & dissoluit decorem eorū, quæ sunt secundū naturam. Et cum Platone: Vehementiores, aiente, voluptates, & iras, & amores, & cupiditates, nimius vini potus excitat, Senecam sapientissimū produco. Certè detegit omne vitium Ebrietas, & incendit, loquitur ipse, ubi possedit animum nimia vis vini, quidquid mali latebat, emergit. non facit Ebrietas vitia, sed protrahit. tunc impudicus morbum profitetur & publicat, tunc petulans, non linguā, non manum continet, crescit insolenti superbia, crudelitas senio, malignitas liuido, omne vitium grassatur & prodit. Nūc age, qui dissentis, qui Ebrietate extenuas, horū autoritatib. opponito, & potes ac voles, & istā malorum omnium altricē defensas.

Lib. de Helia & ieu. cap. 12.

Homil. 71. ad popul. Antioch.

Homil. in luxum & crapulam.

In vita S. Onesimi. habetur in Surio. tom. 1. 16. Febr.

Dialo. 1. de legib.

Epist. li. 12. Epist. 84. ad Lucil.

Ser. 33. ad fratres in Eremo.

H Cyrilli

Cyrilli iunioris, Augustino teste, qui temulentus patrem occidendo, parricidii crudelitate manus consccleravit, prægnantem matrem per vim oppressit, ac violavit, duas item sorores tentans, ac renitentes, vsq; ad mortem vulneravit, nobis instar fit plurimorum. Da temulentum aliquem; quàm facildè aliis assuescet vitiiis? quàm facili negotio, cæteris omnibus flagitiis immergetur? liquet id veteri quodâ exemplo. Nam quidam olim grauius à Dæmone tentatus, ab eo, si liberari vellet, iussus est, vnum ex tribus peccatis, Ebrietate, Homicidio, & Adulterio patrare, immunis postea futurus ab omni tentamento. Elegit amens ille Ebrietatem. Temulentus igitur, cum quadam fœmina adulterium admisit, & eius viro superueniente, ne facinus vindicaret, eum trucidauit. En ex Ebrietate, quodam quasi ramo, pullulantes at geminantes, aliorum surculos peccatorum, en lacunâ, voraginem ac gurgitem omnium flagitiorum. Scribit Ioannes Bohemus, hæc ob causam solû Moscouiæ Principes, omnem inebriantem potum, capitæ pœna prohibere solitos, ac bis tantum, aut summum ter in anno usum eius indulgisse, quod Ebrietatè plenissima vitiorum ventis, laxare vela, persensissent. cui similem si nostrates animum induerent, spem prisca Germanorum virtus certissimam, exilii sui terminandi tandem, atque ad auitas remeandi sedes, vitæ foret habitura.

CAPVT XXXI.

Temulentia luxuria mater ac nutrix est.

Theog. in sententiis. Luxuria v. plurimū Ebrietatis comes.
Oύτε γὰρ ἐν σκιδνῆ ῥόδον φύεται οὐδ' ὑακινθῶν. Non etenim è squilla, rosa nascitur, aut hyacinthus. Quid ergo è fœdissimo temulentiæ vitio, quod ex corrupto malo, peius ouum luxuriæ ac libidinis? verissimum itaque Tertulliani verbum: Duo ista Dæmonia con-

Spirata

spirata & coniurata inter se sunt, Ebrietatis & libidinis. vnde Apostolus: *Nolite inebriari vino in quo est luxuria, in quæ verba D. Ambrosius. Vbi Ebrietas, ibi certò certius luxuria est; Luxuria verò prouocat turpitudinē: quamobrē sobrios esse oportet, vt bona conuersationis iura seruētur. ad eundē scopū & alibi ait: Sudant vino corpora temulentorū; si leuius ea tetigeris, exprimis vinū. Ebrietas fomentū libidinis; ebrietas incentiuū insaniæ. Ebrietas venenū insipientiæ. hæc sensus hominū mutat & formas, per hæc fiunt equi adhinnietes; siquidē naturali vapore corporis calidi, & præter naturā vini calore flammari, cohibere se nō possunt, & in bestiales libidines excitantur, vt nullū tēpus præscriptū habeant, quod doceat indulgere cōcubitu. Et Salomō quoq; in Prouerb. *Luxuriosa res vinū & tumultuosa Ebrietas; Tumultuosa, in quā; nō q̄ rixas solū excitet & pugnas, sed & omnes animæ motus, cōcupiscentiæ potissimū carnalis, & libidinis, puocet & accēdat. Vnde & S. Hieron. Venter vino æstuans, citò despumat in libidines. In vino luxuria est, in luxuria voluptas; in voluptate impudicitia est. Et alio eiusdē libri loco, cū grauius ac ferriō p̄monuisset meribibulos, de periculo facilē incurredo, Ne intuearis vinū quādo flauescit in vitro, cū splenduerit color eius. ingreditur blandē, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut Regulus venena diffundet. q̄ venena subdit illicò. Oculi tui videbūt extraneas, & cor tuū loquetur perversa. ad quæ verba iterum notat S. Hieron. Consuetum & planē naturale est vitium, post ebrietatis venena diffusa in corde, muliebrem sequi concupiscentiā, comitante prauitate, ac turpitudine verborū; atq; alibi de eadē agens Temulentia lue. Hoc nūc dixisse sufficit, quod in vino luxuria est: Et vbiunque Saturitas & Ebrietas fuerint, ibi libido dominat. specta**

In lib. de spectaculū. Ephes. 5. In exposit. ca. 5. Epist. ad Ephes. Lib. de Helia & ieiunio. cap. 17.

Prou. 20.

In Epist. ad Oceanum.

Prouer. 23;

In cōment. super c. 23.

Prouerb.

Super ca. 1.

Epist. ad Titum.

H a ven-

ventrem & genitalia; pro qualitate vitiorum, ordo membrorum. Nunquam ego ebrium castum putabo, qui et si vino cōsopitus dormierit, tamen potuit peccare per vinum. Demum q̄ alio loco scribit, eodem spectat. Noë ad unius horæ ebrietatem, nudat femora sua, quæ per sexcentos annos sobrietate cōtexerat. Loth per temulentiam, nesciens libidini miscuit incestum, & quam Sodoma non vicerat, vicit vinum. Eiusdem viri casum lamentatur

Epist. ad
Ocean,

Homil. 6.
in Genes.

Origenes: Audite, quid agat Ebrietas, audite, quantum facinoris conciliet temulentia. audite & caute, vos o, quib, istud malum nō in crimine sed in usu est. Ebrietas decepit, quem Sodoma non decepit: vritur ille flammis mulierum, quem sulphurea flāma non vsit. Et sequenti

Hom. 7. in
Genes.

homilia: Sobrietas .n. omnium virtutum mater est: sicut è contrario Ebrietas vitiorum. Apertè enim pronunciauit Apostolus, vinum, in quo est luxuria, vt ostenderet ex ebrietate, veluti primogenitam filiam generari luxuriam. Quocirca & Gratianus in Decreto: Vinum si percipiatur ultra mensuram, nutrit luxuriam.

35 q. 1. c.
Luxuria.

Panormit.
li. 2. de re-
bus gestis
Alfonsi.

Quæ omnia perspicacissimus ille Aragoniæ Rex Alfonso, sapienti quodā, ac Laconico dictione roboravit. Interrogatus enim, cur adeo sæpè ac vehementer Ebrietatis vitium carperet ac damnaret? Quia furorem, inquit, & libidinem Ebrietatis filias esse haud ignoro. Ac poëtis quoque, cum Græcis, tum Latinis, ideò perosa fuit Ebrietas, q̄ luxuriæ afferrix esset:

Sine Cerere & Baccho friget Venus.

verissimum Terentii verbum est; ad quod alludens Euripides:

Οἶνός δ' ἔμῃ παρόντος, οὐκ ἔστιν κῦπερος.

Adesse Cypris non potest, si vinum absit.

Et Ovidius:

Quid tibi precipiam de Bacchi munere quaris?

Vina parant animos Veneri.

Ergò

Ergò cordi tibi fit, qui salacitatem Veneris, qui Priapi fœditatem euitare cupis, non minus vini nimietatem, atq; immodicū eius vsum exterminare, quod beneuolè Virgilius admonet, in Epigrammate:

*Nec Veneris nec tu vini capiaris amore,
Vno namq; modo vina Venusq; nocent.
Vt Venus eneruat vires; sic copia Bacchi,
Attenuat gressus debilitatq; pedes.
Multos cæcus amor cogit secreta fateri:
Arcanum demens detegit Ebrietas.*

CAPVT XXXII.

Temulentia virtutum omnium dissipatrix.

Vitia inserit, rigat, fouet, nutrit, educat Ebrietas omnia: stabile hoc ac firmissimum assertū. unde qd secuturum aliud, quàm vt virtutes quoq; vniuersas explantet, euellat, perdat, dissipet, & femina bonæ mentis, radicitus, ad vltimas, vt ita dicâ, fibras exterminet? quinimò, *Mordet vt coluber*, virtutes vt ferrū rubigo absumit, & sicut *Regulus venena* flagitiorū omnium diffundit. *Vinum quippe, & mulieres apostatate faciunt sapientes; & arguunt sensatos*, atq; à veræ virtutis tramite deflectere faciunt. Id ipsum affirmat Propheta, *Vinū, inquit, & mulieres auferunt* cor, planè dementant hominē, excæcantq; & in abrupta scelerū præcipitè dant. *Ac fumus quidē*, ait S. Basil. *abigit apes; dona verò spiritualia, virtutesq; omnes fugat ebrietas*. subindicatū id quoq; ab Eratosthene Philosopho quodâ Græco hisce verbis: *Vinū igni æquale habet vim. Vbi hominem subierit nimiū, omnia bonæ mentis exurit semina & conturbat, vt Lybicum mare Auster vel Aquilo. itaq; prodit latentia in mentis recessu, animumq; vniuersum concutit.*

Temulentia virtutum interitus.
Prou. 23.
Eccl. 19.
Osea 4.
Homil. 12 de ieiunio
Apud Stoic. ser. 18. de incontinentia.

Quare Albertus Magnus, vt verè ita & eleganter.

H 3 Quem-

*L. de vit-
tutib. poli-
ticis.* Quemadmodum Hippocrate teste, mulier pinguis, obasa,
crapulisq; oppleta, generare non potest: sic nec Ebrietati
deditus, spiritualem virtutis sobolem educare. qui sic?

Obiectio, Annon Alexander temulentus, plurima bella fecit?
Annon Marcus Antonius, Ebrietati quidem addictissimus,
militari tamen fortitudine spectatissimus? Et Marcus Cato,
vir alioquin animi constantia, & fide pbatissimus, nunquid non aliquando, amplissimis
perpotationib. liberrimè vacabat? Atq; verò hæc v-

Solutio. Temulenti si quid præclare gesserint, à Fortuna potius, quam virtute id nanciscuntur.
na hirundo: hi ex tot millibus, tantè pauci, ut non faciunt,
virtuti Ebrietatè innoxia esse non probant, non euincunt.
Si quid præclare ac fortiter gesserint, umbra virtutis erat,
ipsorum fortunæ potius, quàm virtutis, cuius capitalis inimica
Ebrietas, est adscribendum. Veram virtutem non fert, non
tolerat Ebrietas.

Ser. 271. de Temp. qui est 1. de Ebriet. Cuius rei si abs me flagites rationem, D. Augustini
verbis eam tibi suppeditabo. Corpora nostra terrena sunt;
quomodo pluuia nimium grandis & diuturna si fuerit,
terra confunditur, & in lutum resoluitur, ut nulla in ea
cultura possit fieri, sic & caro nostra, quando abundantiori
potu fuerit inebriata, nec spiritualem virtutis culturam
accipere, nec fructus animæ necessarios poterit exhibere.
Et ideo, quomodo omnes homines sufficientem pluuiam,
in agris suis accipere desiderant, ut & culturam valeant
exercere, & de fructuum ubertate gaudere: Ita & in agro
corporis hinc tantum deceret bibere, quantum oportet,
ne nimia Ebrietate ipsa corporis terra velut in paludem
conuersa, magis vermes & serpentes vitiorum generare,
quàm fructus bonorum operum ac virtutum possit afferre.
Omnes enim ebriosis tales sunt, quales palu-

Similia. Cuius rei si abs me flagites rationem, D. Augustini
verbis eam tibi suppeditabo. Corpora nostra terrena sunt;
quomodo pluuia nimium grandis & diuturna si fuerit,
terra confunditur, & in lutum resoluitur, ut nulla in ea
cultura possit fieri, sic & caro nostra, quando abundantiori
potu fuerit inebriata, nec spiritualem virtutis culturam
accipere, nec fructus animæ necessarios poterit exhibere.
Et ideo, quomodo omnes homines sufficientem pluuiam,
in agris suis accipere desiderant, ut & culturam valeant
exercere, & de fructuum ubertate gaudere: Ita & in agro
corporis hinc tantum deceret bibere, quantum oportet,
ne nimia Ebrietate ipsa corporis terra velut in paludem
conuersa, magis vermes & serpentes vitiorum generare,
quàm fructus bonorum operum ac virtutum possit afferre.
Omnes enim ebriosis tales sunt, quales palu-

paludes: videtur serpentes, sanguisuga: nascuntur ranæ,
& diuersa vermium genera, quæ magis horrore possunt
generare, quàm aliquid, quod ad victum proficiat, exhi-
bere. hæc Augustinus.

Quæ cum ita sint εἰς νότον θυμαίων, quod Græcis
in Prouerbio est; id est, apud simum spargis aromatum
odores, & in aqua sementem facis, si genuinæ virtu-
tis semina, animo Ebrietati addicto, inferere velis.
Nam (Morales præsertim, & quæ in actione consi-
stunt hic tango) in norma quadam, à recta ratione
præscripta consistunt, atq; ab ea figuram suam, pul-
chritudinem quasi, & vitam accipiunt. vt luna & mi-
nores stellæ lumen à sole. Ebrietas contra, rationem
turbat, euertit, opprimit, ne ceteras animæ poten-
tias, ad virtutis perpendicularum dirigere queat. quæ
ergò virtus temulentia confæderabitur? Illud statue
potu⁹, quod vero affine magis. Vbi Ebrietas regnat,
ibi virtutes exulant; ibi omnium flagitiorum senti-
nam oboriri necessum est.

Eius quod assero, luculentum specimen edidit,
Vdo ille Magdeburgensium quòdam Archipræsul,
qui, vt plures literarum monumentis consignatum
reliquerunt, historiarum cõpilatores, primū stupi-
dissimi ingenii, vt nihil capere possent, aut proficere,
in bonarū artium disciplinis, patrocinate Beatissi-
ma Dei genitrice, eruditionis eximia donum, in usu
tato prodigio, summa omnium admiratione, est cõ-
secutus, atque ad eò tandem, id vaticinante ipsa Dei
matre, quam per visum, in spiritu sibi loquentē, au-
dierat, Archiepiscopalis dignitatis honorem, com-
muni voto, ibidem est indeptus. quamdiu ergò
sobrietati studuit, ita vixit, vt omnium animis
abundè satisfaceret. Ebrietati verò, cõmessationib⁹
atque epulis, vbi primū applicuit sese, in omnia

H 4 flagi-

Cur vere
virtutes
nō possint
stare cum
Temulen-
tia?

Ioan. Nau-
cler. chro-
nogr. vol. 3
gen. 34. Pe-
trus de Pa-
lude in the-
sauro hom.
Fulg. lib. 9.
c. 12. Petrus
Canis. li. 5.
c. 20. operis
Mariani.
Conra. Ly-
coss. in
Theat. lib.
12. Tilmã.
Bredē. col-
lar. sacrar.
li. 3. c. 15.

flagitiorū genera, sensim defluxit. Hinc immemor officii, dignitatis oblitus, scurrarum, ganeonum, ac lenonum, conuersatione delectabatur. hinc soboles dimanauit ebrietatis, fæda luxuria, vt fœminas non solū sæculares, sed & velatas, ac Deo pecusiari voto cōsecratas, nefariè constuprauerit: hinc Ecclesiæ facultatū dilapidatio, hinc omnium peccatorum impunita, ac licetiosa permissio. Nocte quadam, Abbatissam secum in lecto habens, quampiam, qua cū carnaliter peccabat, audiuit horrendam vocē, hæc verba terribili sonitu buccinantē. *Fac finem ludo, quia lussisti satis Vdo.* Eadē flagitiosè iterans, nocte sequenti, ac tertia, iisdem semper verbis, à voce illa compellabatur. Verūm inde nihilo melior effectus, sed obturato corde impœnitens, non ita multo post, à dictæ Monialis lateribus abreptum, Dæmones in conspectu Filii Dei, Beatissimæ Dei Matris, & omnium Sanctorum, in Ecclesiam Diui Mauritiū ibidem, victum adducunt. Accusatur ergo, & capitis condemnatur, atque à Diuo Mauritio obruncatur, & infelix eius anima à Dæmonibus ad inferni supplicia rapratur. Vidit hæc omnia & audiuit, Canonicus quidam eius Ecclesiæ, Fridericus nomine, vir sanctus & religiosus, orationis causa, in Basilica pernoctans, cū fierent: nec per visionē, sed apertis oculis vidit. & rei euencus, quod viderat, comprobauit; manè factō conuocato populo, & clero, abscissum caput à trunco, in sanguine tabefacto, proiectum sat procul cōspexere, totumque pauimentum cruore respersum. *Horrendum ergo, incidere in manus Dei viuentis, qui quos diu vt conuertantur, tolerat, non conuersos durius damnat.*

En hic Vdo, ob insignes animi dotes, ob præclaras virtutes, ad Episcopatus cathedrā sustollitur, atq̃
eleua-

*Horribilu
Dei vin-
dicta.*

eleuatur: Ebrietati se dat, & luxui, virtutes radicitus euelluntur, ac pereunt, libidines nefariæ introducuntur, renacissimèq; hærent, atq; obstaculo sunt, ne cœlitus hortanti voci, aures præbeat, atque resipiscat.

Plura huiuscemodi Exempla, quis petat? Perpetuus rerum vsus Magister infallibilis, ad oculum quotidie nos condocet, nullum virtutis pestilentius excidium reperiri posse, temulentia,

CAPVT XXXIII.

Temulentia priuat hominem interna & spirituali incunditate.

ITa esse, testatur sapiens. *Amaritudo animæ, vinum multum potatum.* In typo quasi id nobis exhibet Noë vino ebrius, ac in tabernaculo nudus iacens: vt intelligas, ebrios omni interna rerum diuinarum delectatione, nudos, ac spoliatos, nec à ratione discrepat, quod effatum: Enimvero, interius illud animi laxamentum, ac diuina quædam, è cœlestium rerum contemplatione, hausta voluptas, & gaudium, tribus animæ potentiis efficitur, intellectu, voluntate ac memoria, cum circa res sacras occupantur, aut mentis oculo contuendas, aut affectu excitato apprehendendas. Et tu nunc mihi sodes responde. Annon Ebrietas animum capit, quibusdam quasi pedicis vincit, ac laqueis innectit, impeditq; quo minus harum facultatum exercitio liberè vti possit? Id porrò magis est clarum, quàm vt probari, sepius dictum, quàm vt debeat repeti, ne crambis cocta mors. Fugato itaq; temulentiam, atq; à conuictu tuo abspelle, aut frustrabere spiritualibus hisce, ac cœlestibus oblectamentis, quæ tantò sunt

Eccles. 31.

*Quo pacto
Ebrietas
imperdit
spirituales
animi de-
lectas.*

præstantiores, quantò anima corpus dignitate ante-
cedit, quantò Deus re quavis creata præstantior,
dignior, illustrior.

Huc accedit, quod sicut absente spiritu, atq; ani-
ma, corpus exanime est, mortuum est, nulla delecta-
tione frui potest; ita nec anima vera iucunditate v-
spiam perfundi, diuina gratia spiritus sancti destitu-
ta. Gratia isthæc, qui cum tanto peccato stabit? man-
bit? habitabit? cum peccato inquam, cui sacris in scri-
pturis, æternum vq; toties intentatur? Esto certus, id
tum fiet, quando lux congruet cum tenebris, cum
ignis accordabitur aquæ, quando tandem Deus cum

Homil. 1.
de ieiunio.

Belial conueniet. hinc bene Basilius. *Ebrietas vt som-
num adfert mortis germanum; ita spiritum sanctum re-
pellit.*

Age ergo qui ebrius es, qui temulentia scurrilita-
tibus deditus es, pensa te primogenituræ priuilegi-
um, vili lenticulæ pulmento vendidisse, quo quid stulti-
us? annon hoc, Diomedis & Glauci permutatione,
Χρυσία χαλκείωρ? aurea pro æreis?

Simul sta-
re non pos-
sunt vini
voluptas,
& interna
ac diuina
mentis
dulcedo.
Comment.
in cap. 5.
Epist. ad
Ephes.

At vtrumq; inquit, in mea est situm potestate, &
vini voluptates temulentus, & internas animi delicia-
tas, pietati deuotus, gustare potero ac delibare. Ego
contrà: Id tam vero abesse, quam cœlum à terra;
idq; non ex mea tantum, quam fortè reprobos, sed
ex Diui Hieronymi sententia, qui sic loquitur. Quo-
modo nō possumus duobus dominis seruire, Deo & Mam-
monæ. sic non possumus spiritu pariter impleri, & vino:
qui enim spiritu impletur, habet prudentiam & mansue-
tudinem, verecundiam, castitatem, & internam mentis
dulcedinem, ac tranquillitatem; qui vino, habet insipienti-
am, furorem, procacitatem, libidinem, animiq; pertur-
bationem, ac tempestatem.

Quanta ergo fatuitas vestra, quanta ô temulenti
amen-

mentia vestra, qui consecramini vilissimam ac bre-
uissimam vini gutturisq; voluptatula, ac titillatiun-
culam, & contra, dulcissimam, dignissimam atque
castissimam spiritus in Deo delectationem, abiicitis,
contemnitis, proculcatis. *O stulti rerum aestimatores, Ser. 25. ad
libet vos Diui Bernardi verbis hic compellare, qui de
mipimis maximam, & de maximis minimam curam ge-
ritis.* *fororem.*

CAPVT XXXIV.

*Temulentia spoliat hominem animæ vita quæ est
gratia diuina.*

Vldi impios sepultos, etiã dum adhuc viuerent, quo
verbo, licet omnes pietatis expertes, diuinę le- *Eccles. 18.*
gis transgressores, sacra scriptura sit allocuta, ego ta-
men, præcipuè enormes vinibibulos, notari censue-
rim, qui non secus, ac si terra obruti essent, ita se vi-
no immergunt, atq; sepeliunt. & illud quoq; modo
suo ad ebrios spectat. *Nomen habes quod viuas sed Apoc. 3.*
mortuus es. viuunt enim temulenti & non viuunt,
viuunt quia bibunt; non viuunt, quia immoderate
bibunt: nam temulentia id, quo verè viuunt homi-
nes, quod vitales operationes efficit, rationem in-
quam, opprimit, & omnes animi facultates, à natu-
rali vigore abducit, quin ipsi quoq; animæ, suam
auffert vitam, id est gratiam Dei, vt tactum pauld an-
te. Quod quantum damnum, quanta iactura, quàm
irreparabilis ruina, non existimo pluribus hic e-
xaggerandum; concionum hoc esto potius Argu-
mentum.

Illud hic te monitum obiter velim; accuratè *Mirabilis
penses, quid Gratia sit, animam tuam inhabitans, efficacia
quid conferat, qd boni apporet. Gratia, Deus est, & gratie ani-
spir- mam in-
habitans*

spiritus sanctus in cordibus nostris diffusus. Gratia Dei in te est? Et Deus quoque in te erit; ut Rex in Regno,

Psal. 22.

reget te, & nihil tibi deerit, in loco pascuæ te collocabit; ut Paterfamilias, ad vineam excolendam, operarios conducens, Fidem, spem, charitatem, virtutes Mortales infusas, auxilia præuenientis, concomitantis

Psalm. 118.

subsequentis Gratia, dirigendo pedes tuos in via man-

Psal. 31.

datorum suorum; ut Magister in schola, intellectum tibi dans & instruens te in via qua gradieris, ac ne qua

Psal. 92.

offendas ad lapidem scandali pedem tuum, super te oculos firmans; ut Gubernator in nauis, hanc corporis

2. Cor. 4.

nauculam in qua preciosum thesaurum, velut in vasis fidelis portas, ad æternæ salutis portum dirigens; ut

Psal. 75.

sol in mundo illuminas oculos tuos mirabiliter à mor-

Psalm. 12.

tibus æternis, ne vnquam obdormiant in morte; ut

1. Pet. 5.

murus te circumdans veluti ciuitatem, ne hostis circumiens, ut leo rugiens, ac querens quem deuoret, te capiat, laniet, perdat. Quid ergo Regnum sine Rege? Quid vinea sine cultore? Quid schola sine Magistro? Quid nauis sine gubernatore? Quid mundus sine sole? Quid ciuitas sine muris? Id vnuersum, id sigillatim, est anima tua, sine gratia Dei, quam temulentia tibi, non minus eripit, atque alia multò grauiora peccata.

Hierem. 2.

Scito ergo & vide, quia malum est & amarum, deliquisse te Dominum Deum tuum fontem aquæ viuæ salientis in vitam æternam, & fodisse tibi cisternas dissipatas, breuiusculæ delectationis à temulentia profluentis, quæ aquas, diuinæ gratiæ, continere non valent.

Gratiam ab anima fugat Ebricitas.

Doleres utique, sat scio, & non immeritò doleres de precioso aliquo monili, annulo, gemmula prænobili, si amisisses. an de amisso hoc gratiæ thesauro, quo

quo aeterna hereditas comparatur, quo perpetua
salus tua continetur, nullus te, tanget doloris sensus?
scilicet, per peccati malitiam, temet ita exanimasti,
ut hoc detrimentum, nec videas nec capias. Ergo *Sap. 16.:*
certus esto, qui te hic vino inebrias & ingurgitas ad
summum, non curans Dei gratiam, non curans ani-
mae tuae vitam, in illo caelesti conuiuio, neuiquam
inebriaberis *abvbertate domus Dei, nec torrente volup-* *Psal. 35.:*
tatis eius potaberis.

Forte non cogitabis te mortuum, nec scire pote-
ris, te mortuum. Excitent te si sapis; si è re tua esse
velis, grauissima Diui Ioannis Chrysoftomi verba,
quibus te mortuum esse conuincere. *Ebriosus, atq;* *Homil. 13.*
in delitiis viuens, mortuus est. Venti enim solummodo *in Epistol.*
viuit, ceteris sensibus, & anima quoq; ipsa mortuus. Ne- *ad Timot.*
que aspiciat quae aspicienda, neq; audit quae audienda, neq;
loquitur quae loquenda. Quemadmodum mortuus qui-
spium in lecto iacens, complofis palpebris, clausisq; lumi-
nibus, nullum omnino sensum habet, ita & hic; Imò lon-
ge hic deterius, quam ille, affectus. Ille enim, bona aequè,
ac mala, eadem ratione non sentit; hic autem malorum
tantum amittit sensum, nihilq; boni penitus sentit. Nihil
illum ex his, quae in futurum seruantur mouet, sed ad om-
nia perstat immobilis, atq; ita mortuus est, quemad-
modum in cuniculum quondam obscurum, & tenebro-
sam antrum praecipitatus atq; immunditia omni plenus,
teiricis & opacis vitiorum sinibus conditus, semper in
tenebris, instar mortuorum degit. huc vsque Chryso-
stomus. Quemadmodum itaq; ut ex his aperte col-
liges, nimio pondere grauatus quis corrui: ita cor-
pus tuum, superfluo onustum vino. Hunc animi
spasmus, & deliqui rationis, imò & gratiae Paro-
ximum, quid caussat? cupiditatibus obnoxia caro
luz,

tua, hostis, quod tibi familiaris, red certè periculosior, quod blandior, eò haud dubiè damnosior.

Macchab. ultimo. Pulchra figura sub-indicans interitum gratis à Temulentia illatã.

Matth. 26.

Galat. 5.

Ezech. 18.

Id figura expressũ habemus in Macchabeis, quando Dux Ptolomæus, opiparũ instruxit conuiuium Simoni sacerdoti, & filius eius Iudæ & Iohanni, quibus inebriatis, dolosus hospes, ex insidiis, incautũ Simonẽ ac nihil tale suspicantẽ cum vtroq; filio, totaq; familia iugulat. Oculos nunc in sensũ moralẽ eius historię reflecte, & experiẽre, qd sub hisce, factõ ac verbis delitescat. Ptolomæus interpretatur ad Mensurã. Caro vtiq; à Deo facta, vt moderãine rationis, mensurato vtatur potu. Simon idẽ est, atq; obediens, quia ille? Anima, quæ creatori ad nutũ obeditura, ni carne & sanguine seduceretur. spiritus quidẽ promptus est, caro autẽ infirma, Iudas confidentem denotat, & voluntatis figuram gerit, quam semper ad Dei nutum conformatam, eius diuinæ gloriæ ac laudi, oporteret inferuire. Ioannes, id est, quod gratia Dei, quem signat? Intellectum hominis, atq; rationem, diuina ope adiutam, omnes alias animi facultates, ad Dei honorem, ac beneplacitũ, dirigentem. Quæ Simonis illa familia, cum hero interempta? virtutes omnes, & opera bona, in charitate prius patrata, ac æternæ vitæ mercede remuneranda. Fraudulenter ergo, Ptolomæus agit cum Simone, Caro cum spiritu. *Caro enim concupiscit aduersus spiritum.* ad symposium; ad vini potum inuitat, allicit, inflammat: Inebriata ratione, & obscurata, nebulisq; illecebrarum, quasi excecata, insurgit subdola caro, peccati gladio ferit, animam opprimit, voluntatem ac rationem, & quæ prius bonorum operum merita erant comparata, prorsus eneruat, & sua quasi priuat vitã. *Si enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitã*

quitatem, secundum omnes abominaciones, quas facere solet impius, nunquid viuet? Omnes iustitia eius, quas fecerat, non recordabuntur. En quantus, quam trux, quam seuius, quam crudelis est hostis, caro vino madens. Eius verò subdolas in salutem tuam machinationes tu non times, non indagas, non repellis? Extremo salutis tuæ neglectu.

Quare age, hanc gratiæ diuinæ interfetricem, temulentiam, aut defere, aut à Deo te desertum olim, perpetuò lamentabere, sed serius, quam vt malo remedium afferri possit.

CAPVT XXXV.

Temulentia animam Dei capacem, mutat in speluncam & latibulum Dæmonis.

Templum Deo sacrū violans, aut in eo prophana gerēs, seu quod peius, nefanda, sacrilegij crimine infamis habetur, grauissimisque plectendus poenis à lure cū ciuili, cū Ecclesiastico decernitur. Quid temulentia cum sacrilegio? quid temulento cum Dei templo? vtinam nihil, quid? *An nescitis,* 1. Cor. 6. inquit S. Paulus, *quoniam membra vestra templū sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quē habetis à Deo, & non estis vestri? Empti enim estis precio magno. Hæc requies,* Psal. 137. inquit Deus, *mea, hic habitabo quoniam elegi eam; Prou. 8. quia delitiæ meæ esse cum filiis hominum.*

Si vos templum Dei, per Baptismum in Christo regenerati, si Christū induti, si Deo dicati, quid contemnit? quid decet? quid à vobis Deus requirit? denuò attendite Diuum Paulum breui elencho id præcipientem. *Glorificate & portate Deum in corpore vestro.* 1. Cor. 6. Cur ergo temulenti Ebrietate Deum ex hoc templo eiicitis? Cur Dæmonē Dei loco introducitis? cur quod

Dei templum spirituale temulenti violant.

1. Cor. 6.

1. Cor. 3.

quod Deo sacrum violatis? dedecore aspergitis? prophanatis? an vobis ignotum? an dubium? *Si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Dominus? sed neq; immeritò: non templi, sed Dei, hæc est iniuria. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos, & spiritus Dei habitat in vobis.* si gratiam Dei eiicitis, si spiritum sanctum Dei, è corde vestro exturbatis, si tot Dæmones, tot peccata, tot flagitia in hoc templum introducitis, Domum Dei prophanatam, in speluncam latronum transmunitis, & ire diuinæ flagella grauissima, in vos concitatis. Vestra ò Temulentia hæc culpa, vos hanc Deo contumeliam facitis, hanc ignominiam infertis.

*Excusatio-
na repulsa.*

Abfit inquit, hoc à me. abfit. egone hanc Deo meo iniuriam? Egone illo expulso, Dæmones admittam? nefandum id cogitatu, nedum factu. Id tamen, tu & cogitas, & facis. Quando? quo modo? Dehonestatur templum, si ad prophanos vsus, non cedentes ad Dei cultum, transferatur. Violatur, si vis illi aliqua inferatur. Profanatur, si Deo eiecto quasi, alius quispiam, Dei loco introducitur. An tu ad helluandum & epulandum, quod diu noctuque facis, à Deo creatus, & Christi sanguine es dedicatus? Ergo Dei templum dedecore afficis. An in te habitantis Dei gratiam, enormiter potitando, tam præfractè atq; impudenter decet eliminare? Ergo Dei templum violenter incesis. An æquum, nimio mero ingurgitato, rationem opprimere, omnes animi facultates labefactatas, vsu suo priuare, ac diuinam imaginem, tuæ impressam menti, quod totum agis, obliterare? Ergo Dei templum profanas. Pessimum verò; quod ipsis Dæmonibus, Dei vice, illud inhabitandum concedas, quasi locato. Id non credis? Ipso Seruatoris testimonio conuincere.

*Demonia-
nima con-
signatur in
habitanda
per Ebrie-
tatem.*

Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit. in quibus ergo? in aquosis. Quæ loca hæc arida? Temperati, sobrii, moderato vtentes potu. quæ aquosa, & requiei Dæmonis apta? Ebriosis, temulentis. Annon spiritus iste malignus, septem alios assumet socios, se nequiores, & secum adducet? sic vna Temulentia, plurima gignit flagitia se multò nequiora, multò grauiora. nec mirum. qui portitor est domus cuiuslibet, aut arcis, introducit quem vult. vni maligno Dæmoni, Ebrietati inquam, os tuum, quæ porta est corporis & cordis commisit, quem lupo scilicet, os in potestate habet, quid putas? annon plures Dæmones? annon plura scelera & flagitia intromittet? an Dei templo parcat? an ab eius ignominia inuidas, & malè fidas manus abstinebit? id ne tibi per suasum finas; in eo perdendo, funditusque excindendo, nullum non saxum voluet, nihil intentatum omittet.

Matth. 12.
Aquosa loca ex Euāgelio Ebriosis,

Dæmon per Ebrietatem fit portitor oris humani.

Illud verò, quàm indignissimum Dei templo, si in porcorum stabulum conuertatur. quid aliud Temulenti? Dæmonis porcus est, Ebrietas, eius, assecla, & quidam quasi porculi, vitia ex Ebrietate nata. hinc animam, Dei templum, incolendam tradis? hinc quanta Dei creatoris iniuria? olim videris cum omnes manifestabimur ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque prout gessit in suo corpore, seu bonum seu malum.

Porcorum quasi stabulum anima fit Ebrietate.

Porcos pascis ac faginas vt mactes. te faginas vt mactēris, vt è vita citius eripiaris, & æterna, quoad animam morte pereas. Illa te Hugonis contemplatio, ab hoc temerario ausu retrahat, impensè rogo, atq; obsecro; cum videas animam tuam ad sanctissimæ Trinitatis similitudinem efformatam, eiusque sedem ac domi-

Li. de claustro anima. SSmæ Trinitatis imago anima,

domicilium constitutam. Sicut enim in hoc ineffabili mysterio tres personæ in vna sunt essentia: ita in vna anima substantia, tres potentiæ, intellectus, voluntas, memoria, quæ ideo à Deo tibi datæ sunt, vt ipso iugiter perfruatur intellectus, vt eum apprehendas, voluntas vt ames, memoria, vt in eo perpetuò requiescas. hæc Hugo. Fructuosissimum, ista sapius recogitando ruminari, vt meditatione tali exardescat studium sobrietatis, atq; odium contrariæ Ebrietatis.

CAPVT XXXVI.

Temulentia si vlllo alio peccato Deus quàm maximè blasphematur.

Atque id satis constare posset ex his, quæ huc vsq; sunt pertractata. istic verò, vberioris gratia fidei, superaddenda paucula quædam.

2. 2. q. 13. d. +. *Blasphemia est, inquit S. Thomas Aquinas, cuius quid attribuitur Deo, quod ei non conuenit, vel negatur & detrahitur, quod conuenit. Illud verò hîc non eleuabo, ipsum Ebrietatis peccatum, in signem esse Dei blasphemiam. quid ni? Vinum produxit Deus, ad hominis bonum; temulētus, Dei creatura, eo in perniciem abutitur, contra decretum creatoris. Vt omnes creaturas, ita & vinum creauit, ad amoris, ac benignitatis suæ diuitias ostendendas. hinc ebriosis captant occasionem, nō rarò, grauissimè ipsum offendendi. Dei instituto, vtendum vino, ad eius obsequium, laudem & gloriam ampliorem: tu in eius ignominiam, ò ebriosè, illud perditissimè bibis. Vnde Nicolaus de Lyra in glossa sua: Si ventris nimia voracitas, si tenimio vino repleas, quantaslibet laudes lingua resonet, vita blasphematur. Versa hoc frequenter animo tuo, & elucescet, quanto creatoris dedecore,*

Super illud Corint. 10. siue comedis siue bibis,

tu nobilem illam vini creaturam, luxus tui atq; execrabili-
um illecebrarum fomitem, constitueris.

Hoc sanè dolendū quàm maximè, nullibi Deum blasphemari magis quàm inter pocula, quàm in symbolis, quàm in popinis. Ibi sanctissima Christi Sacramenta ore sacrilego contemnerantur, ibi salutifera eius passio contumeliosis lacerata verbis, iactantur, ibi diuinissima eius vulnera, impiè ac maledicè, tractantur; ibi Deus in mendacii testem, leuissimis de causis adducitur: ibi iuramèta, ibi imprecationes, ibi diræ audiuntur, quas horret animus meus cogitare, nedum recensere. Sæpè talia fieri coràm videns, atque auribus hauriens, mansuetam ac longanimem Dei patientiam demirror, qui non euestigò, blasphemos eiusmodi, vt sacrilega lingua merètur, terra dehiscente, in profundum barathri demergit. Cur ò impura, ò impia vino inflata lingua, cur seruatoris tui passionem profcindis? annon te ab æterna morte liberauit? cur vulnera laceras? annon te ccelesti patri suo reconciliauit? cur sanctissima sacramenta execraris? annon ea salutis tuæ, instituto seruiunt suo? omnes aliæ quantumuis irrationales creaturæ, atque ipsa bruta potissimùm animalcula, Deum laudant, eius bonitatem prædicant, eius potentiam & sapientiam, quà possunt, ostendunt atque extollunt; & tu ei, ò ingratissima creatura, petulantè adedò maledicis? & eo ipso quidem membro & loquela quib. te præ cæteris creaturis honorauit? an Dei vindictam haud pertimescis? *Mirum est*, inquit S. Gregorius, *Qualiter homo Deum non laudat, cum omnis creatura ad eum laudandum inuitet. vnde valde miser est homo blasphemus; specialiter propter hoc linguam accepit, vt Deum laudaret, & tamen non laudat, sed contra admonitionem aliarum creaturarum*

*Anullo ho-
minum ge-
nere Deum
magis blas-
phematur
quàm à re-
mulentis,
& ab is
qui perpe-
tuo viciat
symbolis*

*Lib. 6. Mo-
ralium.
Blasphemia
grati-
uitas*

Ser. 113. de Tempore. blasphemat. Et S. Augustinus: Non minus peccant, qui blasphemant Christum regnantem in caelis, quam qui eum crucifixerunt ambulantes in terris. Ita esse, vindictæ grauitate indicatum satis. Recenset S. Gregorius, quod parens quidam, tenerrimè diligens quinquennem filium, blasphemis, quas ab ipso patre audierat, atq; didicerat, ab incunabulis assuetum, nunquam propterea obiurgarit, nedum castigasset. quadam ergo die, in parentis brachiis positus puer, incipit debacchari blasphemis, ac demùm vociferando, Ecce nigri viri veniunt, qui me tollere volunt; à Dæmone correptus, miserimè interiit. In infantho Deus blasphemiam ita seuerè vindicauit; & in uobis, ô adulti, ô rationis compotes, inultam finet? ne uestra uos lactet, ne adunco suspendat naso, uana ac friuola fiducia, Deus non irridetur.

*Lib. 7. Col-
lat. sacrarū
cap. 60.*

Illud quoq; horrendum auditu quod Tilmannus Bredenbacchius narrat contigisse Neomagii. Ibi inebrius quidam scurra, augustissimum sacramentum, à Presbytero ad ægrotum quempiam deportatum, blasphemis excipiebat, & conuitiis exagitabat, atq; dieteris perquam incouenientibus, Deastrū quoq; contemptim appellans, an hanc procaciam inultam tulit? euentu id comprobatum. Dei vindex ira, eodem momēto est subsecuta. eo temeritatis delapsus erat miser, ut cum combibone quodam suo, deposita potus mēsurā, certaret, se ouū integrum inglutire posse, prius, quàm Deastrū illum, ægrotus. Quare ouum ingestū ori, mediā, trāsuerim actum, hæsit gula, nec in stomachū descendere, nec exire ualens, ergo spiritu intercluso suffocatus, illic miserè periit, sceleris pœnas, perpetuò apud inferos luiturus. Obstupesco totus, fateor, ac pili mihi sæpè obrigescunt, cū similes audire cogor blasphemias, nec impedire possum,

possum, aut Dei, tam grauem iniuriã vlcisci; recorde-
 dorq; illius verbi quod verè sapiēs protulit: *Loque-* *Eccles. 27.*
la multum iurans, horripilationem capiti struet, & irre-
nerentia ipsius obturatio aurium.

Sanè Magistratus, tùm politicus tùm sacer, quo *Magistra-*
 negligentiam suam apud Deum purget, vix inueni- *tus in excu-*
 et, quod huiusmodi blasphemias, tam perditè atque *sabilis*
 impunè, fieri permittat. Audiant velim quod S. Iob *quod blas-*
 eos monet: *Ne desinas ab homine iniquitatis, qui addi-*
dit super peccata sua blasphemiam. hoc est, ne cesses, *punit.*
 ne omittas ipsum punire. Grauisima mortis pœ- *Iob. 34.*
 na, in peccatum hoc, Deus ipse animaduertisse legi-
 tur. Scripturę verbis id accipitote: *Ecce autem egres-* *Blasphē-*
sus filius mulieris Israelitidis, quem pepererat de viro *mia punita*
Egyptio, inter filios Israel iurgatus est in castris cum *Leuit. 24.*
viro Israelite: cumque blasphemasset nomen Domini, &
maledixisset ei, adduxerunt eum ad Moysen, miserunt-
que eum in carcerem, donec nossent, quid iuberet Domi-
nus. Qui locutus est ad Moysen, dicens: Educ blasphem-
um extra castra, & ponat omnes qui audierunt manus
suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus.
Et ad filios Israel loqueris: Homo qui maledixerit Deo
suo, portabit peccatum suum: Et qui blasphemauerit no-
men Domini, morte moriatur. & post pauca: Locutus-
que est Moyses ad filios Israel, & eduxerunt eum extra
castra, ac lapidibus oppresserunt. quo exemplo, si præ-
 fides ciuitatum atque oppidorum præfecti, & om-
 nes qui ad Reipublicæ clauum sedent, blasphemos
 eiusmodi ac temulentos epulones coërcerent, & se-
 uerissimas in eos pœnas statuerent, non dubium,
 quin sæpè, millies demerita Dei vindicta, præcaueri
 posset, atq; à nobis auerti.

Quo loco & illud non tacendum, nec illauda- *Approbat-*
 I 3 *tum dapia con-*

*Approbā-
da pia con-
suetudo à
blasphemis
exigendi
Elemoly-
nam.*

tum hîc, aut tacitè prætereundum; quod in complu-
ribus tabernis vinariis in more est, quas boni ac ho-
nesti caupones gubernant, vt si quis vel minimam
blasphemiam, aut iuramentum protulerit, quod in
Dei, vel sanctorum iniuriam, aliquatenus vergat, il-
licò certam pecuniæ multam, in cistula, pro elee-
mosynis, pauperibus erogandis, deponat, ni velit à
Magistratu grauiorem pœnam expectare. Non abs-
re, à maioribus id est sancitum. Prospiciebāt enim,
nullibi locorum frequentiores audiri blasphemias,
quàm vbi potationibus, ac vino indulgetur.

CAPVT XXXVII.

Temulentia quædam quasi est Idololatria.

*In 2. sentē.
dist. 35.*

*Phil. 2.
Quomodo
Ebrietas
induat
speciē Ida-
latriæ.*

*Serm. 31. de
Temp.*

DOctum id primùm ab Alberto Magno hisce
verbis: *Gula & ebrietas, similes sunt Idololatria;
& gulosus atq; ebriosus, ventres vt Deos colunt.* acer-
bitissima proinde est illa Diui Pauli conquestio, quam
de Ebrietatis Idolomania olim instituit. *Multi, in-
quit, ambulat, quos sæpè dicebam vobis, (nunc autem
& stens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis inte-
ritus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione
ipsorum, & hi sunt qui tam ardentè vino inhiant, vt
nullum vitæ momentum in Deum, in patriam, in a-
micos, omnia verò ad bibendum, ad libandum Bac-
cho, ad ventris ingluuiem farciendam, contulisse
videantur. Bacchus illis pro Deo est. Nonne id, inquit
S. Augustinus, pro Deo colitur, quod abs te præ cæteris
diligitur? isti verò quid vino quid Baccho prius? quid
antiquius? quid magis in votis habent, atq; deside-
rio? Templum ei extructum, vinarium penu. Altare
Abacus, quam vulgò credentiam appellant, vbi lō-
ga scyphorum, atq; poculorum series instructa. Sa-
cro-*

rorum ministri, pocillatores, ac pincernæ. victima vinum. Cæremonia, propinationes diuersæ, sedendo, stando, geniculando, cubando. Et sicut veri Dei cultores, primò quærunt regnum Dei, ac iustitiam eius: sic Bacchiculis hisce, prima cura est, ventrem molliter excipere, & cuticulæ illecebris, in qua Bacchus dominatur, morem gerere.

Sunt qui putent hanc ventris & Bacchi culturam illa Ethnicorum Idololatria multò esse nequiorẽ. quid causæ? adorabant illi pro Deo, ligna, lapides, æra, argentum, aurum. quid isti? saccum stercoreibus farum, vtpote ventrem, indignum homine scelus.

Peior quãdam tenus habita Ebrietas, ipsa Ethnicorum Idololatria.

Verùm quid agitis temulenti? quo ruitis? quæ vos veri Dei capit obliuio? nil cogitatis? nil sapitis? nil anhelatis præter vinum? an in vino vestra beatitudo? summa quin potius miseria. quæ enim maior calamitas quàm Dei oblitum esse? id de vobis affirmat Dominus per Prophetam: *Adimpleti sunt, vino, & saturati dapibus atque epulis, & leuauerunt cor suum, & obliui sunt mei.* quid reponetur vobis? *Ita fiet, inquit Augustinus: vt in morte obliuiscatur tui Deus, qui dum viueres, oblitus es eius.*

Osee 4.

Ser. 53. de Temp.

Et veram quandoque Idololatriam ex Ebrietate fluxisse, ni sacra Scriptura testaretur, quis crederet? illud nimis quàm apertum est eius rei testimonium, quando Moysè absente populus Iudaicus, sedit manducare & bibere, & postea surgens, auro conflatum vitulum adorauit pro Deo, qua de re idem sanctus Augustinus: *Populus Iudaorum postquam vinum plus, quàm oportebat, accepit, idola sibi fabricari fecit, & in honore ipsorum Idolorum, cepit phrenetico choros ducere more, diuersisq; saltationibus membra torquere.*

Exod. 32.

Ser. 231. de Temp. qui est 1. de Ebriet.

Ingenuos ac Germanos non decet animos, abie-
ctam ad eò seruire seruitutem, & tam vilis atq; con-
tempti Domini, vilius, abiectius, atque contemptius
mancipium esse. quin agite, iugum istud excutite,
Vero Deo seruire, illud demùm est verè regnare.

CAPVT XXXVIII.

*Temulentia, Dæmoni quodammodo vendit ho-
minis animam.*

*Dæmonis
astus in de-
cipiendis
temulētis.*

Pellecturus áuceps auiculam, vt nassæ infidens,
aut retibus, decepta capiat, inescat prius earū
rerum dulcedine, quibus præcipuè delectatur,
Et Dæmonis hic astus est, in supplantandis, ac fal-
lendis hominibus, Ebrietati plus satis addictis, pro-
posita vini suauitate, primùm allicit, vt bibant; aucta
deinde, atq; irritata cupiditate, instigat vt largius po-
tent; inebriatos demùm, in suam omninò potesta-
tem redigit, & animam, cuius indipiscendæ caussa,
mille artes excogitat, ac molitur, arbitrio suo obti-
net, possidetq;.

*Temulen-
torum stul-
ticia ven-
dentium
animas
immorta-
les Dæmo-
ni pro tam
breui ac
vili volu-
ptate.*

En ò temulenti, breuiusculam vobis Dæmon ap-
ponit voluptatulam, ex immoderata vini libatione
percipiendam, pro ea, quasi precio quodam, petit a-
nimam tuam; & tu oblatam acceptas illecebram!
Dæmon animam occupat ex cōdicto, vt rem suam.
Annon hoc est animam veluti venum prostituisse
Dæmoni? Res mira, pro tam breui voluptate, digi-
tum non patereris abscindi tibi, & anima tibi, digito
quàm preciosior, venalis est? eam Dæmoni malitio-
sè relinquis occupandam? æterna siti cruciandam!
nec aquæ guttula, diuitis epulonis exemplo, refocil-
landam s̄imò illorum potu inebriandam, de quibus
Dauid: *Botrus eorum botrus amarissimus, fel Draco-*

num

num vinum eorum. Ignis, sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.

Æstima rem quam vendis, & rationis trutina precii vilitatem expende, & videbis contractus iniquitatem, ac stultitiam tuam deprehendes. Quid vendis? Imaginem Dei immortalē, à qua quid corpus habeat, ea absente experiris; pulchritudinē, locutionem, motum, sensus, operationem. O corpus, exclamat D. Bernardus, *quam nobilem hospitem habes, à quo omnia habes?* Quid vendis? Animam incorruptibilem, *omni corpore a creatura, nature dignitate,* ut S. Augustinus affirmat, *preæcellentiorem,* cuius comparatione omne aurū, argentū, lapides preciosi, imò totus mundus nihil est, & si infinitos Deos mundos condidisset, vna adhuc anima, multò dignior esset. Nam quid dignius? quid preciosius sanguine Christi eius permagno precio, quod asserit D. Paulus, anima quælibet est coempta, non hic mundus, nec alii si forent, infiniti mundi. Quid vendis? Excelssimam dignitatis creaturam, animam inquam; in cuius obsequiū ac seruitutē, Deus, etiā ipsos Angelicos spiritus deputavit: *Ipsi enim sunt administratorii spiritus missi in ministerium eorum, qui hereditatem capiunt salutaris.* Vnde S. Hieronymus: *Magna dignitas animarū, ut vnaqueque habeat ab ortu natiuitatis, in custodiam sui Angelum delegatum.* Quid vendis? Nobilissimam animam, tantis laboribus, à Christo, triginta tribus annis conquistam, discurrendo, prædicando, vigilando, ieiunando, orando, infirmitates curando. Quid vendis? Animam immortalem, ad æternam beatitudinem ordinatam, ut nouem Angelorum choris associata, perennibus illis gaudiis iugiter perfruatur.

Exod. 32.
Psal. 10.
Anima dignitas, que venditur.

Serm. 10.
ad Sororem

Serm. 4. 2.
de Temp.

Matt. 18.

Hebr. 1.
Li. 3. commentar. in
Matth. ca. 13.




*Quo precio
cui, ad
quid ani-
ma ven-
datur qua-
stabe quo-
us temu-
lenio.*

Quo precio tam nobilem creaturam vendis? pu-
det meminisse, & cui vendis? amico? minimè, sed iu-
rato inimico, crudelissimo Tyranno, ad quid ven-
dis? ad aliã subsecuturam voluptatem? Non: ad æ-
ternos cruciatus. O temulenta atq; amens velania,
Non permittit indignitas rei, plura de se, verba
facere.

*Prodigio-
sa historia.*

Vt videatis tamen, sicut vini ita & animarum ve-
strarum prodigi, quis ille, cuius dominio vos man-
cipetis, audite horrendam historiam. Anno à saluti-
fero virginis partu, supra millesimum quingentesi-
mum, quinquagesimo primo, quatuor egregij pota-
tores, die Sabbathi, in taberna vinaria, in quodam
Bohemiz pago, prodigalissimè potitabant, & nõ so-
lum mutuo sibi, sed & Dæmoni in pariete depicto,
per ludibrium propinabant. non defuit suis parti-
bus malignus ille, sed vt æquũ erat respondit. Nam
cum ad summum ebrij essent: Dæmon eos horren-
dis plagis ita excepit, & contriuit, quasi crurifragio,
& carnificibus affecti essent, & sanguis vbertim exo-
re, oculis, ac naribus efflueret. Durauit ea pulsatio
tribus integris diebus, magno omnium terrore, ta-
meti Dæmon ille à nemine videretur, ac demum
cessauit. Ni piscatores ictu sapiatis periculum & vos
quoque si placeat, facitote. Sin verò, quod vestra è re
est, vobis & suaderi, & persuaderi finitis, sua dignita-
te tam nobiles substantias, animas inquam ve-
stras, æstimate, ac maiori studio
atq; opera conser-
uate.



CAPVT XXXIX.

Temulentia, toties in aeterna mortis discrimine ponit hominem, quoties inebriat se perfecte.

Qui amat periculū peribit in illo, maius eterne salutis periculū, nusquam est, vt in temulentia: nullum enim peccatū aliud, ita priuat vsu rationis, vt illa, quare si in Ebrietate quis occideretur, aut alio periret mortis genere, quo iturū putatis? ad ccelos? id mihi nō finit persuaderi, verbū illud, Diui Hieronymi, *Difficile, imō impossibile est, vt presentibus quis, & futuris fruatur bonis, vt hic ventre, & illic mentem impleat, & de delitiis transeat ad delitias.* Ergo ad inferos haud dubiè demigrabit. Non sic alia peccata: Nam ea rationis vsu minimè tollunt, vt homo se, quocunq; momento, etiā si peccato sit obnoxius, ad Deū conuertere possit, de peccatis dolere, conteri, poenitentia agere, ac saluari, tametsi vel in aquis submergeretur, aut gladio vulneratus, vel alio repētino casu occumberet letho. At si sit ebrius, perit ratio, naufragium passa est, vini fumis obruta est, nihil de Deo, nihil de eterna salute, nihil de peccati grauitate valet cogitare. Mors itaq; si ingruat, actum est de perenni salute, spes omnis planè perit. Ecce periculum aeternae mortis, o Temulente, quoties vino te nimium obruis, & rationis vsu spolias,

Atq; hæc, cū reuera ita sint, vt dixi; sic tamè parui sunt, quasi somnia essent, vel aniles fabulæ, aut gerre Siculæ. At verò, mihi credite: certa est Dei vindicta, periculū euidentis & indubitātū; illa nō emanabit; hoc Deus faxit, neminè vestrū inopinatò apprehēdat; ne id q; Hesiod^o appositissimè monet, cuiquā obtingat.

Δίκη ἢ πρὸς ὑβριόπληξα,

ἢ εἰς τὸ ἐλθεῖν ἐξελθῶσα παθῶν δὲ τὴν ἄπινον ἔγνω.

Tan-

Eccles. 3.

In Epistola ad Oceanum.

In quantum se periculum conuiciat quibus quādocunq; perfecte temulētis.

In libro qui dicitur opera & dies.

*Tandem sua pœna nocentem
consequitur, passusq; sapit tum deniq; stultus.*

*In Metro-
poli Saxon.
vindicata
Dei in
principem
Temulen-
tum.*

Id quoq; memorabili constare poterit Exemplo, quod Albertus Krantzius refert. Ludouicus Guil-
elmus Misniæ Marchionis frater, vir Ebrietatis &
commestationum studiosissimus, qui circa annum
Domini 1382. Magdeburgensis Archiepiscopatus gu-
bernacula suscepit, quadam vice, ad Kalbense ca-
strum, multos primariæ nobilitatis viros, cum Gy-
necæis, epulatum conuocauerat. cumq; ipse iam
pro more temulentus, è mensa surgeret, choreasq;
plaudendo & tripudiando pedibus, caremonia No-
bilitati aliàs inusitata, diuti⁹ agitasset, trabium com-
pagibus paulatim disiunctis, domus magno fragore
dissolui, & casum minari cœpit. Archiepiscopus er-
go, primus omnium, ad gradus, fugam petiturus,
properanter accurrit, quibus ruente domo concu-
sis, cecidit infelix, ac miserrimè cum plurimis ex illa
societate, paucis euadentibus, & corpore & anima
perit. Luculenta temulentia vindicta. Tu qui sapis,
eam fuge, ac saluti tuæ prospice.

*Extremo
supplicio
afficiendi,
nullatenus
inebriari
debent, ut
vulgò fit.*

Non possum quin hic obiter eos, vt merentur,
multis nominibus, taxem, qui capitis damnatos, ex-
tremoq; supplicio afficiendos, inebriari procurant,
vt mentis impotes, irrogati tormenti, cruciatuq;
grauitatem, sentiant minus, perferant facilius. Pelsi-
mo id fit consilio, & haud dubiè ab ipso Dæmone
promanante. quod dico, ex duobus arguo malis.
Nec enim ebrij, vltima illa vitæ periodo, quic-
quam de Deo, de peccatis, de aeterna salute poterunt
cogitare; nec etiam tormenta, haud sentiendo, atq;
ea in Christi meritum & passionem non referendo,
scelerum pœnas expiare. Quamobrem illi, quorum
cura est, huiusmodi reos, in extremis ad salutem
erudi-

erudire, omnem rudentem moueant, atq; aleam iaciant, vt hoc Dæmonis astutissimum stratagemata, eludatur. hoc ni fiat, quicquid aliud egeris, infructuosum puta. Illud potius à Iudice deprecandum tibi concesserim, vt cum moriendum sit reo, quàm fieri possit maximè, cruciatuum acerbiter leniat.

CAPVT XXXX.

Temulentia in æternas gehennæ flammâ precipitat.

Inveniuntur versuta quædam & callida ingenia, impensè id vnum, inuida diuitiarum cupiditate stimulante, cogitantia, quomodo vicinos, quorum fortuna semper illis est pinguior, circumueniant, fundos illis eripiant & possessiones, atq; in suam, per fas & nefas redigant potestatem: quorum anhelans & inflammata appetentia, vt quod oculis ad rapinam designauit, assequatur, vix melior, vix commodior iniri ratio potest, quàm temulentia, ergo specie fucati amoris, eos vocant ad conuiuia, & symposia, fumos venditant, beneuolentiam, tum verbis, tum factis, captiosè aucupantur, ad potum blandè inducunt nimium, id vnum spectantes, vt simplex ille homulus inebrietur. Tunc demum aggrediuntur doli nescium, verbis aures ad pruricum demulcentibus, in fraudem alliciunt; tractant de agrorum, & pratorum emptione, venditione, commutatione; emunt vendunt, commutant, precia paciscuntur, dominia transferunt, suo semper lucro, illius verò pauperculi, extremo detrimento, quod tamen ipse, necdum absumpta crapula, nondum prospicit, nedum sentiat. euigilet porro, ad se redeat, abscefferit temulentia, lamentabitur, dolebit, conqueretur, dolos inculcabit: sed frustra, reti ventos capere

Simile ab auaro.

pere conabitur, iam omnia testium præsentia roborata, iam literarum firmitate consignata sunt.

Dæmoni,
versutia,
qua decipit
Ebriosos.

Hic idem Dæmonis est, cum incautis hominibus, versipellis agendi modus, ut eos fallat, ut æternam illam hæreditatem eripiat, ut ad pauperiem diuina gratiæ, cœlestiumque donorû adigat, ut perpetuis eos flammis addicat. Vini dulcedine, hamû æternæ perditionis abscondit, quem incauti glutunt, & obtenta brata ratione, consciëntiaque quasi excæcata, interitum haud sentiunt, & non raro aculeû minimè dolentes, peccatum gloriabundè iactitant, velut illi apud prophetam.

Esaiæ. 3.

Genes. 25.

Iob. 21.

Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerit; & Esau primogenituræ prærogatiua amissa, Comedit & bibit, & abiit parui pendens quod primogenita sua vendidisset. sed quâdo extrema gaudij momētanei lucis olim occupabit æternus, quando repentinus illis supervēiet interitus, quando ad inferna in puncto descendunt, tunc demùm sentient, tunc damno suo, sed serius sapient, non valentes contractum funestissimum rescindere, aut dissolutum retractare.

Galat. 5:

Quod discriminè, ut sagaci studio præcaueatur, accuratè præmonet D. Paulus, *Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, immūditia, impudicitia, luxuria; &c.* tunc addit, *Ebrietates, cōmessationes, & his similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam quæ talia agunt, regnū Dei nō consequētur.* Quid hoc verbo clarius? qd ad extollendā temulentie culpā accommodatus? huc pertinet & illud D. Ioannis Chryso-

Homil. 9. in

Genesin.

Sicut navis quæ aquis impletur, ut exhauriri nequeat, statim submergitur: Ita & homo cum crapula & Ebrietati seipsū exponit, in præceps vadit, ratione submergit, & in æternas gehennæ flammās ruit. idem

Homil. contra

crapulam & lu-

xum.

& carnium voratione, & vini potatione disrūpitur, sepelitur.

& 1080

inuitum & sponte necesse est peccare. Nam sicut nauis oneraria, quæ supra suam magnitudinẽ vehenda capit, oneris magnitudine submergitur; Ita animi & corporis nostri natura si plures acceperit cibos ac potũ vberiore quã ferat sua vis, impletur & in pelagus perditionis demergitur, & nautas & gubernatores, & eos qui in proa & alios nauigantes & ipsum onus cũ hominibus perdit. Sicut igitur non tranquillitas maris, nõ sciẽtia gubernatoris, non nautarũ multitudo, non preparationis studiũ, & omni pars tẽpestiua, & non aliud quicquã, nauis quæ sic in tẽpestate est prodest. Ita & delicatis euenit: nec cogitatio multitudo, nec eruditio, nec admonitio & consilia, nec aliud quid, nec timor tuturorum & pudor, nec accusatio presentiu, nec aliud quid saluare potest, sic periclitatẽ animã, sed inualefcit luxus, & amẽtia per oia, & sub aquas perditionis, nolẽs volẽs, eũ qui agrotat, defert, & salutis facit naufragiũ. quibus Diui Chrysofomi verbis quod graui? nec ab his multũ absunt, quæ S. Augustin⁹ huc quoq; cõtulit. Ebrietas quasi inferni puteus, quoscunq; susceperit, nisi digna subuenerit pœnitẽtia, & emendatio fuerit subsequuta, ita fortiter sibi vëdicat, vt eosdẽ ipsos de inferni tenebroso puteo, ad Charitatis, vel sobrietatis lucẽ repire, sine graui pœnitentia non sinat. Quob causam acerrimẽ Diuus Bernard⁹, temulentiam perstringit. Ebrietas inquit, eiicit hominem à Regno Dei: Ebrietas expellit hominem è Paradiso: Ebrietas demergit hominem in infernum; Vt non importunẽ quidam poëta dixerit --

Serm. 237.
de Temp.
qui est 1. de
Ebriet.

Serm. 25.
ad Ieror.

corporis atque animi subuertunt pocula dotes,
Et faciunt ambos sub phlegethonte mori.
Nolim hïc ego historiis adducẽdis, lectori nausẽã
mittere, cum p̄sertim extremũ, hyc libro, eodẽ isto
capite

capite, imposituri sumus fastigium. vna tamen vel altera, non ita diu nos, ad metam iam è conspectu sitam, festinantes, fixa interim virgula morabitur.

L. 1. de rebus gestis Alfonso Regis.

Scribit Æneas Syluius, Alexandrum ex Moratibus Ducibus oriundum, Diui Stephani Viennæ Præpositum quondam, profligatissimæ temulentia hominem nimia præmaturè enectum crapula, inter viros agere desuisse. cui cum exequiarum diem tricesimum, cum eius Ecclesiæ Canonici, tum multi viri nobiles concelebrarent, sacerdos quidam, qui sibi bundus vinariam Præposituræ cellam intrauerat, se Alexandrum inter dolia circumambulantem, horrenda lamentabilique forma conspexisse, asseueravit, quod & aliis visum atque ostensum compluribus. ergo celeri ad Ecclesiam cursu contendens cum orantes adhuc presbyteros inuenisset, *Ut quid hic Alexandro inferias, inquit agitis? ille in suo templo letus agit bibitque; vos autem hic siti arescitis. vos inde coniecturam capite, quo in cælo temulentia suæ præmio iam potiatur.*

Temulentus Præpositus post mortem inter dolia visus ambulare.

Lib. 12. Historiar. Memorabil. cap. 41.

Maiorem multò horrorem, incussat, quod Casarius refert. eiusmet verbis vtor. *In Diocesi Colonien. Colonia non procul, miles quidam erat, nomine Rudingerus. sic rotus deditus vino, ut diuersarum villarum dedicationes, tantum propter bona vina frequentaret. hic infirmatus, cum moriturus esset, filia rogauit, ut intra triginta dies illi appareret; quo respondente; faciam si poterò; expirauit. Post mortem verò, filia per visum apprens, ait: Ecce præsens sum ut postulasti; portabat enim vas paruum & fictile, quod vulgò cruselinum appellatur, in manu sua, in quali solebat in tabernis potitare. dicente filia, quid est in vase illo? respondit: Potus meus ex pice & sulfure confectus; in æternum eo bibere cogor inferno.*

Ein Breisstein Temulenti cuiusdam porus in inferno.

*sed nunquam epotare valeo. & sic disparuit. En vt blan-
de ingressum vinum in nouissimo mordet vt coluber.*

Prou. 23:

Non dissimile ibidem sed pluribus, Exemplum
subnectit Cæsarius, de quodam temulento, cui Deus
quadam visione diabolum ostendit, vnum abripi-
entem ad eterna gehennæ supplicia, & supremo Dæ-
moni interroganti, vbi eum inuenisset? Respondit.
In Ebrietate. cui ille. Defer eum huc, vt affatim bi-
bar. & dicto citius accurrentes Demones, eum vi ra-
patū in diuersa, plagis excepere durissimis, & in os
eius liquatam picem ac sulphur infundentes, cac-
chinnando vocife rabantur. *Diu sitisti, iā sitim exple.*
quibus visio disparuit, atque ille cui se aspiciendum
præbuerat, temulencia valere iussa, sobrietatem de-
inceps est amplexus. Conuenit vtrique, ex iam re-
centitis apparitionibus, quod Dauid olim prædixit.
*Ignis & sulphur, & spiritus procellarū, pars calicis eo-
rum. & Propheta. Inebriate eum calice ira Dei, vt sicut*

Lococitato.

Psal. 10.

Hier. 48.

bibendo inordinate delectabatur, ita potando pi-
cem ac sulfur, pro culpa puniatur.
Horum igitur Exemplo, vt ego ex me vos non
moneam, sed Propheta. *Expergiscimini ebrij & flete*
& ululate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine. ni si-
mili modo velitis, quod horrendum est, incidere in ma-
nus Dei viuentis, & æternarum flammaram titiones
inextinguibiles esse. Pro comperto habetote, quod
veteres vulgò dictabant, Laneos Iupiter habet pe-
des, ac ferius Diphtheram suam inspiciens, atque om-
nia ponderans, perperam facta, vindictæ tardita-
tem, grauitate compensat.

Iohel. 1.

Heb. 10.

CAPVT XXXXI.

Epilogus Libri primi.

Doctum huc vsq; & ni mea me fallit opinio, sa-

K

119

tis copiosè explicatum, quid bono tum omnium communi, tum cuiusq; priuato, temulentia officiat. Ostensum quoq; , hominem fortunæ corporis atq; animi bonis omnibus, siue à natura sint insita, siue gratuita Dei voluntate, ad æternæ felicitatis affectionem, liberaliter concessa, penitus exui, atq; æternis cruciandum incendiis mactari. Quid superest aliud nihil, quàm vt tu hisce tuo vtaris bono. annon id lubens acceptes? annon, quod è re tua est, ab amico fideli, monitus, lubentius faxis? Latronem fugis, persequeris, capis, compede vincis, in cruce magis: Temulentiam foues, nutris, amplecteris? Vbi ratio? vbi sensus? vbi intellectus? Triplicem, inquit

*Simile à
Latrone.*

*Lib. 4. de
ciuit. Dei
cap. 12.
Quàm sc-
uus latro
remulen-
tia.*

*Prou. 10.
Sap. 14.
Job. 22.
Sap. 16.
Psal. 48.*

S. Augustinus; *vitam habet homo: Vitam naturæ, vitam gratiæ, vitam gloriæ.* exosus tibi est latro, qui solam atque vnicam naturæ vitam, corpori eripere potest: Temulentia verò perchara erit, familiaris erit, domestica erit. Temulentia, inquam, quæ non solum corporis vitam, infinitis propemodùm morbis exasperat, decurtat, ante præfixum diem extinguit, sed & diuinæ gratiæ vigorem opprimendo, animam enecat, & gloria cœlesti consequenter, æterni illa, beatissimaq; vita excludit, hæc inquam pestis, hic anguis, hic basiliscus, in sinu tuo, tam delicatè educabitur? En pedem alterum in cymba Chærontis locas, & in fouea perditionis: ni pessum te velis, eum retrahere; nam *anni impiorum breuiabuntur* cum odio sit Deo impius & impietas eius, & complures impii sublatis ante tempus suum, qui per malitiam ceciderant animam suam, atque in inferno positi sunt, vt mors depascat eos.

FINIS LIBRI PRIMI.



DE TEMVLEN- TIA ET EBRIE,

TATE

LIBER II.

Præfatio, libri methodum
complexa.

VT promisso stetur, & quam orsi sumus tela, superius iam cœpta methodo continuetur; statuo; & cum ratione; satis modò perspectam, & ad Lydium lapidem, quasi probatam agritudinem Temulætiæ atq; eius periculosa, quibus comitata venit, symptomata. nunc ad medelam conuertenda orationis pharmaca.

Medicis hoc proprium, hoc vsitatum, vt ad propulsandum quilibet morbi, è noxiis humoribus exorti, primò, antequam euacuatio instituat, & roborantia vigorem corporis adbibeantur, syrupos præbeant, quibus noxiæ superfuitates moueantur, à suis sedibus conuulsæ decussentur, atque in vnum aggregentur quasi cumulum sen-

K 2 tina

zina, ut sequentis pharmaci, expulsiua virtute, promptius omnes eiiciantur. tum quae viscera viuificant, quae sanguinem innouant, quae spiritus redintegrant, & quae malum omne abstergunt, remedia conuenientius applicantur.

Quod compendium, & nostro nos modulo sequimur, isthoc operis praesentis libello secundo. Primum, eximia sobrietatis laude, & exemplis Christi ac sanctorum, quin etiam complurium Ethnicorum, haud quidem prolixè memoratis; tum postea Temulentiae, tam internis, quam externis circumstantiis, enucleatim declaratis, immoderatè bibendi vitium, quasi conuellemus. Superaddito dehinc pharmaco, potissimum è praecipuis, quae Ebrietatem consequuntur, nocentibus, & ira diuinae comminationibus, & eius generis compluribus veluti speciebus mixto, omnem Temulentiae malitiã, quodãmodo euacuabimus. Tum demum remedia proferemus, quae sobrietatè possunt, ut veram animi temulenti sanitatem, conciliare.

Quid restat? Erunt quidam, qui sanari nolent, Temulentiam vsu inolitam euitare recusabunt, fucos obtendent, & praetextus varios, ut culpam à se omnem remoueant. quocirca, & eorum futilitatem refellenda; quod extrema huius libri parte praestitum.

Hac habe, lector beneuole, Perioches loco.

CAPVT I.

Laus sobrietatis.

NVNC vt à linea, quod aiunt, incipiamus
vela ventis permittendo, omnem ruden-
tem monebimus, ad eum quo tendimus,
portum appellendi, Temulentia inquam,
exterminationem, ruinam, interitum, ac sobrietatis
laudatissimæ victoriam, palmam, triumphum.

At potentissimus est hostis temulentia, infinitum
contra nos affeclarum exercitum, in aciem produ-
cet. Quid nos? Imperatricem nostram sobrietatem,
tūm sacrarum literarum, ac sanctorum Patrū, tūm
omnium penè prophanorum auctorum præsidio
fulciemus, idque modicè ac succinctè, ne multitudo
confusionem potius gignens, quàm opem afferens,
ordinem perturbet. Prima in hostem irruptio non
immeritò commissa sapienti Ecclesiastico; *Quam Eccl. 19.*
sufficiens, inquit ipse, est homini erudito vinum exigu-
um; & in dormiendo non laborabis ab illo, & non sen-
ties dolorem. Item: *Sanitas est animæ & corpori, sobrius Eccl. 31.*
potus; vinum multum potatum, irritationem & iram,
& ruinas multas facit. Amplius: *Noli audius esse in Eccl. 27.*
omni epulatione, & non te effundas super omnem escam.
In multis enim escis erit infirmitas, & auuiditas prope-
rabit ad choleram. Sublequitur S. Paulus: *Bonum Rom. 14.*
est nō manducare carnem, & non bibere vinum. At hoc
nimium est vehemens, nimis acre, nimis durum.
Moderationem vis? En cape; qui vini vsum inte-
grè noles eiurare. *Modico vino vttere, propter stoma-*
chum tuum, & frequentes infirmitates tuas. Vinum
ergò concessum, vti volentibus, sed modicum. *Pulchrum*
dicum, inquam, nec nimis parum, nec nimis mul-
simile de
tum.

vini usu
tūm in ex-
cessu tūm
defectu
peccante.

2. Ethic. ad
Nicomach.
S. Patres
commen-
dant so-
brietatem
pleno ore:
Lib. ad sa-
cras vir-
gines.

tum. Nam sicut imbres nimium densi, copiosi, atque diuturni, plurimum obsunt; & nimis minutula, breuissimaque pluuia, parū certē, aut nihil prodest: Ita & vinum, pro debiliū aut robustarū complexionū varietate, vel excessu, vel defectu intemperatum. *Medium*, Aristotele iudice, in omnibus laudabile ac tenendum, & nunquam nō tutissimum. Id quod in vini potu, si vlla alia in re, præcipuē laudant sancti patres. Primum S. Augustinus: *Sobrietas est mentis & sensus, membrorum omnium, corporisque tutela; castitatis pudicitiaque munimentum; pudori proxima; amicitia pacisque serua, honestati que semper coniuncta; criminum atque vitiorum omnium profuga.* Ibidem post pauca: *Sobrietas est recti iudicii tenax, memoria; recordationisque inseparabilis sapientia, secretorum custos, arcani velamen, lectionum & doctrinae capax, studiorum & artium bonarum, disciplina pariter & magistra, ingeniorum & capiendorum pedisequa, bonæ famæ semper auida, salubria atque vtilia creans, virtutis singulare auxilium, cuncta cum ratione disponens, in congregatione honestorum se semper ingerens.*

Quid vterius ad huius virtutis commendationem adiicere potuisset? Nec finis tamen. Ingenti bonorum aceruo, plura superaddit: *Sobrietas temeritatem fugat, pericula cuncta declinat; mutuis officiis obtemperat, superbiam detestatur, domum familiamque cum moderatione gubernat, fidem sibi committentibus seruat.* Ibidem. *Sobrietatis perseverantia inestimabilis est, animi fortitudo, omnes eam virtutes & omnes laudum tituli concupiscunt, quia sine ipsa ornari, aut placere non possunt.* Concludit quasi omnia, quæ huc vsque S. Augustinus, vno verbo Origenes:

Sobrietate

Sobrietas omnium virtutum mater est: sic è contrario Ebrietas omnium vitiorum origo. Nec minoris eam facit Prosper: sobrietas facit abstinentem, parcum, moderatum, pudicum, tacitum, & verecundum. Hæc virtus si in animo habitat libidines franat, affectui temperat, desideria sancta multiplicat, vitiosa castigat, omnia in nos confusa ordinat, cogitationes prauas remouet, scientias inserit, ignem libidinosa voluptatis extinguit, mentem tacita tranquillitate componit, & totam semper ab omni tempestate vitiorum defendit.

Homi. 2. in
Genes.
Lib. de vi-
ta contem-
platiua.

Ergò vix boni aliquid quod sobrietati non affine? Video, & credo. Præter dicta, conuincor auctoritate præstantissimi Doctoris Philonis Iudæi:

Sobrietas non solum animabus, sed etiam corporibus omnium confessione vtilissima est. Nam & infirmitates ardet, è nimia repletione nasci solitas, & sensus mirifice acuit, nec sinit corpora plus iusto grauata corrui, sed attollit ea simul & subleuat, reuocans ad officia propria, omnibus eorum partibus oportunissima. In summa quantorum malorum est auclrix Ebrietas: tantorum è diuerso bonorum Sobrietas. Ergò quandoquidem etiam corporibus quibus peculiariter vini potus prodest, amica est Sobrietas, nonne multò magis animabus, à quibus omne mortale alimentum alienum est? Quid enim sobria mente præstantius est apud homines? Quæ gloria? quæ diuitia? quod robur? quæ potentia? Denique quid aliud ex his quæ mirantur homines? Adsit modo animo oculus, qui collustrare omnia valeat, nulla sui parte suffusus humoribus aut nictatione impeditus. Hæc ille non minus grauiter,

In cap. 15.
bri super
illa verba:
Resipuit
Noë à vi-
no.

*Lib. de Ca-
in & Abel.*

quàm verè. Confirmantur hæc eadem à sancto Ambrosio sic loquente : Plurimos gula sua occidit, nullum frugalitas : Innumeris vina nocuerunt, nulli parsimonia, nulli sobrietas. Nec abludit ist-

*Serm. 1. de
Aduentu.*

hinc sanctus Leo Papa : *Quotidiano enim, dilectissimi mi experimento probatur, iniquis, potus satietate aciem mentis obtundit : Ciborum nimietate vigorem cordis hebetari ; Ita vt delectatio edendi, etiam corporum sit contraria saluti ; nisi ratio sobrietatis obsistat illecebræ, & quod futurum est oneri, subtrahat voluptati.*

*Lib. 30. in
Iob. 27.*

Quid ergò? quod consilium ineundum? A Diuo Gregorio suppeditatum. *Ea itaque sumenda sunt,*

In Psal. 69

que naturæ necessitas querit, & non que bibendi libido suggerit. Exclamem ergò non illubenter cum Calsiano: Osobrietas scilicet, satietas salutaris, que quâto copiosius sumitur, tantò magis sobrietatem mentibus donare dignatur.

*Prophani
authores
sobrietatē
extollunt.*

Hic si prophanos authores omnes adduxerim, quorum monumenta passim scatent sobrietatis e-logis, quis tandem aut quando finis? Nostra itaque nobis breuitas cordi esto.

*Lib. 2. Sa-
turnal.*

Ac primùm occurrunt aurea illa, & à virili animo in virtutis studium, profecta Macrobii verba : *Congrediendum est nobis, inquit, tanquam in acie quadam, cum voluptuariis rebus, cumque ista vini licentia, cominus decernendum, vt aduersus eas non fuga, nec absentia simus tuti, sed vigore animi, & constanti presentia, moderatoque vsu, sobrietate continentiaque tueamur.*

*Epist. li. 12.
Ep. 84 ad
Lucil.*

Nam vt Seneca : *Sobrietas voluptatibus imperat, alias odit atque abigit, alias dispen-sat, & ad sanum modum dirigit, nec vnquam ad illas propter ipsas venit. Scit optimum esse modum cupitorum non quantum velis, sed quantum debeas sumere.*

Pœni-

Poeniteret utique incomparabilia Iamblichi veterum Graecorum sapientissimi encomia, quibus sobrietatem nostram ad caelum usque extollit, hic omis-
 sisse: σωφροσύνη ἐστὶν ἀνδρείας σίλη, ἀσελγείας δὲ πέλυξ, φθάρων ἠνίοχος, εὐνοίας δὲ ἐπίσκοπος, λογισμῶν περιτομή, ἀκολασίας δὲ ἐκτομή, φύσεως ἀντίφυγος καὶ πρῶσεως ἀντίθετος, ἐργωμῶν γὰρ καὶ ἐγκρατείας σωεργός, καρδίας καμπή τις, εὐχῆς γνώμη. Sobrietas, seu temperantia, est columna fortitudinis, galea contra lasciviam, oculorum auriga, benevolentiae custos, cogitationum circumcisio, luxuriae castratio, à natura desideriiis refugiens, efferuescenti animo contraria, operum & actionum praeses, continentiam promouet, cor fleclit, precibus & votis, rationem, ceu regulam adhibet.

Hic mihi dubium foret, an sobrietas in omnibus aliis virtutibus inueniretur, an verò omnes aliae virtutes in illa, ni Menandri dictum sapientissimū ambiguis cogitationum tricas euolueret. Quid ille?

γαμῶρ ἐστὶν ὀρετῆς σωφροσύνη.

Poenitentia virtutis est sobrietas.

Nec iniuria σωφροσύνη, Sobrietas aut Temperantia, ut quae sit σωπτική φρονήσεως, hoc est, prudentia, quae omnes alias virtutes moderatur & gubernat, seruat & incolumitas. Et magis propriè meo iudicio à Graecis Poëtis σωφροσύνη, illi enim σαῶσαι, pro communi verbo σῶσαι, hoc est, seruare, vsurpant, ut hinc virtus prudentiam, & in ea virtutes omnes conseruare perhibeatur.

Quod si hinc commemorare velim, quāti sit momenti sobrietas ad vitae diurnitatem, quantū sanitatis corporis valetudini conferat, quae tandem obsecro laudum finis, quis modus erit? Qua de re com-

In Epist. ad Aretenses de Temperantia,

Eximia sobrietatis laus.

Apud Stob. serm. 5. de Temperantia.

Graeca nomina, quibus appellata sobrietas.

Vitā prolongat sobrietas, & sanitati conducit.

*Lib. 2. ad-
uersus Iu-
uianum.*

*In libello
de compo-
sitionibus
& Coni-
uiis. Titulo
1. Exem-
plum prius.*

*Exempli
posterius.*

*3. Topico-
rum.*

pendiosè S. Hieronymus hisce verbis. *Legimus quos-
dam, morbo articulari, & podagra humoribus laboran-
tes, proscriptione bonorum, ad simplicem mensam, pau-
peres cibos, & aqua potum redactos, conualuisse. Quod
sanè ita esse, duobus memoria dignissimis exem-
plis, contestatur Ægidius Albertinus, ex Antonio
de Guevara. prius est. Quidam ob superabundantem
corporis repletionem, cibo potuq; immoderati-
ori contractam, ad Thermas proficisci, sanitatis
caussa, decreuerat. In via dum constitutus, capitur
à latronib⁹, ac vinc⁹us, haud magno temporis inter-
uallo, detinetur in obscuro quodam cubiculo, in
quo magnus fabarum aceruus recondebatur. Et
cum nil præter aquam illi suppeditaretur, ad fabas
iam penes se habitas, breuissimo temporis tractu,
hoc sobrietatis medio, sanissimus ac robustissimus
vegetiorq; quàm fortè per thermas, euasit. Alter-
rum. Hispanus quidam princeps capitalem inimicu-
cum manibus pedibusq; ex chiragra podagraq; clau-
dum diu insequens, tandem comprehensum, tetrico
inclusit carceri, in quo præter panè vnum, & aqua
haustu, ad victu ei nil suppeditari vltèrius, permittit.
Exactis hac Pythagorica tractatione duobus annis
spectandi gratia quomodo affectus esset, iussit, à car-
cerum squaloribus extractum adduci sibi. Contu-
ens ergo eum, hac sobria tractatione sanum ac va-
lentè, membrisq; omnibus vigentem & iuuenescen-
tem quasi, admiratus luculentam frugalitatis effi-
caciã, duplici tùm sanitatis, tum libertatis fa-
nore, benignissimè dimisit. En Cornu copigol-
mnis boni sobrietatem. Hec omnem sexum, etã-
tem omnem ornat, roborat, confirmat, omnibus
conducit, omnibus est vtilis iuuentuti tamen po-
tissimum. Iuxta illud saluberrimum Aristotelis*

con-

consilium. *Laudabilior est & magis necessaria tempe- Lib. 3.
rantia in iuuenibus, quàm in senibus: Nam iuuenes plus, Epist. 3.
quàm senes cupiditatibus tentantur. Vndè, preciosum
iuuentutis monile sobrietas, prudentissimè Seneca
dixit.*

CAPVT II.

Exemplum Sobrietatis Christi seruatoris.

Nobilissimæ virtutis huius luculentissimum
Exemplum, apporat salutis nostræ vindex,
humana carne indutus, nobiscum viuens, conuer-
sans, manducans, & bibens, *nobis per omnia similis ad Phil. 3:
habitu inuentus vt homo.*

Et primò se offert, diuturnum illud, quadraginta
dierum ieiunium, absq; omni cibo potuq; haud sine
grati carnis emaceratione transactum. *Nam cum ie- Matth. 4.
iunasset quadraginta diebus & noctibus, postea esuriit. Mira so-
Et vt homo erat, humanis necessitatibus, esuriei & brietas
Christi
seruatoris.*
fuit, nostro more subiectus, non dubiè fuit quoq;
Quam sitim non intemperata aliqua vini ingurgi-
tatione se lauit, sed aquatili Lympha, sibi ab Angelis,
vt S. Patres credunt, ministrata. *Tunc reliquit eum Ibidem.
diabolus & S. Angeli accesserunt & ministrabant ei,*
Cibum simplicem, ac potum, toti hominum generi
communem, ac facillè vbiuis locorum, in deserto
etiam, parabilem, *Aquam.*

Insequenti dein tempore, cum è Iudæa in Gali- *Ioan. 4.*
lazam peregrè proficiscens, iter faceret per Sama-
riam, propè ciuitatem Sichar discipulis intrò
pro coëmendo pane destinatis, ipse itineris labo-
re confectus, lassatus, ac sitibundus, à muliercula
Sama-

Samaritana, non vinum, non ficeram petiit, sed haustulum aquæ, è puteo, quo emaceratum ac languidum corpusculum refocillaret. Qui Dominus erat & heres constitutus vniuersorum per quem fecit Deus & secula, & omnes creaturas, cœli terræq; ambus complexas, est architectatus; qui vinum quoq; ipsum produxit, eius potu, nec ad summam necessitatem vti voluit. Et tu illud tam perditè, tam profligatè, tam impudenter atq; impotenter, ad explendam temulentam libidinem tuam, ad luxum, ad ebrietatem vsurpabis? Tu illo te, quod nec à bestiis admitti potuit, tu inquam vino te, vsq; ad amentiam, ingurgitabis? Tu eximiam illam creaturam, ad lætificandum cor hominis terra productam, perdes, dissipabis, atq; ita contaminabis? proh pudor, proh scelus. Ille qui sola sua prouidentia, pascit Angelos, nutrit volucres cœli & pisces maris; qui dat escam omni carni, in tempore oportuno, qui tanquam fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, qui fontem suppeditat aquæ salientis in vitam æternam, famem pro te patitur ac sitim, & cum naturæ necessitati parendum, eam aquæ potu restinguit. Tu vino putridum virem tuum, vsq; ad summum infercies? Tu dies noctesq; epulaberis, genio indulgebis, pergræaberis? Si quod ipse gessit, id exemplum tibi dedit, ac normam, iuxta quam dirigas vitam tuam, quin tantùm longo interuallo sobrietatem eius ante oculos tuos prætermittis? Quo titulo gloriabere, te esse seruuum Christi? *Qui mihi ministrat* inquit ipse, *me sequatur*, Meis insistat vestigiis. Tu quomodo id facis? Esuriit ille ac sitiit: tu vitam omnem crapulæ & ebrietati transmittis? Quam famem, quam sitim pro te tolerauit, sitim pro te exantlauit, Temperantiam ad bonum tuum coluit, vt sicut ipse fecit & tu facias

Heb. 1.

Psalm. 82.

Ioan. 4.

Ioan. 12.

facias, vt in hoc omnes agnoscant te ex numero ef-
 se discipulorum eius & asseclarum. Non interdicto
 tibi vini potum, nec Christus vsquam interdixit. so-
 lum tibi eius abusum veto, quem & Christus vetat,

*Quomodo
 utendum
 vini potu.*

Attendite, inquit, ne grauentur corda vestra crapula Luc. 21.

& ebrietate. Attendite ait, animis vestris inprimite,

remnō parui sed maximi momenti esse iudicatote; Gal. 5.

Quoniam qui talia agunt regnum Dei non consequentur,

inquit S. Paulus, Magistri sententiam confirmans.

At graue est, aies, à vino abstinere. Non iubeo vt pe-
 nitus abstineas à vino; sed sobriè ac parcè bibas.

Quod si hæc ipsa quoque moderatio tibi grauis ac
 molesta esse videatur, pensa, *Regnum cælorum vini pa-* Matth. 11.

titur & violenti rapiunt illud. Memento fellis & acci-

ti, quod pro te Christus in cruce degustauit, vt tu-
 am deleret atq; expiaret, quam modum bibèdi mil-
 lies excedendo, contraxisti culpam. En, vinum tibi

*Mediocri-
 tas in vi-
 ni vsu.*

liberum facio, mediocritatem dūtaxat ne excedas,
 & si aliquando abstinendum fit, quod molestum te

habeat, reuoca in mentem illud Diui Bernardi piū-
 simum monitum. *Nullus cibus & potus tam amarus,* Ser. 15 ad

qui si recordatione aceti & fellis Christi temperetur, non soror.

illico dulcescat.

Ergò duplicem tibi ducem atq; Imperatorem ac
 duplex vexillū propono, Sobrietatis vnum, Intem-
 perantiæ alterum. Ille suo cum vexillo Christus est:

Iste malignus Cacodæmon est, vterque stipendium
 sub signo suo militantibus pollicetur, ac soluit. Chri-

Luc. 22.

sti promissio: *Ego dispono vobis vt disposuit mihi pa-*

ter, vt edatis & bibatis in regno meo. Dæmonis con-
 trā stipendiariorum solutio: *Ignis & sulphur; & spi-* Psal. 10.

ritus procellarum pars calicis eorum. Vtrum vis, elige
 Imperatorē ac dueem: Optionem ex mercede pon-

dera prius, quàm faxis, quàm alteri te submittas.

C A-

Exempla Sobrietatis è sacris deprompta scripturis.

IN hoc argumenti genere, vt huc spectantia breuitatis ergò quàm plurima omittamus, occurrit primùm, quod ad vini abstinētig, ac sobrietatis commendationem, Diuis patribus, Hieronymo & Ambrosio attestantibus; non parū valet iam inde à mundo condito, ad diluuij tempora, omnem vini vsum planè ignotum, & carnis esum prorsus interdictum extitisse. Illius tamen etatis homines rectissimè semper valuisse, corporis viribus, multò nobis robustiores, & formæ elegantia magis conspicuos, ac decupla vitæ diuturnitate superiores. Ex Deuteronomio quoq; constat, Israheliticum populum quadraginta annis in deserto *vinum & siceram non bibisse*, solo Manna & aquæ potu refectum. Aaroni porrò, ac reliquis sacerdotali ordini adscriptis Leuitis, præcepti necessitate indicitur, verbis hiscè, *vinum sobriè potandum, ac sacrificij tempore vitandum planè.* In Leuitico: *Vinum & omne quod inebriare potest, non bibetis, tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonij, ne moriamini: quia præceptum sempiternum est, in generationes vestras: Et vt habeatis scientiam inter sanctum & prophanum, inter pollutum & mundum. Doceatisq; filios Israhel omnia legitima mea que locutus sum illis, per manum Moysi.* Hic intende mentis aciem, ac neruos indaga, an hoc Dei præcepto, maiori ad sobrietatis dignitatem accessio fieri possit? Ecco tibi nec sacrificium Deus ratum vult acceptare, sobrietati non coniunctum, & ab ea. quodammodo sanctificatum, nec pro tribunali iudicia exerceri, nec sententiam vllam ferri, nec ambigua discerni: nec

Lib. 1. aduersus Iouinianū Epiſt. 82.

Gen. 1. 3. 9.

Deut. 29.

Leuit. 10.

Sobrietas ad omnia sacerdotalia munera requisita.

populum erudiri nisi ab abstemiis, nisi à sobriis. Cui sobrietatis legi, exinde non parum firmitudinis emanat, quod per Ezechielem Prophetam, à Domino renouatum quasi, ac denuò stabilitum fuerit, atque promulgatum. Nam sic ait: *Et vinum non bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius.* Consimili ratione Nazaræi, Domino peculiari cultu dicati ac deuoti, præcipuo sobrietatis voto, quasi vinculo, adstricti erant, hoc Dei mandato. *Locutusque est Dominus ad Moysen dicens, loquere ad filios Israhel & dices ad eos: Vir siue mulier cum fecerint votum, ut sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare, à vino omni quod inebriare potest abstinebunt. Acetum ex vino, & ex qualibet alia portione, & quicquid de vua exprimitur, non bibent: Vvas recentes siccasque non comedent, cunctis diebus, quibus ex voto Domino consecrantur; quicquid ex vinea esse potest, ab vua passa, vsque ad acinum non comedent. Quid? Cur vinum vobis adimitur Nazaræi? Cur acetum? Cur cereuisia? cur acinus? an quia mala? Certè. Vidit Deus omnia quæ fecerat, & erant valdè bona. An quia Deo exosa? Nec istud. Nam qui creaturæ in se bonæ, creator optimus infensus esse queat? An quia hominibus vinum inuidebat? Verum, humanæ utilitatis causa, vinum produxit. Cur ergo? Vt sobrietatis amorem, illis quàm commendatissimum redderet, qui suo se seruitio libera voluntate addixissent. præcellens iterum, ac noua sobrietatis commendatio, speciali obsequio Dei cultuique deditos, atque mancipatos, præcipuè sobrietatem iussos colere, atque ad terminum vsque sanctificationis, ab omni vini potu esse alienos.*

Nec

Ezech. 45.

Numeri. 6.

Gen. i.

Eccl. 2.

Nec hic prætereundum, illud diuinæ sapientiæ la-
men, Rex Salomon, qui ad vberiore[m] rerum omni-
um peritiã, ac prudentiam assequendam, sobrieta-
tis studium imprimis habendum, acutissimè dispo-
xit. Cogitavi in corde meo, inquit, abstrahere à vino ca-
nem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiã
deuitaremq; stultitiã, donec viderem quid esset, vni
filiis hominum, quod factu[m] opus est sub sole, numero die-
rum vitæ. Quo satis indicasse videtur, obicem sapi-
entiæ poni, ac nutriri stultitiã, nec, qd in hominum
vita vtile sit, satis peruideri posse, quantu[m] locunq; vi-
ni excessu deliqueris. Id ni foret, haud ita penitus
vino se abstrahere cogitasset. Spectatissimo tandem
sobrietatis exemplo nobis Rechabitæ prælucent. Hi
enim patris obsecuti monitis, crateres vino plenos
huius virtutis incensi studio, ne quidem vt pitillu-
rent, adigi potuere. Et posui, inquit Propheta, coram

Hier. 35.

filiis domus Rechabitæ, scyphos plenos vino, & cali-
ces. & dixi ad eos: bibite vinum. Qui responderunt,
bibemus vinum: quia Ionadab filius Rechab, pater nos-
ter, præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum, vos &
filij vestri, vsq; in sempiternum. Et post pauca. Obedi-
uimus ergo voci Ionadab filij Rechab patris nostri, in
omnibus quæ præcepit nobis, ita vt non biberemus vinum,
cunctis diebus nostris. Quid ipsis præmiu[m] tulit, ista vi-
ni sobrietas? Cum Dominus Deus Exercituum, ob
præfractam inobedientiam, atq; intoleranda flagi-
tia, toti populo Israelitico supremum excidium
interminatus esset, hoc exoptatum à Deo tulere
promissum, hoc desiderabile posteritatis accepere
folatium. Domui autem Rechabitæ dixit Hieremias:

Ibidem.

Hæc dicit Dominus Exercituum, Deus Israel; pro eo quod
obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis

omnia

omnia mandata eius, & fecistis vniuersa quae praecepit vobis, propterea haec dicit Dominus Exercituum Deus Israel. Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Recchab, stans in conspectu meo, cunctis diebus. Viden hic, quanto apud Deum loco sit eximia sobrietatis virtus? Quot eam, quantisque premiis, vt perennem illam iucunditatem fileamus, etiam in hac vita decorarit?

Cuius rei euidentis monumentum, trium puero- *Daniel. 1.*
rum Danielis, Misaëlis & Azarię nobis abstinentia locauit. Hi seruitio potentissimi Babyloniorum Regis deputati, ac Regia mensa opiparę pascendi, spretis exquisitissimis epulis, delicatissimorum vinorum variis generibus legumina & aquę potum, sobrietatis ardore inflammati, prætulerunt. Quid inde consecuti? Qua mercede remunerati? Formę venustate, cæteris multo elegantiores, prudentia circumspetiores, ac sapientia, omniumq; rerũ scientia subtiliores, omnium denique rerum cognitione, illius Regni Philosophis, Hariolis, Aruspicibus, euasere præstantiores. quinimo & Prophetiæ donum, & interpretatio somniorum, & abditissimorum mysteriorum lumen, eisdem collatum. Ipsum porrò Danielelem, de hac sua loquentem sobrietate audi.

Daniel. 10.
in diebus illis, ego Daniel lugebam triū hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum. Diuturnum, ne vix quidem nobis imitabile, exercitium sobrietatis: sed ei quid peperit emolumentum? Vt, qui visiones videret, cum Angelis loqueretur, & futura Prophetico spiritu prænosceret, idoneus efficeretur: Adeo sibi diuina bonitas complacet quasi, sobrietati addictum animum, cœlestibus donis exornando.

Ac ne prolixè vos hic morer ad alia festinantes,
L plus,

plusquam notissima est, Prodroimi Christi ac Baptistæ Ioannis sobrietas. Quid is? vinum & ficeram non bibit, locustas & mel siluestre comedit, solo contentus aquæ potu. De quo Paulus Diaconus in Ecclesiæ hymno:

*Antra deserti teneris sub annis,
Ciuum turmas fugiens, petisti,
Ne leui saltem maculare vitam
Famine posses.*

*Præbuit hirtum tegumen Camelus,
Artubus sacris strophium bidentes,
Cui latex haustum, sociata pastum
Mella locustis.*

Quid hac abstinentia sibi demeruit? ut diuino seruatoris ore, palàm vberimè laudaretur, ut Agnum Dei digito demonstraret, ut omnibus hominibus filii præferretur. *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* Ut Baptista Saluatoris esse dignus haberetur, ut Dei patris de filio testimonium reddentis, vocem audiret, ut sanctum Spiritum, in columbæ specie descendètem, aspiceret, ut dignior omnibus aliis Prophetis iudicaretur.

Idem Paulus Diaconus in hymno Ecclesiæ.

*Ceteri tantùm cecinere vatum,
Corde præfago, iubar affuturum:
Tu quidem mundi scelus auferentem,
Indice prodis.*

*Non fuit vasti spatium per orbis,
Sanctior quisquam genitus Ioanne,
Qui nefas seculi meruit lauante
Tingere lymphis.*

Disce hinc temulente, disce ebriose, vini vorage insatiabilis, pertusum dolium, abdomen inexplabile, vile ventris mancipium, disce sobrietatis honestatem

statem ac pulchritudinem summa tūm laude, tūm
 prēmio apud Deum & homines coniunctam. In-
 duc potius animum, inter eos esse, quos laudat
 Poëta:

Oderunt peccare boni virtutis amore.

quàm ex eorum serie, quos taxat,

Oderunt peccare mali formidine pœn.e.

hoc abiecti: at illud ingenui ac generosi est animi ar-
 gumentum.

CAPVT IV.

*Exempla sobrietatis pauca quedam, petita è san-
 ctorum historiis.*

Illud potissimùm à te, (lector beneuole) sciri
 peruelim, non esse hic instituti nostri, omnia so-
 brietatis exempla, quibus historiae sanctorū pas-
 sim scatent, huc transcribere. Nā infinita res ea mo-
 lis, ingens quoq; & immensum quodammodo vo-
 lumen postularet. Id consentaneum vero esse, ex in-
 de tibi colligendum permitto, quia nullus vnquam
 hominum, absq; sobrietatis studio, vel minimū san-
 ctitatis gradum attigisse legitur; quin etiam tam id
 factu est impossibile, quàm sine sole diem constitui-
 se. Quocirca nos breuitati operam nauantes, quæ-
 dam cognitu digniora commemorabimus exem-
 pla, innumeras propemodū Myriades industriæ tug
 disquirendas, consultò ac data opera relinquentes.

In hac sanctorum serie, quos sobrietatis præ-
 cipuo splendore constat ex aliis emicuisse, (vt D.
 Paulū hic prætereā, & Apostolorum Principem Pe-
 trum) eximia sanctitatis Apostolo Iacobo, qui fra-
 ter Domini cognominatus fuit, primas omnium cal-
 culo deberi, nemo inficias ibit. Is enim Eusebio

*Lib. 2. hist.
 Ecclesiasti-
 cae, cap. 23.*

L 2 aut

aut fieram vnquam degustauit. Qua ex re tantam sibi sanctitatis famam comparasse dicitur, etiam apud infideles Iudeos, vt quidam sibi persuaderi permiserint, ob eius iniustam cædem, vrbi Hierosolymitanæ euerfionem esse consecutam.

In eius vita, cap. 22.

De beato patre atque Ecclesiæ Doctore D. Augustino, sic scribit Possidonius: *Vsus est frugali mensa & sobria; quæ quidem inter olera & legumina, etiam carnes aliquando, propter hospites, & quosque infirmiores, continebat. semper autem vinum habebat, quod tamen moderatissime bibebat, quia nouerat, & docebat, vt Apostolus dicit, quod omnis creatura Dei bona sit, & nihil abiiciendū, quod cum gratiarum actione percipitur.* hæc Possidonius. Non minorem in huius virtutis palæstra sanctus Hieronymus laudè tulit, et enim declarans, quanto animi zelo ac feruore, carnis tentationibus obluendo depugnauerit, inter alia multa his vtitur verbis: *De cibis & potibus, quibus tum temporis victitabam, taceo: cum etiam conuoluentes Monachi, aqua frigida vtantur, & coctum aliquid accepisse, luxuria sit.* Ibidem vt & alibi scribens, de exercitiis Monachorum Ægyptiorum, qui in commune habitant, & Cœnobitæ dicuntur, hæc & similia verba subnectit: *Viuitur pane, leguminibus & oleribus; quæ sale solo condiuntur. Vinum, tantum sennes accipiunt; quibus & paruulis sæpè sit prandium, aliorum fessa sustentetur ætas, aliorum non frangatur incipiens.*

Epist. ad Eustoch. virgin. de custodia virginis.

Lib. 2. contra Iouinianum.

In vita 5. Pauli Eremitæ.

Notabile verò exemplum sobrietatis est, eodem Beato Hieronymo referente, Diuus Paulus Eremitarum Cœrophæus, qui plurima annorum spatia palma cibum præbente, & amictum, lymphæ uero potum, in Eremo transegit, Quod ne cuiquam

incre
Iesum
gelos
racen
nus pe
tulent
titi ser
singul
se vide
sbilia
gestimo
terris
mentu
uentu
vtriqu
cedent
do, sti

Ali
moral
ait, tar
lo pos
que po
animar
peclius
nus pos
non cal
conficia
dagabo
cogites.
um, &
tur, so

incredibile videatur, grauisimis verbis affirmat. *Iesum*, inquit S. Hieronymus, *testor*, ac *sanctos Angelos eius*, in ea *Eremiti* parte; qua iuxta *Syriam* *Saracenis* iungitur, *vidisse me Monachos*, de quibus *unus* per *triginta annos clausus*, *hordeaceo pane* & *lutulenta aqua* *vixit*. alter in *cisterna veteri* (quam *gentili sermone Syri Cabam* vocant) *quinque caricis* per *singulos dies sustentabatur*. *Hæc igitur incredibilia esse* videbuntur *his*, qui non *crediderint*: quia *omnia possibilia* sunt *credentibus*. *Ceterum Paulus ille à sexagesimo ætatis anno*, vsque ad *centesimum tertium*, *quoteris relictiis*, ad *cælum migravit*, *dimidiati panis fragmentum* *quotidiè*, *coruo alite deferente*, *accepit*. In *aduentu Antonii integer allatus*, *Deo donante*, *quantum vtrique satis esset*. *Qui cum comediissent*, *ad fontem accedentes*, *prono ore*, *manibus concauis*, *aquam hauriendo*, *sitim expulerunt*.

Aliud quoque, eiusdem generis, non minus memorabile refert, de *sancto Hilarione*: *Quindecim*, ait, *tantum Caricas*, post *solis occasum comedit*. Et paulo post. *Herbarum succo*, & *paucis caricis*, atque aqua *potu*, post *triduum* vel *quatrimum*, *deficientem animam sustentabat*. Nam *sibi quandoque iratus*, & *pectus pugnis verberans*, *quasi cogitationes cadem manu posset excludere*. *Ego*, inquit, *afelle*, *faciam*, *ut non calcitres*, *nec te hordeo alam*, *sed paleis*. *fame te conficiam* & *siti*; *gravi onerabo pondere*; *per æstus indagabo* & *frigora*, *ut cibum potius*, *quam lasciuiam cogites*. *Sanctum Antonium*, *Abbatem Ægypti*, & *Serapionem Arsenoitam*, *Palladius testatur*, *solo pane* & *aqua victitasse*. Et *priorem illum* cum

Hist. 51.

cum ad extremam peruenisset senectutem, consuetum victus rigorem ulterius tolerare non valentem, herbas & arborum poma, pani & aqua superaddidisse.

Surius To. 1. & Marul. lib. 4. c. 2. De Fulgentio Ruspensium Episcopo constat, nec agrum, ad vini potum, & carniū esum à quoquā allici potuisse, ne à sobrietatis vsu, cui semel assuetuerat, abduceretur.

Surius in eius vita Tom. 1. Marul. lib. 4. c. 2. Surius To. 4. in eius vita. S. Amandus apud sepulchrum D. Martini, quindecim annorum interuallo, hordeaceo pane solo, & aque potu, vitam diutissimè, magno omniū stupore tractavit, ac demū ob insignem sanctitatis opinionem, Vtricēsium Episcopus designatus, miraculorū gloria fulgēs, ad superos abiit. Germanus, Altisiodorēsium Episcopus, frugalissimo simplicissimoq; contentus victu, vini vsum è mensa penitus excluderat; præterquā solennioribus Ecclesiæ festis, quando aqua Cyatho, paucillum vini infundebat, vt mutato licet colore, nihil tamen præter aquæ saporem gustaret.

Palla. hist. 85. Euagrius presbyter, quadraginta annis in victum, solum panem, oleum, & aquam adhibuit.

Marcus Marulus lib. 4. c. 2. Timotheus. Eremita Thebaidis palmis & aqua vitam parcè alebat. Dorothei Abbatis Ægyptii quotidianæ lætitiæ erant, panis vnciæ duodecim, herbarum fasciculus, & aque vasculum. Maxentius Abbas Pictaviensis, solo hordeaceo pane & aqua contentus, vixit totius vitæ decursu.

Greg. Turon. de vita Patrum Gallie li. 7. Gregorius Lingoniensium Episcopus, panem hordeaceum in deliciis habebat, aliorū planè ciborum spretis cupediis. Et aquæ tantum immiscebat vini, vt amisso colore saporem tamen naturalè retineret.

Author eius, vite li. 1. c. 32. S. Otto Bambergensium Episcopus, Pomeranorū Apostolus, nunquā in Episcopatu ad facietatē bibit aut comedit. Vinum modicissimè ac parcissimè, si quādo vel ob exhaustos labores, vel senectutem ex-

tremā
aqua, a
terna
Episco
duobu
denari
fer igit
corpor
mè tar
cuiqua
nume
sobrie
ve in fi
lendum
Mar
ad cee
quoq;
vans i
Domi
Pau
mana,
cepit, l
luit, vi
De
nymu
desider
neq; s
sim, q
diuod
remat,
Nec
Kuneg
Imper
tre-

tema necessum erat, non tam bibebat, q̄ pitissabat, aqua, alias contentus, cuius illud insigne verbum æterna memoria dignū. Cū aliquando œconomus Episcopalis aule, Lucium piscē apposuisset, emptum duobus solidis. *Abst,* inquit, *vt miser Otto solus, tot denarios hodie absumat, & pauperes Christi egeant. Deferi igitur ad quendam egrotum. Ego enim adhuc firmo corpore, me hoc pane possum reficere.* Frugalitas, optime tam sancto viro conueniens. Vereor, ne tædium cuiquam adferam & fastidium, tanta exemplorum numerositate. Ergo finiam, vbi vnum vel alterum sobrietatis fœminarum attulero. Neq; .n. sexus is, vt infirmior, ita si virtute polleat, illustrior, extolendus magis, laude sua frustrandus est.

Martha virgo, Christi hospitio insignis, post eius ad cœlos abitū, carnē nullam comedit, à lacticiis quoq; & vino perpetuè abhoruit, quotidianum seruans ieiunium, donec rursus suauissima hospitis ac Domini præsentia, satiari sibi liceret.

Paula illa nobilissima pientissimaque vidua Romana, referente S. Hieronymo: *Vix oleum in cibo accepit, lacticia, mel & alia palato suauia, gustare non licuit, vinum ne infirma quidem.*

De Asella virgine adhuc viuente, idem S. Hieronymus scribit in hæc verba: *Et cū eam non descendi desiderium, sed humana conditio ad cibum traheret, pane & sale, & aqua frigida, concitabat magis esuriem, ac sumis, quàm restinguebat.* Et ibidem post aliqua: *Hæc à duodecimo ætatis anno, proprio sudore elegit, arripuit, tenuit, impleuit.*

Nec tua hic mihi singularis sobrietas, ô sancta Kunegundis, q̄ vnà cum sanctissimo consorte tuo Imperatore Henrico, vnanimi cōsensu volūtatis,

NB. *Admirabilis Diui Ottonis frugalitas.*

Marcus Marulus lib. 4. ca. 2. ex Iacobo de Vorag.

In eius Epithaph: ad Eustociam filiam.

Epist. ad Marcel. de laudibus Asellæ virg.

Nonnosus Monachus S. Michaelis in

*historia de
rebus ge-
stis SS.
Heinrici
& Kune-
gundis.*

perpetuò coluistis, indicta fletur. Hoc enim de vi-
troq; constat, omnem cibi, & potus luxum, vos ita
exhoruisse, vt vix vinum, nisi perrarò ac parcissu-
mè, ad refectiões vestras admitteretis. Nec dubi-
um, diuina gratia adminiculante, sobrietatem eam,
vos toto mundo spectabiles, atq; admirandos effe-
cisse, vt nec licitis quidem matrimonij voluptati-
bus, vnquam vsi, perpetuam in coniugali thoro, fati-
tam tectamq;, magno miraculo, seruaretis virgini-
tatem. Subsistendum hic nobis, & claudendi exem-
plorum, nullo defectu excurrentes, riui, ne facie-
tate nimia, lectoris animum fatigemus potius, quam
recreemus. Qui plura vult, historicos adito, vbini-
plura inuenies.

CAPVT V.

*Alia quaedam, plurimùm è prophanis Authoribus
excerpta.*

Sobrietatis Exempla.

HÆc in magna quoq; copia possent in medium
adduci; sed ad quid? Noui, amore breuitatis,
non nisi pauca & breuiter quasi vno intuitu à te le-
ctor desiderari. Ergo quod placet lubens faxo.

*L. aduer-
sus Ioui-
nianum*

*Legimus quosdam (inquit S. Hieronymus) morbo
articulari & podagræ humoribus laborantes, ad
quæ potum & simplicem mensam redactos, conualuisse.
Eodem libro pluribus & rationibus & Exemplis
frugalitatem ac sobrietatem commendat. Ipsum,
qui vult, requisitum perlegito.*

*Noctium
Atticarū,
lib. II. c. 14.*

De Romuli primū Romanorum Regis sobrieta-
te, sic scriptum reliquit Aulus Gellius. *Simplicissima
suauitate rei, & orationis, Lucius Piso vsus est in primo
annali,*

anali, cum de Romuli Regis vita scriberet. Ea verba
que scripsit hæc sunt. Eundem Romulum dicunt ad cœ-
nam vocatum, ibi non multum bibisse, quia postridie ne-
gotium haberet: ei dicunt. Romule. Si istud omnes homi-
nes faciant, vinum vilius erit. Is respondet. Imo verò ca-
rum, si quantum quisq; volet bibat, nam ego bibi quan-
tum volui.

Iulius Cæsar Suetonio affirmante, summus exti-
ti Sobrietatis cultor: Ita vt Marcus Cato de ipso di-
xerit. Ad euertendam Rempublicam sobriū accersisse.
Qua virtute, magnam in omnium animis admira-
tionem sibi concitasset, ni eam ciuiliū dissidiorum
libe contaminasset. Epaminondas cum legati veni-
rent, apportantes munera, animo corrumpendi; ad
prandium eos venire iussit prius, vt in eodem caus-
sam indicarent aduentus. Apposita est igitur mensa
vilis, bibebantq; vinum acidum. Subridens igitur
Epaminondas, ad legatos ait: Abite & Domino ve-
stro narrate; quibus me contentum, non facile suis mune-
ribus ad proditionem alliciet. Haud inconueniens
tam strenuo duci Sobrietas.

Xenocrates si quando ex integro vini cado bibe-
re cœpisset, in vappam conuertebatur, antequam
consumeretur, adeo parcè ac sobrie utebatur vino,
sepè & obsonia pridiaa, fenestris eiecit. Hinc natum
est proverbium *Xenocratis caseolus*, de rebus diu du-
rantibus, quæ non facile absumantur. Ifæus Sophista
Alyrius, cum primam ætatem dicasset voluptati-
bus, simul vt ad virilem peruenit ætatem, velut alius
illic factus, miram morum induit seueritatem. Ita-
que percunctanti cuida: Quod vinum palato saperet
maxime? Quisue piscis aut quæ auis esset iucundissima?
ταυτα ταυτα ταυτα, inquit, ista curare desij-

In eius
vita.

Stobæus
Serm. 1.
de pru-
dentia.

Idem
serm. 17. de
conuen-
tia.

Erasm.
Apoph-
theg. lib. 8.

& adiecit *εὐνήκα γὰρ τὰς τρωτάλας κήπευε* *χρὺν γὰρ*
hoc est, *sensi enim me ex Tantalii hortis fructus colligere.*
Subindicans omnes huiusmodi voluptates ex im-
modico potu ac cibo perceptas, nihil aliud esse,
quàm umbras & somnia, qualia de Tantalio fabulan-
tur poëta. *Alianus de varia histo. Saleuci Locrensis,*
Lib. 4. c. 3. cum alia multe leges extant, tum illa non in postremis ha-
benda: *Si quis Locrensiū Epi Zephyriorum agrotans,*
vinum intemperatè bibisset, nisi iubente medico, etiā
ad pristinam valetudinem redisset, mortis ei supplicium
erat constitutum, quoniam non iussus biberat.

De Catone Censorino sic scribit Valerius Maxi-
mus. *Age si quis hoc seculo vir Illustris, pellibus hœditur*
utatur, pro stragulis, tribusq; seruis comitatus, Hispani-
am regat; & quingentorum assium sumptum, trans mari-
nam provinciam petat; eodem cibo, eodem vino, quo nati-
ta, uti contentus sit, Nonnè mirabilis existimetur? Atque
ista patientissimè Cato superavit, quia illum grata frugi-
litatis consuetudo, in hoc genere vitæ cum summa doli-
tudine continebat. Rarū hoc, in principe præsertim, ve-
re sobrietatis Exemplum. Idem adhuc adolescens cum

Frontinus stipendia faceret in castris semper aqua usus est: sed cum
lib. 4. cap. 3. fortasse vel aestu, vel siti nimia laboraret, ad eam sedan-
Plinius dā, aceti haustu utebatur: vel si quando vires pristinas
li. 14. ca. 13. desiderasset, loco iusculi, non nihil vini delibare cōsueverat.
Gal. lib. 13, Zeno Zitiæus, crudis duntaxat vescebatur, & palliū
c. 18. Et Plu tarchus in tenuē ferebat; aquam bibebat, loco vini, ut discipu-
rarchus in los suo exemplo ad temperantiam inuitaret; Hinc
eius vita. exiit in proverbium, *Zenone temperantior.*
Alian. l. 3. Cyrus senior cū ad hospitē diuertisset, rogaretur-
de varia q; *Quid sibi cœnæ vellet apponi? Respōdit panē tantu-*
historia, tum; & sperare se, propè fluentē aque riuulū cœnaru-
Xenophon rum. hic suos monere solebat, ut aquam bibere con-
in Cyrop. suesce-
Author
Theatri
vita hum.

neferent, & fierent hydropotæ, quod vinum omnibus bonis rebus aduersaretur.

Temperans adeo fuit in victu Galenus Medicus Pergamenus, postquam certam tuendam sanitatis rationem animaduertit ut parcissimo vino utens, nunquam potestea tota vita egroraret, ex cibi vel potus intemperie.

Dicgarchus Messeni, qui fuit discipulus Aristotelis, in li. de Alceo, veteres paruis vsos fuisse poculis scribit aquosumque bibisse, veritos ne bibendi modum excederent.

Indi, Strabone authore, vinum non nisi in sacrificiis bibunt. Potum ex oriza conficiunt sicut ex hordeo. Cibus magna ex parte, oriza forbilis est, & aqua haustus. Aegyptiorum Reges, Diodorus ait, cibo vescuntur simplici, ut quomense nihil praeter vitulum & anserem, inferretur, vini potandi certa statuta erat mensura, qua neque farciri venter, neque inebriari posset, deque ipsorum vita ea tenebatur modesta ut non a legis latore, sed a peritissimo medico, ad seruandam sanitatem, composita videretur.

Bartolus Iureconsultus, ac legum interpres famosissimus, ut intellectus acumen foueret, ad potum dicitur bibisse ac comedisse. Anno gratis sexto praeter quadragesimum obiit, cum tot celebres ediderit lecturas, ut verisimile sit, illum plus olei, quam vini consumpsisse.

Io. Iouianus Pontanus vir egregie doctus, ac facundissimus, vno solo ferculo contentus erat, ac vinum valde modicum, idque bene dilutum bibebat. Rogatus causam. Abstineo cibo & vino, inquit, ut a me medici.

Exemplis hisce nemo de me queratur, vini potum omnem reprehensum, accusatum, damnatum, aut cuiquam vetitum, quoniam immo laudatum, defensum, commendatum, si sobrietatis limites non excedat. Non enim rei cuiusquam usus, sed modicritate auream transiens, ac vitium inducens abusus est exterminandus, iuxta illud Phocylidis

μέτρον ἄριστον ὑπερβάσκει δ' ἀλεεινή.

ἄριστον μέτρον ἄριστον ὑπερβάσκει δ' ἀλεεινή.

ἄριστον μέτρον ἄριστον ὑπερβάσκει δ' ἀλεεινή.

ἄριστον μέτρον ἄριστον ὑπερβάσκει δ' ἀλεεινή.

ἄριστον μέτρον ἄριστον ὑπερβάσκει δ' ἀλεεινή.

lib. 5. Tit. Abstinentia ciborum

Ethica. Ex Gundone Bivuric.

Lycost. in Theatro vita hum.

vol. 1. l. 5.

Tit. Abstinentia a vino.

Athenaeus l. 11. cap. 1.

Sira. l. 15.

Diodor. l. 1. cap. 6.

Fichardus in eius vita.

Agidius Corozet. de dietis & factis memorabilibus.

Stob. ser. 5.

Mode.

Moderatè cibum potumq; sumas ac loquaris;
Modus omnium optimus. Excessus autem vitandus est.

CAPVT VI.

*Omnes circumstantiæ adiacentes Temulentia
dissuadent eam.*

Contrariis huc vsque sobrietatis Exemplis, opugnata temulentia, nunc ipsa quoq;, suomet se fodiet iugulabitq; gladio. Nam si eæ, quas iunctas lateri comites habet, accurratè pensentur circumstantiæ, vix quisquam, nisi vanissimus existimationis contemptor, ac famæ prodigus, eius infamia se notabit.

Persona.

Si tuam primò *Personam* contempleris, ô temulente. Quis es? ad quid creatus? Cur corpore, cur animo, cur internis, & externis à Deo, sensibus, mentisq; facultatibus nobilissimis, dotatus: vt Deo seruias. Ergo Dei, non Liberi patris, non Bacchi seruus. Quis tam Cæcus, id qui non videat? Quis tam proteruus id qui neget? Tu itaque vinolente Dei seruus es, non vini ac ventris mancipium. Quo circa

*Serm. 232.
de tempore
qui est
2. de Ebri-
tate.*

D. Augustinum audi, debitæ huius seruitutis commonefacientem. *Velim tamen scire fratres Charissimi, cum Dominus quispiam habet plures seruos, si vel vnum ex illis velit fieri ebriosum? Sine dubio nullus tam malus qui hoc voluerit aliquando, aut velit. Et qua fronte, qua conscientia, qui seruum non vult habere ebriosum, ipse vult ebrius fieri? Ecce de donis Dei tu habes seruum, qualiter vis vt seruiat tibi seruus tuus: taliter tu seruire Deo tuo habes. Hæc Augustinus. Ergo Dei seruitio natus es, non Bacchi: Nec vtrique simul, sed illi soli. Nemo potest Dominis seruire duobus. Inquit Poëta quidam facer.*

Ref. 1.

Si ip-

Si ipsam rem in qua versatur Ebrietas, hoc est superfluum potum spectes, cum Seneca te interrogo, *Quæ est gloria capere multum? Cum enim penes te pal-* Lib. 12.
ma fuerit, & superstes toti conuiuio extiteris, cum o- Epist. 34.
mnès viceris virtute Magnifica, & nemo vini tantum, ad Lucil.
tu, capax fuerit, vincèris à Dolio quod te plus capit.

Egregium, ô temulenti, Encomium; à Dolio solum vinci, capacitate vini. Quid si te moderatione cibi & potus à bestiis quoque victum ostendam? Faxo, te licet forsan inuito. *Leones*, ait Plinius, *alternis diebus* L. 3. c. 16.
potum, alternis cibum capiunt, ac frequentant; cui Solinus quoque se testem adiungit. *Si concoctio* Solinus de
non est insecta, solita cibationi superponunt vacantem Africa.
à passu diem. Et tu præcedenti necdum digesta crapa-

pula, nouam subindè priori superingeris? Equus, bos, asinus, cum ad saturitatem biberint, compelluntur fistibus, ad bibendum vterius non propelluntur. Tu hosce satietatis cancellos transgredieris? Proh pudor, edendi ac bibendi temperantia, vinci hominem à bruto animali.

Si loci circumstantiam excutias, agè refer vbi es? quo in loco versaris? Ad quid te Deus huc deputauit? Cur te in hunc mundum destinauit? Annon ex amoenissimis Paradisi delitiis, Adamum & totum genus humanum, ad peccati pœnam in hanc miseriarum vallem, in carcerem quasi coniecit? Annon ipsa caro tibi carceris loco? *Desiderium habeo dissol-* Philipp. 1.
uere hoc carcere anhelabat D. Paulus, & esse cum Christo. Si carcer est hic mundus hæc vita, cur in aulam vertis, & potatoriam tabernam, bibendo, potitando, inebriando? Voluit Deus, hoc te in mundo aliquantisper incarceratum, pro eius gloria, pro tua salute, pati aliquid, vt exinde breui, ad æternas celestis aulae delicias, promeritus, extolli posses. Si tu
isthis

Locus.

Philipp. 1.

Pſalm. 125.

isthic aulam tuam quodammodo constituis; si hic voluptatum illecebras consecraris, & vino sic abuteris, quasi ad id à Deo creatus, atq; in mundum positus, certus esto te ex hac aula breui eiectum, æternisq; inferorum vinculis mancipatum iri. Iustissima Dei ordinatio & lex est, vt qui in hac vita carnis mole quasi Ergastulo clausus, in lachrymis seminat, decedens hinc, extollatur in cœlesti regno, atq; in exultatione metat, non amplius experturus vincula & mœrores: è conuerso qui sibi ex hac vita voluptatum officinam fingit, isthinc ad nouam æternarum flammaram captiuitatem digrediatur. Ergo temulente, optio tibi libera est, aut hic breuem experiri oportet carcerem, aut enormes vitandæ vini delicia atq; exorbitantes voluptates, aut cruciatus æterni in gehennæ incendiis, perpetiendi.

Tempus.

Et tempus ipsum in quo es dum viuis, dum bibis, cur à Deo tibi concessum? An vt salutem tuam opereris? An vt vino inebrieris? hoc nõ reperio iustum. Illud admodum serio tibi demandatum. *Quodcumque*

Eccles. 9.

que facere potest manus tua, instanter operare. Cur instanter? Cur properanter? Quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos quò tu properas. Quæ ergo te, salutis tuæ inuasit obliuio, vt aliud nil cogites, nil cupias, nil in votis habeas, quàm

Esaie. 22.

quod illi apud Prophetam, qui dicebant. Gaudium & latitia, comedere carnes, & bibere vinum. At in te &

Iohel. 1.

Iohel. Ululate qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam periit ab ore vestro. Hoc tempus à Deo vobis datum, tempus est non temulentia, sed pœnitentia; dignos ergo pœnitentia profer fructus, & nuncium temulentia remitte, ni minas illas, veluti nouacula in contem, incidere velis.

Acce

Accede propius ad corporis tui nobile membrū,
 inquam, quo temulentia incurritur. Quid turpi-
 us, quā ore uti, ad exonerandum illud, quod in-
 temperatissimē ingestsisti? Cuius de rei summa fæ-
 ditate sic S. Basilius. *Velut nauigia, quando fluctibus
 procellæ acceptis, grauantur, necessario commeatus va-
 cuatione, ac projectione vacuanda sunt: Sic Ebriis rerum,
 stomachum grauantium necessaria vacuatio, ex qua &
 vomitione, & deiectione frequenti, vix leuari possunt,
 tanto naufragis deteriores, quanto magis illi causantur
 res extrinsecus aduenientes, & mare.* Hæc S. Basilius.
 Quin te insuper Ludouici Granatensis verbis, hîc
 interrogem, committere non possum. *Quoties ore
 tuo sanctissimam Eucharistiæ hostiam recepisti? Noli er-
 go admittere, vt per eandem portam, per quam intrauit
 vita, mors ingrediatur, & nutrimentum fomentumq; a-
 lorum peccatorum. Adde ego: noli in causa esse, vt
 vbi Caro & Sanguis Christi tuam intrauit animam,
 inde prodeant porcorum Nectar & Ambrosia.*

Oratione
 de Ebric-
 tate &
 luxu.

L. 2. Ducus
 peccato-
 rum parte
 1. cap. 2.

Ad extremum eiusdem te Granatensis verbis
 compello. *Ponamus casum (inquit ille) edisti & bibi-
 sti anno superiore, & largius & lautius. Dic mihi quid ti-
 bi nunc ex ista voluptate superest? Certe nihil nisi remor-
 sue conscientie, qui forte cruciabit te in æternum. Omne
 quod ingestsisti præter modum & rationem, perdidisti,
 quod subtractum tibi, pauperibus distribuisti, optimè
 deposuisti, & quasi thesaurum in vsum tuum conseruasti,
 qui tibi in cælesti ciuitate restituetur. Quæ omnia &
 ceterius generis multo plura, quem ab hac illibe-
 rali bibendi consuetudine non auellant? Non mi-
 rarer ego si ebrietati magna ac diuturna volup-
 tas inesset, adeo nobis infixam, adeo familiarem,
 sed*

Ducus pec-
 cato, lib. 2.
 p. 2. cap. 8.

sed cum voluptas instar fumi quàm citissimè evanescat, graues post se dolores atque innumera tùm corporis, tùm animi mala relinquens, vt quid nobis non sumus præsentes? Cur vtilitati nostræ cautiùs non prouidemus? Arma fugis offensiua, præsertim intentata tibi. Magis Ebrietatem fuge quæ gladio plus ferit ac vulnerat.

CAPVT VII.

Rei familiaris decoctio, & pauperum defraudatio à temulentia absterrent.

Eccli. 19.

*Quo pacto
temulen-
tiam fa-
miliarem
exhauriat.*

*Panormit.
lib. 2.
de rebus
gestis Al-
phonfi,*

VErè dictum à Salomone. *Seruus Ebrius non locupletabitur.* Non enim magni sumptus faciendi solùm pro parando potu, quo iustam extramensuram, perditissimè abutuntur Ebriosi continuò: Verum quoq; si, quod plerumq; fit, inde diuersa morborum genera, vel membrorum mutilationes grauesue corporis offensæ deriuentur, in pharmaca, in Medicos, in Chirurgos, intolerabiles expensæ sunt erogandæ, nec rarò plus infumendum æris, pro crapula euacuanda ac depellenda, aut profanandis inde profectis nocementis, quàm pro vino, quod omnis origo perniciæ, coëmendo. Sit aliquis, vt multos passim est reperire, ingurgitationum assuetus exercitio, vix vlla quiete aut mora interiecta, tu rem eius familiarem augeas, dones ei liberaliter, munera largiari, creberrima ditescat; temulentiam verò nõ deserat, cotem alis; nõ euadet pinguior, breui ad eandem paupertatem ac fortunam inopem redactum, deiectumq; videbis. Probè id prudentissimus ille Aragonum Rex Alphonsus intellexit. Nam cum Eques quidã, vino præter omnem rationem deditus, ab eo sapius aut pensiones aliquas

quas, annuosue census, aut alia, satis importunè pe-
 cillit donaria, festiuissimè respondit ei: *Si pergerem
 in largiendo, citius ego pauper, quàm tu diues, euasurus
 essem*: Nam qui tibi donat, perforato dolio aquam
 infundit. Quamobrè huiusmodi patrimoniorum
 cribra, non rarò ad extremam inopiam retroce-
 dunt, atq; ad restim quod aiunt, rem omnem suam
 deducunt. Quare ab omnibus passim, omni com-
 passiois affectu exclusi, ludibrio habentur, meri-
 tissimoque exhibentur. Quod infamiæ dedecus, &
 Platonem cuidam iuueni Atheniensi exprobrasse
 legimus. Is generis nobilitate clarus, amplissimum à *Maximus,
 parentibus patrimonium, hæreditariò acceptum, serm. 18.*
 breui temporis spacio totum, helluando dilapida-
 uerat. Quem cùm Plato ante Pandochii fores, ciba-
 rium panem cum aqua bibentem, conspexisset, his-
 ce est allocutus: *Si tali moderatione in victu fuisses u-
 sus antea, non iam præ foribus, sed in palatio pransita-
 res.*

Magna quidè est hæc rei familiaris iactura: Multo *Temulen-*
 verò maior pauperibus illata iniuria; quando ad sa- *tia summa*
 tisfaciendum æstuantissimæ huic vini appetentiæ, *pauperes*
afficit in-
iuria.
Conuertitur in delitias temulentiamque potentum. Et
 quod illorum vsibus meritò seruire debuisset, absq; *Ducis pec-*
 illa Dei reuerentia perditur, prodigitur, inutiliter *ca. lib. p. 1.*
 ac luxuriosè dissipatur. Memento, inquit ibidem *ca. 8.*
 Granaten, quot pauperes in mundo sunt qui sese fe-
 lices existimant, si ventrem pane & aqua satiaue-
 rint, & intelliges, quàm liberaliter tecum egerit Do-
 minus, qui tibi plura largitus est, quàm illis. Non
 itaque fas est, vt conuertas liberalitatem Domini tuã
 in Gulæ & Ebrietatis instrumentum.

Hosce tales, Christi membrorum defraudatores,
 M gra-

Serm. 231.
qui est 1. de
Ebriet.

grauissima reprehensione excipit D. Augustinus: O infelicitas, exclamat, generis humani, quam multi inueniuntur, qui ebriosos & luxuriosos amplius, quam oportet, cogunt bibere, & ante ostium pauperibus petentibus, vel unum calicem dissimulant dare: Nec attendit, quia illud quod luxuriosis videntur ingerere, Christus in pauperibus deberet accipere, qui dixit: quod fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis. Sed qui tales sunt, quando alios nimio potu sepeliunt, pauperi eleemosynam petenti dicunt. Vade vade in ante, & dabit tibi Deus, quod aliud dicit, nisi vade ad illum hominem, qui habet Deum, quod daturus est Deus. Ac sic ore suo ipse confitetur, apud Deum non esse, quo inspirante, possit erogare pauperibus. Hæc Augustinus.

Quæ ergo tibi ad victum largitus est superflua Deus, non dedit, vt ita perditè per iugulum ea transicias, sed vt eo pauperum famem ac sitim subleues. id non facis? Furtum est, rapina est; iniuriarum summa est, olim graui supplicio expianda.

CAPVT VIII.

Detrimenta, quæ ex temulentia oriuntur, sobrietatis nos admonent.

VT absq; ambagibus rem ipsam aggrediamur & quàm miserabili spectaculo, Actionem suam Temulentum, proprii deuorent canes & mali perdant, quæ suamet sibi gignit ebrietate temulentus, ne modum excessisse videar, ita grauiter incipiendo temulentiam, ipse nihil meis decidam verbis, sed sanctorum Patrum, quæ maiori pondere tuum animum subeuntia permouebunt.

Ac primùm, quo pacto mentis statum, & rationis gubernacula turbet, conuellat, euertat S. Io. Chry.

est. eleganter ac prolixè condocet. Quemadmo-
 dum enim, inquit, vasta ac perpetua nubium densitas, ra-
 dios solis nunquam sinit, vim sui fulgoris ostendere: Ita
 vini, ac deliciarum evaporationes, cerebrum non secus, quàm
 seopulum nocte, illumq; crassa nube tegentes haud per-
 mittunt, liberè vsquàm se intendere, verum in perpetuis de-
 tinent tenebris, qui sic miserabiliter iacet affectus. Neque
 explicari potest omnino quanta intus tempestate iacte-
 tur. Velut enim sæpè cum inundatio vehementior facta
 fuerit, aquarum vis officinarum aditus occupauerit, tur-
 bati eos qui intus sunt, cernimus, discos & amphoras &
 spongas, & alia plurima ad exhauriendum aquam ex-
 cogitata, deferre, vti ne violatis fundamentis, atq; cōmo-
 tis, omnis posthac suppellex inutilis fiat: ita & anima ni-
 mio oppressa vino, perturbatur omnis ratio. Caterum cum
 iam coactum est, cum exhaurire difficillimum est, quod rur-
 sum aliud è vestigio ingrediatur, incredibile est, quantus
 fluctus, quanta perturbatio, quanta oppressio immineat.
 Et alio quodam in loco: Multo peiora sunt, quæ sequun-
 tur Ebrietatem, quàm quæ tempestatem. Iacet enim, tanquam
 tempestate cōquassata navis, miserum hominis corpus: A-
 nimam verò detestabili cupiditate impulsam, vehementer in-
 cenditur, vel insanit potius. Nam tempestate iactura est
 lenior, hic verò grauiorem nauiculam reddit, quæ diui-
 tiarum virtutum cieclis, arenam atque aquam fætidam, sibi
 ex Ebrietate coaceruauit, quibus nauicula cum vectori-
 bus, atq; gubernatoribus simul, demergitur. Quæ ne acci-
 dant, fugiamus hanc tempestatem, hunc morbum, scien-
 tes, neminem Ebriosorum in regnum cælorum peruentu-
 rum. Quid dixi in cælum, cum nec presentibus iucundè v-
 dentur, noctem in die habentes, in luce tenebris obuolu-
 ti, apertis oculis nihil rectè videntes.

Hom. 13. in
 Epist. ad
 Timoth.
 Rationem
 remulētia
 turbat.

Inundatio
 quasi quæ-
 dam animi
 Ebrietas.

Hom. 58. in
 Matth.
 Tempestas
 animi
 quædam
 Ebrietas.



Ecc. 31. Porro S. Ambrosius ex illo sapientis, *Vinū intēperatū, venenum est; sed vinum cum mēsurā potatū, sanitas est animæ & corporis, Temulentię exitia, veneni detrimentis, multō maiora docet. Sic .n. ait: Maior etiā vis vini intemperati, quā veneni est, venenum vino excluditur, non vinum veneno. Meritō Deus per Moysen non solum veneno, sed etiam Draconum venenū vinū cōparauit dicens: Furor Draconū vinum eorum, & ira aspidum insanabilis. Et pulchre additur insanabilis. Multi .n. aliquorum serpentium veneno curantur; non ebrietate. certē veneno caro vulneratur, vino mens. Noxia est ebrietas ad corporis sanitatē, menti etiā crimē adiungit. Aduerte etiā perfidiæ venenū vini declarati nōmine. Ait .n. supra de alienigenis qui nescirēt Deū. De vinea Sodomorū vinum eorū, & vitis eorū vitis Gomoribea, vna eorū vna fellis, botrus amaritudinis in ipsis. Et alio quodā in loco cōsimilia scribit: Sane discimus vitiantē ebrietatē, per quā crimina cauere nō possumus, Nam que sobrii cauemus, per ebrietatem ignorantes committimus. Parū est quod ea inflammat libidinē, accendit cupiditates corporis: Ipsā quoq; mentem subruit, & animū capitis sensum extorquet. Nesciunt quid loquantur, qui nimis vino indulgent. Multi se fortes putāt: num fortiores quā Loth? Nū continentiores quā Noē? Non utiq; vitia Patriarcharū scriptura exposuit, quos victos vino legitimos, sed ut tu disceres, quid caueres. Instruunt Patriarchæ non solum docentes, sed etiam errantes.*

Lib. 2. par. 2. cap. 14. Ephes. 5. Copiosè itidem Granatenfis de noxis temulentie discurret in Duce peccatorū. Inter omnia que constitati aduersantur, nihil magis illi contrarium est vino. Metuit .n. vinū, tanquam capitalem hostē. Optimè itaque monet Apostolus, Nolite inebriari vino in quo est luxuria.

quod tantò est periculosius, quantò magis feruet san-
guis iuuenilis. Vinu. n. & adolescentia, inquit Hieron. du-
plex incendiū voluptatis. Quid oleū flammæ adiicimus?
quid ardens corpusculo fomenta igniū ministramus? vi-
num enim cum sit calidissimū, inflāmat omnes humores, &
membra corporis omnia, præcipuè verò cor, quò directè tē-
dit. In corde autē est sedes omnium nostrorum affectuū,
quibus vini fortitudine inflāmatis, ob quamcūq; rem le-
uoritur maximum gaudiū, ira, furor, amor, temeritas,
delectatio, aliæq; similes perturbationes. Quare apparet,
cū primariū virtutis moralis officium sit, moderari, & mi-
tuare huiusmodi perturbationū ataxian, vinum eius na-
ture sit, vt faciat omnia cōtraria, vehementia siquidē suū
caloris viuificat iterū, quicquid à virtute fuerit occisum,
excitat quidquid ab illa erat extinctū. Diligentissimè itaq;
se homo debet abstinere à nimia vini potatione. Hinc pro-
dit solēt cacchinatio, risus superfluus, ostentatio, cōren-
tio, clamor, secretorū reuelatio, aliæq; similia vitia: His
adiungitur occasio, quæ offertur decori limites trāsgre-
dendi, vt placeas societati, quæ simul asidet, & qua cum
libis. Omnia hæc aliæq; plurima incōmoda, ex nimia vi-
ni potatione proueniunt. Quare perpulchrè quidā Philos-
phus dicebat, in vite nasci tres vuas. Vnā necessitatis, alteram
delectationis, tertiam furoris. Quo genere dicendi voluit
insinuare, modicum vinum bibere seruire naturali neces-
sitati; modum nonnihil excedere, ad delectationem po-
tius, quam ad necessitatem spectare. Modum verò nullum
seruare furoris esse atq; amentia. Huc vsq; Granaten-
sis non minus verè quā copiosè, plura Leuin. Lem-
nius iam recensitis addit Ebrietatis incommoda.
Constituat sibi quisq; ante oculos, ait, huius illaudata cō-
suetudinis errorisq; inueterati præmia, perspiciet luce

Epistola
ad Eu-
stoch. de
seruanda
virgini.

clarius, quid damni, quid uè detrimēti, cūm corpori, tūm animæ inferat, mentiq̃ uini intemperata infusio. Primum enim memoriam, rem omnium preciosissimam, non solum labilem fluxamq̃ue facit; sed prorsus obruit ac labefacit; oculos caliginosos efficit, ac cæcutientes, genas pendulas, artus tremulos ac titubantes; multaq̃ue alia incommoda, immodicum uini potum comitantur, quarum unumquodq̃ue frigidum est uitium. Nec enim uinum, ut Galenus testatur, semper hominem excalescit, sed ubi plus bibitur, quàm uinci possit, frigidus morbos parit. Extinguitur enim calor natuius, ac suffocatur, non secus, quàm si exigua imbecillaq̃; flamma, confertum multum olei infundatur.

Simile de
nimio ui-
no.

Quare Theognis grauitè omnes temulentos ad bibendi modum ulterius excedant, hortatur;

Ὅσ δ' ἄρ' ὑπερβάλλῃ πόσι μείτρον, οὐκέτ' ἐκείνῳ
τῆσ' αὐτῶ γλώσσης καρτερός οὐδὲ νόσ.

μοθῆται δ' ἀπάλαμνα τὰ νήφουσιν γίνετ' αἰχρῶ.

Αἰδῆται δ' ἔρω μοῦδ' ἐμ' ὅταν μεθύῃ.

τὸ πρὶν ἐὼρ σώφρων, τότε νήπι, δ' ἀλλὰ σὺ ταῦτα

γιγνώσκωμ, μὴ πρὶν οἶνον ὑπερβολὰ δ' ἴω.

Ἀλλ' ἢ πρὶν μεθύωμ ὑπανίσασο μὴ σὲ βιάσθω,

ρασῆς ὡσε κακὸν λάτριμ' ἐφημέριον,

ἄφρον' ἀνδρὸς ἄγωμ, καὶ σώφρομος δῖνος, ὅταν δ'

πίνῃ ὑπὲρ μέτρον κ' ἄφορ' ἔθηκε νόον.

Quisquis bibendo modum superauerit, is non amplius
sua linguæ compos est neq; mentis.

Verba effatur balba, quæ sobriis dedecus sunt;

Nullò enim quodlibet agendi pudore ducitur, quàm
diu fuit ebrius.

Qui prius sapiebat, tūm stultus efficitur. Hac tu
Animaduertens uinum ne supra modū ingurgitaueris.

*Sal prius surge, quàm inebrièris, ne sibi subiiciat,
Venter tanquam mediastinum improbum, quotidiana-
nis laboribus inseruientem.*

Tàm solidi quàm sapientis, Vinum

Immoderatè potum, leuissimum reddit animum.

Adhuc respiciens quoque D. Augustinus, ardentissi-
mis verbis, omnes à Temulentia conatur absterre-
re. O dolorosa Ebrietas, exclamat; omnium malorum
mater, omnis luxuriæ soror, omnis superbiæ pater. O E-
brietas, tu mentem cæcas, iudicio recto cares, consilium
nullum habes, blandus Dæmon es, venenum dulce es, pec-
catum suaue es. O Ebrietas, nunquid per te inflatur sto-
machus? Nunquid per te putrescit anhelitus? Nunquid nõ
oculos cæcas? Nunquid non cuncta membra debilitas?
Nunquid non mortem acceleras? Nunquid non bursam
eacuas? Nunquid non dominium recipis ab homine?
Nunquid non bestialem, & irrationabilem, te diligentè
tecum ducis? O Ebrietas, discant te diligentes agnoscere,
discant te deuitare. Iterùm, discant te deuitare, discant te
velut mortem effugere, quoniam qui te dilexerit, regnum
Dei non consequetur. Ergò, ò fideles, abstinete, & nolite
inebriari vino.

Quæ, cum ita esse, grauissimorum authorum te-
stimoniiis satis copiosè assertum sit, oppidò miran-
dum, tot Germanas, tot generosas, atque ad omnem
virtutis pulchritudinem natura factas, imbutas, at-
que institutas indoles, in eodem semper hæsitare
luto Ebrietatis, nec millies quamuis ictos, quod
aiunt, piscatores sapere, & proprias quo-
dammodo segetes cre-
mare.

Ser. 33. ad
fratres in
Eremita.

CAPVT IX.

Vita abbreviatio & mortis acceleratio Temulentiam exosam reddant.

Nec ipsi vitæ huius vsuræ, qua nihil charius, nihil iucundius, nihil exoptatius, parcat temulentia Ebrietas, sed exerta omni vi sua, eam aut inopinatè eripit, aut certè ante præfinitum à Deo terminum, finit ac demerit. Hinc perbellè Chrysologus: *Vt nauem fluctus, corpus Ebrietas demergit, hominem dat in profundum, lucra vitæ auffert, mortis facit subire naufragium.*

*Serm. 41.
de ieiunio
& elemo-
sina.*

*Vitam ce-
lerius finit
Ebrietas.*

Iob. 14.

Eccl. 17.

Sapiens, 11.

Qui hoc, inquires? qui temulentia mihi præmata morte vitam eripiet? Annon Iob de hominis vita sic loquitur cum Deo? *Posuisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Et sapiens: Creauit hominem, & numerum dierum, & tempus dedit illi. Quamobrem vnicuique assignata haud dubiè à Deo extabit viuendi meta, quam, quantumcunq; perpotet, nec anticipare poterit, nec transilire. Vt quid ergò Ebrietatem ita grauius obiurgas? Et huius breuitatis culpam, quo iure in illam confers? Siste parumper, atque aures arrige, & eundem Salomonem, in Sapientia libro, de vitæ humanæ dispensatione, cum Deo ratiocinantem attende: *Omnia in mensura, & numero & pondere disposuisti. Vitæ tuæ Deus, certum præfixit terminum. est b.* Huic æquato, certum potus, ac cibi pondus, numerum, atq; mensuram, diuina sua prouidentia designauit, quæ si iuxta Dei ordinationem vsurpes, moderatè bibas & comedas, assignatum vitæ scopum & limitem attingas; Vltèrius tamen haud progredièrè jam tu cibi ac potus moderationè obserua, ne dubites, vitæ telà, ante fatalitatem*

ille diem Deus tibi nunquam præcidet. Secus faxis²
 Ordinatam illam, ac mensuratam cibi potusque quã-
 ratem, breui temporis spatio, voluptuosè experi-
 dis? contra Dei statutum naturam obruis, debilitas,
 violas, opprimis? Eodem medio vitam tibi, ante de-
 cretum à Deo diem, suffurabere, tua ipsius culpa,
 eam quasi ad lineam protrudendo.

Id nonnè capis? An vberius explicatum cupis? A-
 ge, horologium imaginare tibi. Radius, campanam
 mouens, vt horam pulset, certam habet ac defini-
 tam metam, quam cuiuslibet horæ spacio attingit,
 ibi quiescit, & vltra prodire nequit, donec sonuerit
 hora. En metam, en certum tempus, quo attingitur
 meta. Sed fac vt fit, qui radium incautè tangat, mo-
 neat, concussit, annon ante tempus, horæ sonat pul-
 sus? Sic quoque de vitæ tuæ, quasi horologio, acium
 puta. Adde; Deus, qui dat escam, qui cibum & po-
 tum subministrat, omni carni in tempore oportuno,
 pro sustentatione vitæ, ad certos annos, certum
 quoque pondus ac mensuram cibi potusque illi
 tempori accommodauit. Vt Imperator quispiam
 arci ab hostibus obsessæ, ad solidum annum com-
 meatum infert, quo se propugnatores vtique su-
 stentare possunt. Sed prodigant illi omnia paucis
 mensibus, immoderato luxu, annò breui ante tem-
 pus deficient, egebunt, necessitatem ac famem pa-
 tentur? Nec mirare, si, qui eodem luxu, vini potu
 abutuntur, vix medio vitæ stadio decurso, viuis ex-
 cedant. Nam hi sunt de quibus Dauid: *Non dimidia-*
bunt dies suos. Atque ita esse, quid controuertis?
 vini potu ac cibo, vita tua in hoc mortali corpore
 contritur, vt oleo lumen in lampade. Nam quod o-
 leum lumini, hoc potus corpori. Mensuratè oleum,
 ac debito modo, lampadi infunde, fouebis lumen.

*Pulchro fi-
 mili decla-
 ratur, quæ
 vitam ab-
 breuiet E-
 briet. u.*

Psal. 146.

*Alia simi-
 litudo.*

Psal. 54.

*Alia simi-
 litudo.*

impetuosè nimium, atq; copiosè oleum superingere; Lampadem exstingues. Sic tu moderato potu vitam nutris, alis, sustentas: Illiberali verò ac nimio plane obruis, concussas, præfocas.

Alia similitudo.

Ebrietas venenum temulento.

Ebrietas iniuria Dei haud exigua.

Genes. 9.

In digesto nouo l. 10. tit ad legem Iuliam Maiestatis.

Pluuia temperatè superfusa terræ, eius vigorem auget, germina elicit, ad maturitatem omnia perducit, Diuturna sit & immodica, submerget omnia, defodiet omnia, putredini obnoxia reddet omnia. Sic potus, pro dispensationis modo, aut officiet vitæ eius, aut ad eius conseruationem iuuabit. Hinc ò remulente quàm in te ipsum, quam in Deum sis iniurius, ac blasphemus, coniecturam cape. Venenum alteri si propinares, quo è viuis tolleretur, capitis reus, ad tribunal pertrahendus fores. Quid aliud Ebrietas quàm venenum, quo vix breui perit? Et hoc tu te veneno inficis atq; interimis? Vide, ne quod capitis discrimen, apud Deum incurras. Age cessa, dum tempus est; ludo fac finem, atq; extra telorum iactum te siste. Quid aliud temulentia nisi summa quædam Dei contemptim facta iniuria? Vitam quoq; tibi Deus est elargitus, tua nõ est, sed Dei, tu eam perdes, tu ante tempus, quod ratio abhorret, & natura, occides?

Dei vox est ad Noë Patriarcham. *Quicumq; effuderit humanũ sanguinẽ, fundetur sanguis illius, ad imaginẽ quippè Dei factus est homo.* Et si quis alienũ fundat sanguinẽ, si Dei imaginem, quæ in alio sita est homine, violat, supplicio mortis est plectendus. Quid? Tu quotidiana temulentia tua, non alienum, sed tuum effundes sanguinem, non in alio, sed in te ipso cõignatam, violabis imaginem Dei, & hoc inultum feres. Lex ciuilis decernit. *Qui statuas aut imagines in consecratas Imperatoris, conflauerit, vel aliquid simile commiserit, lege Iulia Maiestatis tenetur.* An tu pœnæ exors Dei imaginem, ipsi in Baptismo, Christi sanguine dedica-

dicatam, atq; consecratam, deiicies, pedibus procul-
cabis, æternis gehennæ incendiis non conflandam
sed in flammande atq; exurendam trades? Qui ex-
animem hominis imaginem afficit iniuria, severe
punitur: qui immortalis Dei viuam imaginem de-
struit, impietatem nulla subsequente vindicta expia-
bit? Non minus quàm innocentis Abelis, sanguis i-
ste innocens, contra sparsorem suum homicidam,
vindictam in clamabit atq; à Deo expetet eò seue-
riorem, quò tardiorem; cum plumbeis pariter ac
laneis ea pedibus incedat.

statu l. qui
statuas.

Gen. 4.

CAPVT X.

*Cum peccata in Ebrietate commissa, neutiquam
culpa vacent, merito ab ea desistendum.*

Diog. La-
ert. l. 1. c. 5.
Et Alexan.
ab Alexan.
Genial.
dierum.
lib. 3. ca. 2.

A Pittaco Mitylenæo lege constitutū accepimus.
Vt qui per temulentiam, sceleris aliquid admi-
sserit, dupla piaculum pœna luerent. Vt formidine
supplicij à vino promptius abstinerent: quod teme-
rarium vulgi effugiū, ebrietatis obtentu, quæuis fla-
gitia extenuantis, planè subruit ac funditus euertit.
Tantum enim abest, vt haud solum non excuset, sed
et plurimū augeat, criminū patratorum grauitatem.

Qua de re, ne ego incudem nimium pulsasse dici
possim, si quod mea fert opinio, meismet adduxis-
sem verbis, doctissimum Cardinalem Toletum con-
sultite, proponit is quodam in loco eiusmodi que-
stionem. *An actus mali, quos Ebrius facit, vt si vulne-
ret, blasphemet, &c. sint peccata?* Et hac responsio-
ne difficultatis nodum extricat. *primò. Cum Ebrius
contra omnem suam culpam factus est Ebrius, tunc nul-
lam contrahit culpam, per tales actus malos. Casus hic ve-
rò, ne vix quidem, ni fallor, eueniet.*

Questio-
Lib. de 7,
peccati ca-
pitalibus
cap. 61.
Responsio
bipertita
cum distin-
ctione

Secun-

Secundo, cum culpabilis fuit ebrietas, tunc si solitus erat aliàs inebriari, esse furiosus, blasphemare, vel simile facere, peccat, non solum peccato Ebrietatis, sed aliis omnib⁹ quoq; quæ in Ebrietate committit. Quare ut propositæ rei veritatem dignoscas, alterius Thesei filio, non erit opus.

*Reiicitur
prima Te-
mulentorum obie-
ctio.*

*Erasm. l. 5.
Apop.!*

Sunt verò nec pauci, nec rari clientes, *Liberi patris* qui ad excusandas excusationes in peccatis, quoddam Dionysij Tyranni factum, pro se in forum detorquent. Is cum audisset, à duobus adolescentibus, conuitiis ac dicteriis, in quodam symposio, se grauius læsum, atq; ob sæuitiam publicè taxatum, ambos vocauit ad cœnam. animaduerso tandem, alterum largius potum, multa nugari, atq; gesticulari; alterum rarò, cautissimeq; bibere. Illum dimisit, ut qui natura vinolentus, per temulentiam maledicus fuisset: hunc interfecit, ut qui studio, maledicum se præstitisset, & hostem.

Sed abeat ò temulenti, abeat & faceffat hic fucus vester, ad rem nihil faciens, ad extenuandam temulentiaè culpam haud magis, quàm asini lana ad texendam purpuram conducens: Nam eius Tyranni factum, etfi quandam ostentare prudentiam videatur, quid aliud est, quàm crudelitatis quoddam velum, & inuolucrum?

*Refellitur
altera Te-
mulentorum obie-
ctio.*

Prætextum alium obtendunt alij. Syluester inquit, & Summistæ complures docēt. Eo quod Ebrii amentes sunt, non valere vllos contractus, ab iis in ebrietate factos, Imò nec matrimonium; nec qui in ludo lucrantur ab Ebriis, posse retinere; sed teneri ad restitutionem. Quid nì ergò & peccata excusantur, cum Ebrius reputetur ut amens?

Sed ex harena funiculos neētis ò vini gurguliones. pacta & matrimonia temulentorum, non valent.

unt. Esto; Sed cur? Siciura volunt. Qui lucratur
 Ebrio, inscium spoliat suis bonis.

Addo, in Contractibus præcipuè matrimonij,
 quo validi censeantur, maxima libertas animi atq;
 voluntatis exoptulanda. De lusus lucro si loquar,
 ut aliena quis istè possideat, domini translatio de-
 buit interuenisse; Quam quis ab Ebrio, pro amente
 reparato, flagitabis? Alia de peccatis est ratio liber-
 tatis. Nam tamen nullum, Augustino teste, pecca-
 tum absq; liberæ voluntatis aduertentia committi
 possit; sufficit tamen non raro, ut libertas illa, si non
 in ipso peccati actu, saltem in eius causa reperiatur.
 Ergo tu qui liberè voluisti inebriari, quadam iuris
 fictione censeris etiam, peccata ex Ebrietate ma-
 nantia, liberè voluisse. En tibi omnis effugij rimula
 interclusas.

CAPVT XI.

*Omnium virtutum, præcipuè castitatis ruina tem-
 mulentia faciat nos merito insensos.*

Potuissent ea sufficere, quæ huic argumento, su-
 periori libro satis largè ac liberaliter suppedita-
 uimus. Sed hic alia quædam, in castitatis præcipuè
 gratiam, adijcienda videbantur.

Ferox equus bis pastus, ac saturatus affatim, si
 addatur & otium, haud frænari se passus est vn-
 quam, quin & persæpè sessorem, cum omnibus, qui-
 bus condecorabatur ornamentis, Ephippio excus-
 sit atq; in præcipitia deuoluit. Quisnam sternax iste
 caballus? Indomita caro tua, quæ auiditate insita,
 cæcis potuq; largius inferta, sessorem animum, omni-
 cum virtutum decore ac pulchritudine, statu suo
 deturbatum, in variorum flagitiorum Cœnum ita
 immer-

*Caro equi
 indomita;*

Auis visco illita animus temulens.

immergit, vt respirans, ad pristinam aliquando integritatem, vix vnquam se valeat erigere. Nam vt visco illita auis nequit euolare in sublime; Non dispari modo continua vini oppillatione depressus animus, ad puras, salutiferasq; cogitationes, ad virtutis dignitatem ac pulchritudinem, ad res præclare, ac fortiter gerendas, haud vnquam sese poterit eleuare. Iuratam adeo inimicitiam, ac hostiles ostensiones vim atq; arma indixit, cum omnium virtutum mutuæ connexioni, tum præclarissimæ præsertim earum gemmulæ, castitati, cuius de laudibus, ne prolixiores texam, ad fastidium, parabolas, hic aliqua sanctorum patrum testimonia volui adscribere, vt intelligas quantopere, certissimum eius naufragium temulentia, sit fugienda.

Præclara castitatis eloq; a S. Patribus hausta, primum è D. Hier. in Ep. ad Furiam de viduitate seruanda. L. I. aduersus Iouinianum.

Castitatem laudat S. Gregorius Pastoralis Par. 3. admonitio. ne. 29.

Grandis, inquit Diuus Hieronymus, virtus est, & sollicita diligentia; superare quod nata sis; in carne non carnaliter viuere; tecum pugnare quotidie, & inclusum hostem, Argi vt fabule ferunt, centum oculis obseruare. Alibi quoq;. Et ideo plus amat Virgines Christus, quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum: Maiorisq; gratia est, offerre quod non debeas, quam reddere quod exigaris. Et post pauca. Grandis fidei est, grandisq; virtutis, Dei templum esse purissimum, totum se holocaustum offerre Domino, & iuxta eundem Apostolum, esse sanctum & corpore, & spiritu. Hi sunt Eunuchi, qui se lignum aridum, ob sterilitatem putantes, audiunt per Isaiam, quod præ filiis & filiabus locum in caelis habeant paratum.

In eadē commendatione sic scribit S. Gregorius. Audiant peccata carnis ignorantes, quod per Ioannem dicitur: Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquantati; virgines enim sunt & sequuntur agnum quocunq; ierit, quodq;

quodq; canticum cantant, quod nemo potest dicere, nisi il-
 licentum quadraginta quatuor millia, singulariter quip-
 peticum agno cantare, est cum eo in perpetuum, præ
 sanctis fidelibus, etiam de incorruptione carnis gaudere,
 quod tamen electi ceteri canticum audire possunt, licet
 dicere nequeant; Quia per charitatem quidem in illorum
 consuetudine læti sunt, quamuis ad eorum præmia non af-
 fergant.

Pleno itidem ore, laudes eius deprecatur, S. Cy-
 prianus, cum citasset verba illa Apostoli. Mortifica-
 te ergo membra, quæ sunt super terram. Fornicationem,
 immunditiã, libidinẽ, &c. Ab his omnibus, inquit splen-
 dido castitatis cultro castratur humana natura, ut illiba-
 tos animos, ad Conuiuuium sanctitatis, dispensante circum-
 cissione introducat. Cui sanctitas ita promissit annuli sui
 nuptiale signaculũ, ut sine ipsa uirginitas resignetur, quæ
 sola contenta, lapidem domat, mentemq; reedificat, con-
 cupiscentiam subigit, desideria ardoris extinguit, artus
 debilitat, corpus annullat: Et ita carnalia crucifigit, ut
 tam masculus, quam femina videatur in conuersatione
 mentiri, dum illos utriusq; sexus operatione abscindit;
 ut neutrum faciens de duobus, tertiam formam gloria-
 ter conferre ambobus, ut ante resurrectionẽ resurrectionis
 imaginem, ad instar Angelorum meditari noscatur.
 Quod promittens Dominus futurum. Qui digni, inquit,
 habentur seculi illius, & resurrectionis à mortuis, non
 nubent neq; nubentur. Neq; enim morientur; Nã sunt simi-
 les Angelis, quia resurrectionis filij sunt. Idẽ alibi. Nũc no-
 bis ad castos atq; ad uirgines sermo est, quare quò subli-
 mor gloria, maior & cura est. Flos est ille Ecclesiastici ger-
 minis, decus atq; ornãentũ gratia spiritualis, læta in dolis
 laudis

Eandem
 mirificẽ ex-
 tollit S. Cy-
 prian. lib.
 de singula-
 rit. cleri-
 corum.
 Colo. 3.

Trac. 2. de
 habitu uir-
 ginum.

Laudis & honoris, opus integrum atq; incorruptum, Dei imago respondens ad sanctitatem Domini, illustrior portio gregis Christi, gaudet per illas, atq; in illis largiter floret Ecclesiae matris gloriosa fecunditas, quantoq; plura copiosa virginitas numero suo addidit, tanto gaudium matris augetur.

Castita-
rem depra-
dicat quog;
Castianus
Lib. 6. de
spir. For-
nicationu.
cap. 6.

Præclarissimè quoq; de ea sentit Ioan. Cassianus. Nulla virtute, inquit, Carnales homines spiritualibus Angelis, imitatione conuersationis æquantur, quàm merito & gratia castitatis; per quam adhuc in terra degentes, habent, secundum Apostolum, municipatum in caelis, quod deposita corruptela carnali, habituros promittitur in futurum, hic iam in carne fragili possidentes.

Lib. 2. de
summo bo-
no. cap. 40.
Episto. 42.
quæ est ad
Hein.
Senon. Ar-
chiep.

Ab eadem sententia stat Isidorus. Geminum est bonum castitas atq; virginitas: Quia & in hoc mundo solitudinem seculi adimit & futuro in æternum castitatis præmium percipit.

Deniq; Mellifluus Bernardus. Quid castitate decorius? Quæ mundum de immundo conceptum semine, de hoste, domesticum, Angelum deniq; de homine facit. Differunt quidem inter se, homo pudicus, & Angelus, scilicet felicitate, non virtute, sed etsi illius castitas felicior, huius tamen fortior esse cognoscitur. Sola est castitas quæ in hoc mortalitatis & loco & tempore, statum quendam immortalis gloriæ representat. Sola inter nuptiarum solennia, morem beatæ illius vendicat Regionis, in qua neq; nubunt neq; nubuntur, præbens quodammodo terris, cælestis illius conuersationis experientiam.

L. 4. de di-
uis & fa-
cto Socra-
te.

Et Xenophon quoque, licet Ethnicus scriptor huius virtutis pulchritudinem introspectit. Solis igitur continentibus, inquit, licet ea cogitare quæ optima sunt, & dicere ac facere; ac rerum quidem discrimina se-

andum genera disgregare, bona eligere, mala secludere, quo optimi atq; felicissimi reddantur, & bonorum doctissimi ratiocinantes.

Hinc venustè atque eleganter, eximius quidam Poëta:

Virginitas animæ murus, victoria carnis,

Portus honestatis, sancta pudicitia est.

Virginitas cæleste bonum, cognata phalangi

Angelica: in terris heu mihi rara nimis.

*Michaël
Verinus in
Epigram-
matibus.*

*Vita &
posteritas
castitati
postponun-
tur.*

Hinc non mirum apud me, innumerabiles vtriusque sexus homines duo bona, ab omnibus mortalibus maximi fieri solita, præ castitatis amore contempisse. Quæ illa? Alterum vita ipsa, alterum posteritatis cura, pro castitate tuenda atque conseruanda, quot non tantum viri, sed & imbecilles puellæ, mortem spontaneam elegere? Non hic Agnetes, non Catharinas, non Barbaras, non Dorotheas, non Agathas commemorare necessum, ne fastidio sit prolixitas.

De posteritate quid dicam? Infitum est hominibus ab ipsa natura, sollicitum esse, vt per filiorum successionem propagetur familia. quin ii quoque, quibus natura liberos negat, adoptione quærunt. Amant enim omnes immortalitatem, quam quia in seipsis non possunt, in progenie assequi cupiunt, quodam scilicet modo viuere videtur, cum ii, quos è suo sanguine generarunt, superstites viuunt.

*Posteritatis
amor quæ
hominibus
infitus.*

At quoties hæc tantoperè expedita successio, præ castitatis honore iacuit, spreta fuit atque cõtempa? Nimirum tanta est huius virtutis vis, tantus splendor, atque efficacia tanta; vt non modò appetitus à natura infitos coerceat, quasi fræno quoquam iniecto, sed ex ipsa quoque natura, posteritatis curam euellat. Hic si a *Alexios*, si b *Chrysanthos & Darias*;

a *Sur. Tō.*
s. in eius
vita.
b *Idem Tō.*
s. in vita
eorumdem.

N si

e Idē Tō. 1.
d Crantius
hif. Saxo.
lib. 3 c. 32.
e Sur. Tō. 1.
Thefauro
caftitatu
emulētia
Spoliat,

Epift. ad
Euftoch. de
feruanda
virgin.

fi e Melanias, fi d Heinricos & Kunegundas, fi e Edor-
dos recensere omnes velim, quādo tandem ad pro-
positum materiæ filum reduces erimus? Nec nostri
modò est instituti, eximia caftitatis commoda, atq;
dignitatem ostendere, cum quantumcunq; dicatur,
aut scribatur, illius tamen virtutis magnitudinem
atq; præstantiam, infinito interuallo nõ assequatur.
Iftud querimur; iftud lamentamur, hunc tam pre-
ciosum atque inæftimabilem thefaurum, fi quid ali-
ud in humanis, præcipuè fœda temulentia difsi-
pat, corrumpit, perdit. Quæ verò hæc dementia? quæ
fatuitas, ad eò excellens donum, quo humana vilis
fupra fuam eleuata tenuitatē, ad Angelicæ dignita-
tis culmen pertingit, tam breui potus illecebra, ven-
dendo quasi amittere? Quæ ftultitia concupifcentia
flammam feipfa fatis ardentem, fuperingelta vini
tanta copia, magis excitare, vt illam cordis atque
animi puritatem opprimat & extinguat? Defifte
quisquis aut caftitatis voto es astrictus, aut etiam
more te inflammatum fentis, defifte ab Ebrietate,
commellationes ac fymposia, vbi fuperfluè bibitur,
auerfare, fi huius virtutis palma te trahit. Suadet
id tibi fanctus Hieronymus, in hac palæftra egregie
verfatus, ipfummet audi. *Si quid in me*, inquit, potest
effe confilii: fi experto creditur, hoc primum moneo, hoc
obteftor, vt fponfa Chrifti vinum fugiat pro veneno, hoc
aduerfus adolefcentiã prima arma funt Dæmonũ. Nonne
auaritia quatit, inflat fuperbia, deleat ambitio; facti
aliis caremus vitiis, hic hostis nobis inclufus est, quocirca
pergimus, nobiscũ portamus inimicũ. Vinũ e adolefcenti-
tia, duplex incendiũ voluptatis. Quid oleũ flãmæ adici-
mus? quid ardenti corpufculo fomēta igniũ ministramus?
Hæc ille S. Pater. Quod fi nõ omninò à mēfa tua re-
moueri vinũ pateris, licenter tecũ agã; permitto ve-

num, sit saltē, quod D. Paulus monet *Modicū* sit be- *1. Tim. 5.*
nē *dilutū* nullus extra tēpus prandii ac cœnæ sit eius
vlus, & si primam huius eximie virtutis laudem nō
attinges, in secundis tamen consistere, pulchrum e-
rit ac decorum.

CAPVT XII.

*Grauisimæ in Temulentiam comminationes iræ
diuinæ.*

HVC verò purgatas aures afferte temulenti; quæ *Hosius te-*
vobis intentetur minæ, attentius percipite. In- *mulentie*
telligetis opinor, q̄ vos olim manebūt p̄mia. ex mu- *Deus est*
lta nō facimus Elephantū, non eleuamus, non exag- *capitali.*
geramus quidquam, nuda veritas, ore diuini spiritus
dictata, proponitur. Quare ne Austrum percellam,
integris animis & mentibus adeste. *Noli esse in conui-*
uiis potatorū, inquit sapiens, nec in cōmestationibus eo-
rum, qui carnes ad vescendū conferunt: quia vacantes po-
tibus, & dantes symbola, consumētur. Quid hoc? æter-
nis gehēnæ incendiis exurētur. Et paucis interiectis, Ibidem.
multo acriora ebriis minatur, æternum illud, ac for-
midabile vā. *Cui vā? cui? patri vā? cui rixā? cui foueā?*
cui sine caussa vulnerā? cui suffusio oculorum? Nonnē his
qui commorantur in vino, & student calicibus epotādis?

Isaias itē Propheta S. Spiritus iussu, sic vos affatur, *Isaiæ 5.*
o potatores: *Vā qui consurgitis manē, ad ebrietatē seclā-*
dā, & potandum vsq; ad vesperam, vt vino aestuetis: Cy-
thara, & Lyra, & tympanum, & tibia, & vinū in cōui-
uiis vestris, & opus Domini non respicitis, nec opera ma-
nus eius cōsideratis. Eodē capite post pauca: Vā qui Ibidem.
potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad mi-
sendam ebrietatem. Et alibi: *Vā corona superbiæ, Ebriis*
Ephraim.

Galat. 5.

1. ad Cor. 6.
Lib. de He-
lia & ieu-
nio, cap. 15.

S. Paulus exclusionem à Regno Dei vobis inculcat. *Quoniam qui talia agunt, qui temulentiæ, commestationibus atq; commestationibus addicti sunt, Regnum Dei non consequentur. Item: Neque Ebrii Regnum Dei possidebunt.* Vnde D. Ambrosius: *Audite Ebrii quid in lib. sermonum Esaiæ scriptum sit: inuenitur enim Dominus huiusmodi verbis vsus: vae iis qui consurgunt mane, & sectantur siceram, & qui ebrii sunt hora vespertina: vinum eos comburet. cū Cythara enim & Psalterio, & Tympanis vinum bibunt, opera autē Domini non considerant. cui vae dicit? cui iudicia? cui tormenta? diuersa singulis, temulentis omnia, vae. n. iis, qui ebrii sunt vespere, quid ergo iis qui & ante vespere, & frequenter in luce madent? Ergo vae ipsis debitum. Hæc ille.*

Saxon. lib.
II cap. 2.
Excæcatio
& stupiditas
quod hæc temu-
lenti non
curent.

Profundum quis dormiat somnū, altiori saltem vocis contentione, ac vehemēti clamore, haud dubiè excitabitur. Quē vos vinolenti, quē Gnosii Epimenidis aut Endymionis somnum dormitis, vt vos acres minæ non moueant? non terreat? An vana hæc, & inania terriucamenta existimatis? Non esse friuola, exemplis docemur quàm plurimis. Vnum hic appono ex Crantzio: Cū Albertus quidam Saxonie superioris dux venatum profectus in quadam amœnissima domo ad hoc extructa, cum vniuersa quam ad id euocauerat nobilitate, totam noctem epulando, atque potitando absumpisset, ita vti planè nemo mentis præ vino compos ac sobrius confidius esset, quando tandem cubitum sub crepusculum matutinum concessere, subitaneo derepente domus incendio correpta flammis integra absumitur, & vix semiustulatus Dux, cum Ducissa quoque ambusta, periculo eripiuntur, reliqui omnes ad vinum fermè periēre. Non igitur hæc quæ vobis à temulenti intentatur,

Vnde

Vana est sine viribus ira.

Non vultis resipiscere? Habetote illud Prophetæ Hieremiæ: *Bibite, & inebriamini, & vomite; cadetis & non resurgetis. Noli in vos hoc exitio perire.* Hier. 25

CAPVT XIII.

Temulentia symposium in inferno soluendum.

VT vinum Ebrioso non gratis promittitur à caupone: sic nec Dæmon absque exacta symboli, quod suis hinc agitatur, solutione contentus est.

At vbinam illius vrget solutionem? An in hac vita? nonnunquam, sed rarius. Vbi verò crebrius, ac ferè semper? In inferno. Non id asseuerarem, ni sanctos Patres, effati huius haberem authores. En Augusti-

num: *Herbæ quæ in ipsis paludibus, vel circa ripas earum nasci solent, nihil utilitatis habere videntur, in tantum, vt annis singulis incendio concrementur; Ita quod de Ebrietate nascitur, æterno igni preparatur.* Ibidem: *Qui ergò credit Ebrietatem non esse peccatum, si se non emendauerit, & pro ipsa Ebrietate pœnitentiam non egerit, cum adulteris & homicidis, æterna sine remedio, illum pœna cruciabit.* Et alibi: *Frequenter charitatem vestram fratres charissimi, paterna pietate admonui, vt Ebrietatis malum, tanquam inferni foueam, vitare vel fugere deberetis, & licet apud plures proficeret castigatio, quàm multi tamen sunt, qui nec Deum timent, nec eos qui honesti sunt vel sobrii reuerentur?*

Philo Iudæus quoq; in eandem sententiam concedit. *Videmus certè istos, ait, qui quotidie descendunt in certamen Temulentia, & hoc agunt solum, vt vini plurimum in ventrè ingerant. symbola conferre, tanquã in aliquid utile: multari tamen rebus omnibus, pecuniis, corpore, anima. Nam huiusmodi collationibus, & rem fa-*

Symbolum Dæmoni soluendū.

Æterna pœna pro temulentia luendæ.

Ser. 231 de tēpore, qui est 1. de Ebrietate vitanda. Eodē sermone.

Ser. 232. de Ebriet. vitanda, qui est secundus de Temulentia.

Lib. de temulentia.

miliarem minuunt, & corporis vires per delicatum vitulum frangunt atque molliunt, & animas, hyberni torrens in more, delitiis inundatas, demergunt in abyssum Barthri. quasi innuere velit, ibi symposium, nimis quam acerbum & graue, soluturos. sic temulentos alio relincente fluctu alius excipiet, & post innumeros ex Ebrietate in hac vita fluentes cruciatus tormenta sequentur aeterna.

*Horrenda
Exempla
Lib. 5. c. 14.
11^o Author
Seculi Ex-
emplorum
dist. 3. ca. 9.*

Exemplis id aded est clarum, ut vel eodem aliam lucem non regrat. scribit Beda inter res gestas Anglorum, de quodam artis fabrilis homine, perquam Ebrietati dedito, de sapere licet monito, ab iis, quibus eius aeterna salus cordi erat, non tamen desistente. Is ad extrema deuctus, animam agens, validissimo clamore attestatus est, se videre infernum apertum, ac Luciferum ligatum, cum iis, qui Christum liberatorem nostrum olim cruci affixere, & iuxta eos paratum sibi quoque locum. Astantes vero salutis eius cupidi, instanter hortabantur, ut concepta spe venique omnium desperationis puillimitate abiecta, resipisceret. Negabat ipse impendio; Non est mihi tempus, inquit, amplius mutandi vitam meam; cum ipse viderim iudicium meum iam completum. Atque ita desperans, absque omni peccatorum expiatione, ac salutari viatico, infelicem spiritum exhalavit. Eiusdem est generis, quod recenset Cæsarius data opera, eiusmet simplicissimis id verbis huc transpono. Tempore schismatis, inter Ottonem & Philippum, Reges Romanorum, peregrinus quidam de transmarinis veniens partibus, Sclaviniam suam (erat id vestis genus, quo peregrini solent uti) pro vino, quod in illis partibus fortissimum est, exponens, tantum bibit, ut inebriatus, mente alienaretur, sic ut mortuum eum existimarent. Eadem hora, ductus est spiritus eius ad loca per-

*Hist. memorab.
Li. 12. c. 40.*

urum, ubi super puteum igneo operculo tectum residere
 coepit, ipsum principem tenebrarum. Interim inter cæ-
 teras animas adductus est Abbas Corueya, quæ ille mul-
 tum salutans, cum calice igneo, poculum sulfureum ei mi-
 nistravit: qui cum bibisset, amoto operculo, missus est in
 puteum. Peregrinus verò cum ante limina infernalìa,
 sibi in spiritu stare videretur, & talia videndo tremere,
 Diabolus fortiter clamavit. Adducite mihi etiam domi-
 num illum, qui foris stat, qui heri serò vestem peregrina-
 tionis suæ, pro vino exponendo, inebriatus est egre-
 gie: Quo audito peregrinus, ad angelum Domini, quæ
 eum adduxerat, respiciens, promisit, quod nunquam in-
 ebriaretur, dummodò illa hora de imminente periculo
 liberaret eum. Is mox ad se reuersus, diem & horam
 notavit, rediensque in terram suam, eodem tempore,
 Abbatem obiisse cognovit. Ego eundem Abbatem, in-
 quit Cæsarius, Colonia vidi, eratque homo valdè secula-
 ris, magis se conformans militi, quàm Monacho. Hæc ille.
 Non ergò immature sed oportunitimè Granatè. *In Duce*
peccatorum
lib. 2. part.
1. cap. 8.
 Miserabile profectò, multumque dolendum est, voluptatè
 tam exiguæ partis, corporis humani, gulæ inquæ, quæ vix
 est duorum digitorum, totum hominem in infernum præ-
 cipitare, & omnia membra, sensusque corporis, pati de-
 bere pœnas æternas, propter aviditatem brevissimam
 membri vnius. Non animaduertis quàm turpiter er-
 ras, nutriens corpus, quod paulò post futurum est esca
 vermium, tam delicate, negligis autem animam tuam,
 quæ mox ante diuinum tribunal sistetur, quæ vacua vir-
 tutibus, cum venter plenus sit esca, vinoque madeat, æ-
 ternis tormentis mulctabitur? Et si anima condemne-
 tur, certus esto, corpus quoque pœnas suas habiturum.
 Quæmadmodum .n. corpus propter animam creatum est,
 N 4 sic

*In Duce
 peccatorum
 lib. 2. part.
 1. cap. 8.*

Simile.

sic & cum anima punietur. Contemnens itaq; partem tu nobiliorem, & in delitiis nutriens ignobiliorem, perdet utramq;, & tuo te iugulabis gladio. Caro enim quæ tibi data est in adiutorium, laqueum tendit vitæ tuæ, & te comitatur ad tormenta, quemadmodum in vitiis hinc sequebatur. Hæc Granatensis, de Temulentie precio. Ebriosi apud inferos expendendo. Res hæc non est levis & ridicula: non de Afini umbra disceptatur, sed animæ perpetuo interitu aut salute; Qui sapit, hinc, ubi summè opus, sapiat, moneo. Et multi quidem aliàs, ipsa sibi Minerua plus sapere volunt, sed hinc talpa cæciores, nolunt sapere, quin potius exitio suo perenni, ac nunquam cessaturo, planè desipiunt. Ego verò cum Euripide.

Μισῶ σοφιστὴν ὃς τὴν οὐχ' αὐτῷ σοφίαν.

Odi sapientem, qui ipse sibi non sapit.

Ser. 271. de
Tempore.

Huc animam
velim aduer-
tant E-
briosi.

1. Cor. 6.

Psalm. 68.

Non possum quin hinc ardentissima D. Augustini in Ebrietatem declamata verba, ad calcem huius capitis appōam. Ipsi tamen, qui contra coaluimus, & amicam suam, Ebrietatem loquentibus, irascuntur, libera à nobis voce audiant: Quia, quicumq; Ebriosus, penitentiam de ipsa non egerit, sed usq; ad mortem suam, in ipsa Ebrietate permanserit, in æternum profecto peribit, quia non mentitur Spiritus sanctus per Apostolum dicens: Neq; Ebriosi regnum Dei possidebunt. Et ideo quicumq; sunt Ebriosi, melius faciunt, ut non nobis, sed sibi potius irascantur, & cum Dei adiutorio se de luto facili excutiant, vel de cloaca Ebrietatis, dum adhuc penitendi tempus est, festinent, quanta possunt celerrate, Deo auxiliante, consurgere, & totis animi viribus, cum Propheta, Domino supplicantes, dicant. Eripe me de luto, ut non inhaream: Non me demergat tempestas aquæ neque absor-

forbeat me profundum, neque urgeat, super me puteus infernalis os suum. Ebrietas enim quasi inferni puteus, quoscunq; susceperit, si digna non subuenerit pœnitentia, & emendatio non fuerit subsecuta, ita fortiter sibi vindicat, ut eosdem ipsos, de inferno tenebroso puteo, ad caritatis vel sobrietatis lucem redire, sine pœnitentia non permittat. Hæc Augustinus loquitur. En iocum, si hæc iocum, si nœnias esse vis.

CAPVT XIV.

Facillima methodus ac ratio, qua haud grauatim possis à Temulentia consuetudine abduci.

Huc vsq; pharmacis quasi quibusdam, temulenta hæc faeces pepulimus ex animis Ebriosorum, nunc prius, quam ad remedia pedem conferamus, præbendum aliquod antidotum, quo q̄s ab ea prorsus, absque dispendio sanitatis ac virium, immunis reddi possit, idq; non ex mea sed Diui potissimum Augustini, officina depromptum.

Principio cum annosam arborem transplantare sit difficillimum, rei caput erit, huic negotio firmum sobrietatis propositum validissimumque animum adferre. Nam principium, veteri parcemia plerumq; dimidium totius, vnde peruenuit Plutarchus.

ἔργον δὲ πικρὸν ἢ τριζᾶρχηται καλῶς,
καὶ τὰς τελωντὰς εἰκόσ᾽ ἐὰν οὕτως ἔχαρ.

Negotij cuiusq; si benè cœperis,
Et finem item bonum fore, probabile est.

Quod mentis propositum, nisi primò validissimè defixeris, actum agas, & quod Horatius ludi.

In felix operam perdas, ut si quis asellum
In campum doceat parentem currere freno, neces-

*Ardens
animus ad
Ebrieta-
tem exter-
minan-
dam susci-
piendus.
In libro,
quòdo au-
diendâ Poë-
ta. ex S. pho-
cle citans.*

sum est. Quantum verò ad virtutis dignitatem assequendam momenti habeat, infractum atq; impeterritum animum, capiti laboris afferre, & illudicio esse potest, quod fertur apud Latinos.

Dimidium facti qui bene cepit habet.

Serm. 221.
de tempor.
qui est. 1.
de Ebrietate.

NB. Minutatum ac per partes fieri debet subtractio nimij potus, ab ebrietate desuescere cupienti.

Quo quasi fundamento iacto peropportunum subministrat consilium Augustinus, quo nihil ad Ebrietatem extirpandam commodius, vel ab ipso Apolline doceri possit. Illud excipe verbis eius, & cordi tuo non segniter, sed gnauiter impressum tene. Sed hic ante omnia intelligere & scire debemus, quia, non vna die efficiuntur homines ebrii, sed cum paulatim, adiurantibus & cogentibus, crudelissimis inimicis potius, quàm amicis, per singulos dies, vnum aut binos calices, ad potum consuetudinarium addunt. At vbi hoc usum miserint, ita eos ardor Ebrietatis occupat, ut eos semper sitire compellat. Sed qui se de hoc malo desiderat liberare, quomodo sibi interuallo dierum potum addendo, ad Ebrietatis tenebras peruenit. Ita paulatim subtrahendo, ad sobrietatis lucem redeat: Quia si semel totum, quod amplius accipiebat, subtraxerit, vbi nimia siti carperit exardescere, cum grandi amaritudine clamat & dicit: Malle se mori, quàm sibi bibendi vel inebriandi consuetudinem tollere. Nec attendit, quod tolerabilius erat ei, in carne mori, quàm in anima per Ebrietatem interfici. Et ideo, ut nec ardorem nimium patiat, & de tam graui malo quod patitur liberetur, sicut iam dictum est, per interualla dierum, sibi aliquid de nimietate subtrahat, quousq; ad rationabilem bibendi consuetudinem redeat. Qui hoc ita ut diximus, per partes subducere voluerit, & de Ebrietate liberabitur, & illam intolerabilem poenam non patietur. Ergo fratres charissimi, dum

luc suggero, me absoluo apud Deum. Quicumq; me audi-
re contempserit, & ad bibendum pronus fuerit, vel in
convivio suo alios adiurare, vel cogere voluerit, & pro
se, & pro illis, in die iudicij reus erit. Hæc Augustinus.
Quid ad exterminandū hoc inueteratū malum ar-
guitius excogitari potuisset? Annon prudentissimè
contraria contrariis applicat? Annon cautissimè
monet, vt nimia bibendi consuetudo sic fugiatur,
ne præter casum & quod vulgo tritum, ne fumū fugi-
ens in ignem incidas? Annon sagacissimè præcauet ne
vinum fugere volens ei te altius immergas? Annon
omnia quæ huic operi adhibenda, cumulatissimè
indicantur?

Quin ergo manum admoues? quin morem ge-
ris? Quin oblatum consilium capessis? An laboris
terret magnitudo? vicissim te recreet sobrietatis
pulchritudo ἢ ἄφ' τὸν ἦλον ἐκκεῖσθαι, par est; immò
oportet. clauum clauo pellere conuenit; si quid hac in
re tam ardua cum laude velis effectum dare.

Atq; vt omnes tibi, in eliminanda temulentie tur-
pitudine molestias eximam, vt sudorem tibi quo-
dammodo abstergam vt facilem tibi ac planum ad
sobrietatem aditum aperiam remediis aliquot bre-
uiter suggestis, ad nitendum pro virili, tu ea sere-
nus cape, ac digere.

CAPVT XV.

Temulentie remedium primum.

Frequens consideratio mortis ac nouissimorum.

Diuinos olim honores, Rex Babylonis habebat *Daniel. 14.*
Idolo Bel, quod viuere ac sentire, & proinde
bibere atque comedere; à sacrificulis persua-
sit

Figura ex
Bibliu.

fus, omninò existimabat. proindè tùm cibus, tùm
 potus ei quotidie magna quantitate regio iussu ap-
 ponebatur; simileq; modii complures, vini amphora
 sex, & oves quadraginta; quæ absument omnia,
 fani antistites, cum vxoribus ac liberis, ac regem va-
 na diuinitatis opinione deceptum, *naso suspendebat*
adunco. Fraudem Propheta Daniel, sparsis Idolii pa-
 uimento cineribus, erutam è tenebris aperuit, & ap-
 positus quotidie consuetis in ara epulis, obignatus
 portarum adytis, vnà cum Rege abiit. Rex primo
 diluculo templù ingressus, atq; omnia conspiciens,
 vt aliàs deuorata, & epota; præpropera falsus læti-
 tia, exclamauit illicò, *Magnus es Bel.* Subridens Da-
 niel, orat Regem, vt aspiciat pauimentum, ac petiti-
 vestigia, cineribus expressa: quibus, cum Rex moni-
 tis paruisset, illicò fraus omnis patuit. Quorsum hæc
 tam procul adducta? tam vt videtur à scopo aliena?
 Te conuentum cupiunt, te monitum volunt, ô Tem-
 mulente, dum vinum super abaco flauescit in vitro,
 dum splendet color eius in auro, tu Beli tui, inglu-
 uiei tuæ fraudes ac dolos, non deprehendes vnquã.
 At oculos conice in cineres, in quos mox conuer-
 teris, nouissima tua perpende accuratius aliquantu-
 lù, & nò ita lubricè perficies, *carnis desideria in concu-
 piscentiis suis.* Cur adeò delicatè corpus tuum tra-
 ctas? cur optimis quibusq; vini generibus gulam ex-
 ples? cur ita te saginas? vt esca sis, & cibus immun-
 vermibus? vt lautum hisce de putrida carne tua e-
 pulum præbeas inuitatis; ideò eam molliter alis, i-
 deò inebrias, ideò impinguas, in crassas & dilatas, vt
 spiritui recalcitret, vt in omnia scelerù genera, pro-
 no impetu ruat. Cuius rei stultitiam si apertè vis in-
 telligere, contuere hominis temulenti exanime ca-
 dauer; quàm turpe est? quàm pallet? quàm faret? Et

Galat. 5.
 Corpus
 esca ver-
 mum, non
 ita delica-
 tè potu ci-
 bog nutri-
 endum.

quò quidem magis faceret, quò plus cibi ac potus ingeressit.

Vnde liquet, quàm is sit stultus, qui ad putridi liquoris augmentum, ita temulentia est addictus, ut ea nullis patiatur se machinis auelli, Ergò ad mortem atque nouissima tua continuè meditanda, tuas omnes refer cogitationes. Nam ut D. Gregorius ait: *Nihil adeò valet ad domandum carnis desideria, quàm cogitare qualis sit futura mortua.* Hinc timor oritur futurorum, qui titillantem carnem illecebras, quasi virgulta quaedam mollia, ut quidam Anachoreta dictum solebat, frangit ac dissipat. Vnde Bernardus:

Mortis cōsideratio. Lib. 6. Moral.

Serm: de primor. Med. & nouiss.

Gradu. 6.

Delicias timor si verus est, non admittit. At quid magis timendum quam nouissima? Ipsa sunt Mors, iudicium & Gehenna. Quid horribilius morte? quid iudicio terribilius? Nam gehenna nihil potest intolerabilius cogitari, quid metuet si quis ad ista non trepidat? Non expauescit non timore concutitur? Recenset Ioannes Climachus, quendam fuisse cultorem vitæ Religiosæ, qui præter professionis limites carnis concupiscentiis, non alia tamen in re, quàm cibo & potu habenas nimium laxè permiserat. Is lethali morbo ad extrema deductus horam circiter iacuit exanimis. Sibi tandem redditus oppidè periit, ut omnes à se recederent. Quod vbi factum esset, ille solus in antro relictus, aditum saxi obstruxit, atque inibi duodecim annis ita asperè vixit, ut nulla colloquia admitteret, solo panis frustulo, & aquæ potu, corporis necessitatem interdum subleuans. Sedebat tota die attonitus, ea solùm versans animo, quæ in illo excessu mentis conspexerat, erumpentibus guttatim subinde lacrymis. Ergò cum vicinus morti esset, alii Monachi effracto aditu ingressi, supplices petière, Mnesiosyni loco, pia oratione omnes ad virtutis studiū inci-

incitaret. At ille iā iam moribundus, illorum precibus nihil cessit, hoc solum respondit. *Ignoscite mihi, nemo qui reuera mortis memoriā agnouerit, peccare vquam poterit.* Cui congruit illud quoq; Iosephi Ab-
 Collat. 16. cap. 6. *batis apud Cassianum. Postremum illud est, quod generaliter vitiorum omnium peremptoriū esse non dubium est, ut se quis de hoc mundo credat quotidie migraturum.*

Iudicij
 terror.

Iudicij vero Extremi terror, si viua eius in animo sedeat imago, haud min⁹ morre ad eradicandam atq; explantandā Ebrietatem valebit. Vincet enim ei⁹ rigor, & millies, vincet, omniū iudiciorū, que vquam legimus, audiuius, aspeximus, cuiuscunq; Regis aut Tyranni, omnem adeo quæ cogitari potest feueritatem. Et quidem ita superabit ac vincet, vt innocentissimus Iob illud cogitando præmeditans, quasi terroris magnitudine victus, quid ageret ambiguis animi cogitationibus, distraheretur. *Quid faciat inquit, cū surrexerit ad iudicandū Deus? Et cum quæserit quid respondebo illi? semper quasi tumentes superne fluētus timui Deum, & pondus eius ferre non potui.*

Iob, 31.

Tametsi verò terrorem hunc præcipuè inferat vniuersale illud iudiciū, particulare tamē cuiusq; hominis quod S. Patres & nominatim D. Augustin⁹ ex-
 Li. 2, de anima c. 4. *erceri dicunt, cū primū à corpore discesserit anima, non min⁹ est formidandū. Eo enim mōento de tota vita ratione reddita, vnusquisq; vel ad æterna illic gaudia, pœnis peccatorū omnibus expiatis, admittetur, aut æternis gehēne flammis addicetur. Quod illo Parisiensis Cancellarij Exēplo cuius occasione S. Bruno Carthusianam familiā instituit clarissimè patet: quod, cum omnibus vulgatum sit, atque notissimum, non attinet hīc prolixius recensere.*

Franciscus
 Puteus in
 vita S. Bruno
 nonis.

Pœne infernales.

Appositissimum deniq; capistrū tibi administro quo insolentem ac nimium exorbitantem vni
 appe-

Lib. 3. de
vita con-
templati-
ua cap. 12.

appetentiam reprimas atq; retundas. Quod illud? Lu-
per meditare acerbissimas inferni pœnas, *Cogita,*
inquit Prosper, *quale malum sit, ab illo gaudio diuinæ*
contemplationis excludi, beatissima sanctorum omnium so-
cietate priuari, fieri patriæ cœlestis exterum, mori vitæ
beatæ, morti viuere sempiternæ, in æternum ignem, cum
Diabolo & Angelis eius expelli, vbi sit mors secunda,
damnatis exiliū, vitæ supplicium; non sentire in illo igne
quod illuminat, sentire quod cruciat; Exundantis incēdij
terribiles crepitus pati, barathri fumantis caca caligine
oculos obcœcari, profundo gehennæ fluctuantis immergi,
atrocissimis in æternū dilaniari vermibus, nec finire. Hæc
& similia multa cogitare, nihil est aliud, quā vitis omni-
bus repudiū dare, & oīa blandimēta carnalia refrænare.

Quæ cū ita sint, ij qui temulentix inueteratū vul-
nus efficaciter volent persanare, hoc quasi appposito
emplastro saluberrimo, putridas primū obduratę
consuetudinis gangrænas exedāt, vt nouus tēperan-
tix ac moderationis in potu succrescat amor. Rerū
enim istarū meditatio iugis, quem ab hac voluptate
non absterrebit, cum non immerito in profundum
peccatorum iam nunc deuenisse, ac proinde omnia
quibus æternæ animorum saluti auxilium fertur,
quasi vana ac deridicula contemnere, iudicandū

Nixæus quidem Syracusarum Tyrannus, cum
et arulpices extorum inspectione, vicinam mortem
vaticinati essent, totum potationibus & commes-
sationibus se dedit, Epicurique Legem, quæ san-
cit, *Ede bibe lude post mortem nulla voluptas*, fide-
lissimè amplexus obseruauit. Quid mirum? Ethio-
nicus erat, infidelis erat, futuram post mortem
vnam non nouerat. At quod eodem more Chri-
stiani, quorum vnicuique spiritus sancti ore præ-

Rauisus in
Officiis.

PLUB

Eccl. 14.

nuntiatum est. *Memor esto quonia mors non tardabit, quod eadem inquam vivendi norma, & ipsi dies proterant suos, quasi nec iudicium, nec infern^o, post mortem amplius superfit, illud omnem longissimam excedit admirationem.*

CAPVT XVI.

Remedium II.

Mortificatio inordinatæ appetitionis vini.

- N**aturali fluxu, antidotum hoc alterum ex priorum dimanat. Nam qui se perpetua mortis ac iudicii contemplatione exercuerit, ad mortificandam, atque extirpandam inordinatam vini appetentiam, nullo negotio inflectetur. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, de seipso prædicat S. Apostolus. Et hæc quidem omnium Christianorum professio est, ac scopus, Diuo Ambrosio affirmante.*
- 1. ad Cor. 9.** *Quid aliud in hac vita iusti agent, nisi vt exuant se huius corporis cogitationibus, quæ velut vincula nos ligant, & renuncient voluptatibus, & illecebras frangant? Quare huic operi haud segniter insistendum, si effraenes eiusmodi concupiscentias, animum turbantes, vini præsertim libidinem, expungere mens est. Id verò, quid ni vnusquisq; Christi fide ac nomine insignitus, lubens & gnauiter aggrediatur, vrgeat, exequatur? si mutuo accipis bouem vel equum, ratiocinatur S. Ioannes Chrysostomus, nonne assidue operaris opus tuum in eum? Dicis enim apud te, hodie aut cras tollendus est à me, quia non est meus. Etiam tu in corruptibili corpore natus, quare non ad vtilitatem animæ tuæ, vteris temporali corpore tuo? sciens, quia post modicum tollendum est à te, quia non est tuum? Et Diuus Basilius.*
- Lib. de bono mortu.**
- Homil. 15.** *operu imperfecti in Matth.*
- Cur mortificanda caro?**
- Simile.**

quemadmodum incola, qui alienæ inquilinus est domus, *In Psal. 14.*
ad domini arbitrium eam colit, & exercet: Ita & nobis *Simile.*

carnis diligentia traditur, ut congruè eam exercentes,
fructum ex ea bonum, præbenti, reddamus. Si enim Deo
digna fuerit, fiet eius tabernaculum. Et qui hoc recu-
sant, qui carnem exercere, & eius titillationibus re-
mitti nolunt, omni sanè reprehensione digni sunt,
quod luteæ massæ inordinato amore, nobiliorem
sui partem, animam inquam negligentes, cultu suo,
quem Deus requirit, perfida segnitie destituant.

Qua de re venuste & grauiter Absalon Eremita:

Quidam vir nobilis, & eius seruus, tibi in custodiam da- *Serm. 3. de*
ti sunt, ea lege, ut seruum pane & aqua, more serui: No- *Annūcia.*
bilem secundum dignitatem Natalium suorum, procu- *Deipara*
raret, splendide: Tu verò contrarium; Nobilem fame & *virg. Ma-*
ria.

fati, & multis iniuriis confecisti: Seruum verò delicatè *Simile pul-*
nutristi, omni genere deliciarum, insolentem fecisti, re- *chrum.*

bellum Domino suo, cui insurgens, vulnerat inultus, occi-
dit tandem. Quid respondebis ei, qui vtrumque tibi com-
misit? Tu homo, crudelis homo fuisti, qui nobilem vi-
rum, spiritum & animam, nullis delitiis virtutum, nulla
pinguedine deuotionis refecisti: seruum contumacem nu-
tristi delicatè, qui carnem gula, ebrietatibus, volu-
ptatibus que huius vitæ inescasti. Caro surgit in spiritum:
eum vitis seruire coëgit: eum vulnerauit, occidit. Hæc

ille. Et non inconcinne Seneca: Fateor nos gerere *Epist. 15:*

corporis nostri tutelam; non indulgendum illi: seruien-
dum nego. Multis seruiet, qui corpori seruit, qui pro illo
nimum timeret, qui ad illud omnia refert. Honestum ei

vile est, cui corpus suum nimis charum est. Et alibi: Ma-
ior sum, & ad maiora genitus, quàm vt mancipium *Epist. 66.*
sum corporis mei: contemptus corporis mei, certa liber- *c. 13. aurea*
tas *verba.*

tas

tas est. Quæ omnia, si Ebriosorum animi perpetuo versarent non ita licenter vini libidini adhererent, sed potius immodico appetitu, omni studio ac diligentia præcluso, ardore sobrietatis incensi, à licitis quoque interdum abstinere. Quam qui virtutem attingere parat; vim aliquam vini illecebræ inferre debet, Quod ni faciat, omnis frustra cetero qui labor impendetur. Opprimenda est, ac frangenda in vinum appetentia; quod quidam, & cum sciant, & cum facile queant, nolunt tamen haud minori damno suo, quam Phryx ille fuscus apud Martialem, insignis bibo; cui cum à medicis interdictum esset vino, ni visum, atque oculorum illicò lumen amittere vellet: quo ille nil tegeris, protinus ori admoto vini poculo --

*Eras. Ad-
ag. chil. 2.
cent. 7. nr.
38.*

*Martial.
in Epigr.*

*Valebis, oculo inquit, exitum requiris?
Vinum Phryx; oculus bibit venenum.*

CAPVT XVII.

Remedium III.

Verbi Dei sedula auditio & lectio.

Cum cibus ac potus anime sit verbum Dei, si hoc studiosè perquiratur, non facile quemquam in vitium intemperantiæ vini lapsurum, ipsa res indicare videtur. Nam cui potus ac cibus anime cordi est, de corporalib⁹ illis delitiis, quas cum brutis communes habemus, parum sollicitus erit, imò ut multis contestatum exemplis, cum fastidio nauiseabundo non rarò illas gustabit.

Matth. 4. Id nobis remedium Christus ipse legitur suppeditasse, cum se tentanti Diabolo, sic respondit: *Non in solo pane,* non in solo cibo & potu corporali, *vult*

homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Con-
 firmans præcipuam hominis vitam, in hoc spiritua-
 li velut cibo & potu, verbo Dei. Cuius saturitate,
 cum primis repleti concedet sobrietatis studiosos,
 et animam à desiderijs carnalibus abstracta, cœlesti-
 um voluptatum cupiditate inflammetur: quo fiet,
 ut temulentia sordes promptissimè respuat, atque
 ad omnem virtutis dignitatem sese accommodet.
 qua in re, quantum viua Vox præconum verbi Dei
 valeat, vix explicari potest. Adolescens quidam A-
 theniensis, Palæmon nomine, potationibus addi-
 tissimus, cum quadam vice Xenocratis scholam,
 domum contendens transiret, aperto ostio, ad au-
 diendum, è mera curiositate Philosophum, corol-
 lis redimitus, & unguento perfusus, superbissimo-
 que vestitu excultus, ingressus Lycæum, cæteris se-
 se auditoribus immiscuit, satis impudenter, eisque
 propter inconditos, quos ructabat sales, non par-
 uam attulit molestiam. Dissimulabat Xenocrates,
 id quasi non curaret, tacite interim relicta quam
 pertractabat materia, de sobrietate orationem ex-
 ortus, eius laudes plurimum amplificauit: qua co-
 hortatione ita permotus illicò fuit Palæmon, ut
 ferta primùm abiceret, deindè verecundè manus
 pallio tegeter, atque absconderet: postremò, vi-
 tam degenerem, in Philosophiam veram commu-
 taret, in qua præ aliis demùm insignis euasit. Hoc
 si potuit Ethnici hominis oratio, quid ni verbum
 DEI, quod ancipitis instar gladii hominum corda
 penetrat atque discindit? Quamobrem iis, qui te-
 mulentiam deserere statuunt, diligens eius vsus,
 atque auditio, serio inculcanda. nihil enim, sa-
 pientia teste, sic vitiorum humores exiccat, nihil
 ita flagitiorum vulnera persanat, ut verbum Dei.

*Rauis in
 officina ex
 Diog. La-
 ertio.*

Sap. 16. Non herba aut malagma sanauit eos, sed sermo tuus Domine, qui sanat omnia. Quod si quisquam sit, qui hoc pharmaco à vitiis non conualefcit, de salute illius ita conclamarum iudico, vt de illo, qui animam agens, lecto affixus hæret, morbo omni medicina vehementiore, iam iam opprimendus.

Quanta virtutis sit verbum Dei. Piorum librorum lectionem, non est quod prolixè commendem iis, qui in sobrietatis palæstra exerceri volunt. Summa eius vtilitas constat, parua difficultas patet. Eunuchus ille Candaeis Regina, dum legit Isaiaæ Prophetiam, à Domino illuminatur. Iosias Rex, diuinæ legis ante se codice perfectio, tantam diuinæ lucis & pietatis gratiam ac sensum est consecutus, vt inter Iudæ Reges, vix vllus ei similis memoretur. Et sancta Cæcilia, vt in eius vita legitur, *Euangelium Christi, semper gerebat in petlore.* Sancta Theodosia ad infamem conducta locum, nullo se armorum alio genere tuebatur, contra carnis immodicas cupiditates, quàm attentissima lectione, diuinorum Euangeliorum, cuius reperquàm illustre est exemplum Diuus Augustinus, qui cælesti voce: *Tolle, lege,* admonitus aperto volumine, Epistolarum Diui Pauli, in hæc verba incidit. *Non in cubilibus & impudicitis; sed induimini Dominum Iesum Christum; & carnis curam ne feceritis.* Quæ lectio tantum potuit, vt statim solutus in lachrymas, constituerit, omni relicta impuritate, continentiam suam Deo consecrare.

4. Reg. 24.

Sur. Tom. in eius vita.

Lib. 9. confess. cap. 12.

Petr. Mafseus lib. 1. eius vite in initio.

Constat item è vita beati patris Ignatii, societatis Iesu fundatoris, eum in arce Pampelonensi læso crure decumbentem, è sacrorum librorum lectione, suæ conuersionis primordia hausisse.

Quisquis ergò virtutis alicuius amore se tactum

persentiscit, (sobrietatem hinc præcipuè locum habere velim,) is verbo Dei, & sacrorum librorum atque assidua lectioni, se impendio dedat: In qua sæpenumerò, tanquam in arena gladiatori, consilium instituendæ vitæ occurret. Ex quo capite Nepotianum admonet Diuus Hieronymus: *Diuinas Scripturas sapius lege: imò nunquam de manibus tuis sacra lectio deponatur.* Et alibi: *Post Scripturas sanctas, doctorum hominum Tractatus lege, eorum dumtaxat, quorum fides nota est.* Demùm ad Eusebium scribens, sic ait: *Crebrius lege, discè quàm plurima, tenenti codicem, somnus obrepat, & cadentem faciem, pagina sancta suscipiat.*

Epist. ad Nepotianum de vita cleri. Epist. ad Furiam de seruanda virg. De custodia virginitatis.

CAPVT XVIII.

Remedium IV.

Frequens piorum operum orationis præsertim exercitium.

Desideria occidunt pigrum, inquit Salomon, nolunt quicquam manus eius operari: tota die concupiscit & desiderat. Quid enim fecus ferat, quid aliud suadeat iners ocium? Quod omnium malorum ostium, alibi obserans, iubet. *Quod potest manus tua instanter operare.* Quare illud principiò suaserim ei, qui expulsa Temulentia; sobrietatis tramitem persequi est orsus, vt toto vitæ tempore, cum è strato manè surgit, firmissimè proponat, Ebrietatis peccato, se DEVM illo die non offensurum. Ita fiet, vt non facile eadem oberret chorda, quod vulgò fertur, atque ad eundem turpiter impingat lapidem.

Prouer. 21. Oculi fuga sobrietatis studio pernecessaria.

Eccl. 19.

Serid singulis dieb. manè renouandum sobrietatis propositum.

O 3 Dein-

Deinde, aut manuum labore, aut piis operibus & oratione, totum diem transigendi, animum inducat. Consultum id quoque ab omnibus SS. patribus, iis, qui virtutis honestatem consecrari volunt. Faci-

*Epist. ad
Rust. Mo-
nach. de
forma vi-
uendi.
Ocium ex-
ecrantur
S. Patres.*

*Hom. 8. de
Ozia.*

*Lib. 10 de
spiritu A-
rd. c. 6.*

*Serm. de
S. Andrea
apost.*

*Luca. li. 1.
de bello ci-
uili.*

to aliquid operis, monet Diuus Hieronymus, ut in semper Diabolus inueniat occupatum. Ibidem post pauca: Nunquam de manu tua & oculis recedat liber, discatur Psalterium ad verbum. Oratio sine intermissione, vigil sensus, nec vanis cogitationibus patens. Periculo quippe res non caret in eadem vitia reincidenti, nisi continuè bonorum operum exercicio dis-

stinearis. Nam vt Diuus Chrysostomus: Sicut scho- nobatae, qui in funibus, sursum deorsumque, extensis, ascendere & descendere solent, si parum respexerint, praecipites in Orchestram decidunt, & pereunt: Ita in hac vita ambulantes, si parumper fuerint desides, in praecipitium feruntur. Via enim haec & angustior & diu- tior, nec non periculosior, quam funis ille, imò & multo sub-

limior est. Confirmat idem Cassianus: Mens enim ociosi, nihil aliud cogitare nouit, quam de escis ac ven- tre; donec inuenta quandoque sodalitate, cuiusquam viri vel feminae, aequali tepore torpentis, rebus eorum ac necessitatibus inuoluatur, & ita paulatim reddatur noxiis occupationibus irretitus, vt tanquam serpenti in-

spiris obstrictus, nunquam deinceps, ad perfectionem professionis antiquae se valeat enodare. Et sanctus Bern- ardus: Sicut per rimam sentinae, aquae latenter intrant & excrescunt, donec nauis per nauitarum incuriam de- mergitur: Ita ex ocio atque ignauia, cogitationes pra- uae, & concupiscentiae multiplicantur; donec nauis cor- dis eis succumbens, in peccato veteri periclitetur. Vnde

venuste Poeta:

Variam

Variam semper dant otia mentem.

Et alius:

*Otia si tollas periēre cupidinis arcus,
Contemptaq; iacent, & sine luce, faces.*

*Queritur: Fugistus quare sit factus adulter?
In promptu causa est: desidiosus erat.*

*Ouid. lib.
1. de Re-
med. amo-
ri.*

Quæ causa fuit, vt plerique sapientes, otia sic ha-
buerint exosa, vt cūm, quod agerent, nihil esset,
quiduis excogitarent, vt laborando saltem aliquid,
horas diei solidas fallerent. Quæ ratione Diogenes
Cynicus otii pertæsus, dolium suum, quod ei domus
erat, vltro citroq; voluit. Themistocles Græciæ dux
fortissimus, *desidiam hominis viui sepulturam*, nun-
cupauit. Cato Senior semper se harum rerum pœnis
ruisse asserit; si mulieri arcana detexisset; aut si mari
profectus esset, quò terrestri itinere eundi facultatē
habebat, aut si per negligentiam diem frustra elabi per-
misset, quod hoc vltimum, *voluptatis incentiuum*
pernosset efficacissimum.

*Autor
Theatri
vite hum.
vol. 1. lib. 1.
lib. 2.
Guido Bit-
ur. desidia
Plutar-
chus in Ca-
to. & Ful-
gos l. 1. c. 2.*

Prima ergò & potissima eius, qui sobrietatem
complectitur cura, in continuo, si non laboris cor-
poralis, aliorum saltem laudabilium operum exer-
cicio, collocetur.

Et orationi suus, præcipuè hic locus est: nihile-
nim ad expugnanda vitia validius, nihil fortius
excogitabitur, pia precatio, non tamen quauis,
sed ea, quæ frequens, continua atque perseuerans,
desiderio veræ virtutis inflammatur. Hoc est remedi-
um, inquit S. Isidorus, *Homo quolibet tægatur vitio, to-
tius ad orationē subdat se, quia frequens oratio vitiorū
impugnationē extinguit. Intēdere oportet animū, orando
atq; pulsando, quousq; importunas desideriorū carnaliū*

*Orationū
studium
Sobrio sua-
detur.
Lib. 3. de
summo bo-
no cap 7.*

*Orationi
firma spes
adiungen-
da.
Lib. 2. de
symbolo,
cap. 2.*

*Orationi
charitatē
comitem
oportet esse
Lib. 10. cō.
sess. 629.*

*suggestiones, fortissima intentione superemus, actam-
diu insistere, quousque persistendo vincamus. Nam ne-
gligentes orationes, nec ab ipso homine impetrare va-
lent, quod volunt. Certa insuper diuinæ misericor-
diæ spes necessaria est, qua oratio fulcitur. Duplici-
bus armis, inquit sanctus Augustinus, Impugna-
mur à Diabolo voluptate & timore. similiter nosmet-
ipsos armemus contra timorem, timore Dei firma sit
subnixo, contra voluptatem non desit fides. Et quid mi-
tuit Christianus, quando admonetur sic orare, sic presu-
mere, sic fidere vt dicat: Dominus mihi adiutor, & ego
despiciam inimicos meos?*

*Si demùm veræ ac perfectæ charitatis ardor ac-
cedat, quid erit, quod talis oratio non impetret. Vt
eiusmodi orationis quoddam tibi schema, quasi ob-
oculos subiiciam; Intuere Diuum Augustinum ad
Deum pro continentia orantem: Tota spes mea, non
nisi in magna valde misericordia tua Deus. Da quod iu-
bes, & iube quod vis. Imperas nobis continentiam, per
quam colligimur, & redigimur in vnum; à quo in multa
defluximus; Minus enim te amat, qui tecum aliquid a-
mat, quod propter te non amat. O amor qui semper ar-
des, & nunquam extingueris, charitas, Deus meus accen-
de me. continentiam iubes, da quod iubes, & iube quod
vis. Qua pietatis flamma si arserint, qua spei firmi-
tate si se ad Deum erexerint, preces tuæ, pro sobrie-
tatis dono, ab eo qui Spiritum bonum promi-
sit petentibus, infallibili certitu-
dine exaudien-
tur.*

¶ (?) ¶



CAPVT XIX.

Remedium V.

Breuitas delectationis è Temulentia percepta, cum sequentibus tormentis comparata.

Superius quoq; disertum non nihil, de huius delectationis mira breuitate: Verum quia *δὲ καὶ* *καλὸν*, Et quod cognitu necessarium, subinde repeti, Plato quoq; permittit, obiter nonnulla superioribus adiiciemus.

Consistit primò, huius vitij Delectatio, non in maiori loco, quàm duorum digitorum, non in longiore tempore, quàm forsan duorum momentorum, quibus guttur permeat potus, tu videris, an obstant leuem, ac momentaneam voluptatem, conueniat, te tot miseriis, quas longè ac latè priori libro recensuimus, subiicere? Voluptas illa breuissima vbi transferit, vbi euauerit, à gutture, animam relinquet tristem, atq; desolatam in conscientia. Sin autem voluptas illa vincatur, est quod plurimum gaudeat, ac lætetur, iuxta illud aureum Auli Gellij verbum. *Si quid feceris cum labore, labor abit, & honorum manet: Si quid turpe cum voluptate, voluptas abit, turpitudine manet.* Quod in hoc vitio valdè conspicuum, cuiusq; experto.

Quanta verò dementia est, tam breuiuscula illecebra, tot cruciatus comparare? tot pœnas sibi met infligere? tot flagella, tot cruces, tot rotas, quasi in proprium caput cumulare? præcedunt eam delectationem tormenta; comitantur quoque, & sequuntur.

Qui præambulones? ardens sitis, & anhelans cupiditas, quæ temulentos plurimum excarnificat, do-

Locus delectationis è vino percepta angustissimus: Et tempus duorum momentorum.

In notis huius Atticis Sententia perillustrat

Tormenta Ebrietatem præcedentia.

Concomi-
tantur Te-
mulentia-
am tor-
menta.

nec vino potiantur. Qui comites latera cingentes? Dolor, quod non ingentes illico amphoras ingerere possint, quod sitis non sit acrior, ut plurimum absorbere vini queant. hoc non credas? Cur ergo balsamenta adhibent? Cur aridos ac salitos cibos? Cur pipere, Zingibere, & aliis aromatibus conditos hios? Quibus ardorem ac siccitatem excitent, unde sinus oritur, ut multum vini capere valeant; Atque non student calicibus epotandis, vacantes potibus, & dante symbola.

Prou. 23.

Sequentia
Ebricitate-
tem tor-
menta.

Qui huius delectationis dolores pedissequi? stomachi distentio, capitis vertigo, nausea, vomitus, mentis ac sensuum alienatio. Taceo infinitos morbos, pretereo eternas inferni poenas, ac flagella, quorum quaedam saltem, si antea quam vinum degustasset, quis experiri debuisset, nec vi adhibita, ad bibendum immodicè, impelli potuisset, quod etiam Comicus quidam Græcus aduertit.

Interprete
Henrico
Stephano
in Senten-
tiis.

*Si factus esset antequam quis Ebrius,
Caput granare iam soleret crapula,
Potare nemo vellet vnquam largius,
Pœnam sed istam se manere, haud cozzitans,
Ad pocula auidus est, meraca, quilibet.*

3. Tristia.

Verum nihil ista temulentos morantur, ubi dolor abierit, illicò ad antiquam reditur Syluam, iuxta illud Ouidij.

*At nunc tanta meo comes est insania morbo.
Saxa memor refero rursus ad iccta pedem.*

Apud Sto-
be. ser. 18.
de incon-
tinentia.

Quid hinc emolumentum? Antisthenem audi, *Friv-
tiones ac voluptates quæ non per ianuas ingrediuntur,
opus habent aut sectione, aut helleborismo, aut fame ma-
cerari, ut malas poenas luat illa ingurgitatio, quam bre-
uissime voluptatis gratia admisimus.*

Certe

Certè magno hæc delicias emit, qui cum iis au-
 starij loco, gehennam sibi comparat, nec magni fa-
 cturam suam, qui mauult eam ad æterna suppli-
 cia condemnare, quàm leuicplam aliquam volup-
 tualam amittere. Quæ hæc dementia? primum vt
 vides, omnis ea suauitas Temulentie, infinitam pro-
 pè coniunctam habet amaritudinem. Quin imò si
 quod non est, eam faciamus merum, mel ac Saccha-
 rum, quam fugax est? Quàm breuis? quàm exiguo
 durat momento? duret verò etiam centum aut du-
 centos annos, quantulū hi sunt præ illa cruciatuum
 infinitate? Preclare D. Ioan. Chrysof. Insanum esse
 eum, qui vt semel iucundo somnio frui possit, per totum
 vitæ tempus se grauissimis cruciatibus torquendum of-
 ferat. Vos id facitis ò temulenti, imo non solum to-
 tius vitæ, sed intolerabiles vobis, atq; perpetuos cru-
 ciatus conciliatis. Quod vtrinq; , mentis ac cogita-
 tionum statera iustè ponderatum, efficacissimum
 erit, ad Ebrietatem euiciendam, remedium.

Epist. 5.
 ad Theo.

CAPVT XX.

Remedium VI.

Perennis ac cœlestis illius conuiuij meditatio.

Non absq; graui, atq; vrgenti causa, existiman-
 dum, Prophetam Ioëlem ita serio inclamasse
 Ebrios. *Expergiscimini Ebrij, & flete, & ululate,*
 omnes qui bibitis vinum in dulcedine, *Expergiscimini,*
 inquit, è veterno illo quem crapula vobis peperit,
 & fletibus atque lamentis, vestras deplorate cala-
 mitates, *qui bibitis vinum in dulcedine,* qui pro tam
 fugaci delectatiuncula, æternum illud & omni vo-
 lupta-

Ioel. i.

luptate, affatim atq; copiose repletum conuiuium, amittitis. *Expergiscimini*, mentis excitando cogitationes, ad expendendum, quanta sit vestra vecordia. Aliud vos manebat conuiuium, alia cœna, quam æternus ille paterfamilias lautissimè instruxit, in qua filius eius transiens ministrabit conuiuiis, & eundem quo ipse fruitur potum, atque Epulas illis apponet. *Ego, inquit, dispono vobis, sicut disposuit mihi pater, & edatis & bibatis super mensam meam; in regno meo.* Opi parum hoc, ac splendidum conuiuium, venditis, perditis, transitoria voluptate, quæ instar fumæ euanescit, in ictu oculi, in momento. Quæ hæc vesania? Quis furor? Quæ amentia? Illud perenne conuiuium, quo accumbentes, diuinæ voluptatis torrente iucundissimo potantur, tam temerè negligere? tam caducæ ac friuolæ rei postponere? An voluptatis illius æternæ te fugit magnitudo?

*Luce. 22.
Cœlestis
conuiuij
neglectus.*

Psal. 35.

*Locus per-
rennis illi-
us conui-
uij.*

Si *Domum* respicis, si palatium, vbi conuiuium istud æuiternum instituetur, quàm *locus* ille decorus, quàm fulgidus, quàm splendidus, quàm omnium iucundissimarum rerum ac preciosissimæ suppelletilis copia affluens? Dei namq; sedes ac regia, cœlum, non fictè ostendit exterius pulchritudinem solis, lunæ ac stellarum reliquarum, quam interiù non millies contineat. Omnis à Deo procul abest fictio, fucus omnis & simulatio. Illustratur palatium illud lumine gloriæ, ornatur ab ipso Deo, ab Angelis & omnibus electis, vt elegantissimis quibusdam peristromatibus & aulæis. Portæ nitent margaritis, auro fulget pavementum, parietes è saphyro, smaragdo, carbunculo, aliisque præstantissimis gemmis splendescunt.

*Dapes illi-
us conuiuij.* Si *Dapes* & *fercula* consideres, diuina tibi apponitur essentia, cuius contemplatione, ac fruitione, satia-

frabitur anima tua, & sic potabitur copiose, vt in g-
 uernum amplius, nec fitiat, nec esuriat, pretiosum
 nihilominus illud ferculum iugiter degustet, ac
 vinum delicatissimum diuini amoris, perpetuo
 libet.

Si *voluptatis magnitudinem* intueris, tam illa est *Voluptates*
 ampla, tam immensa, vt nec oculus eam viderit, nec *illinc hau-*
 auris audiuerit, neq; in cor hominis vllius ascende- *ste.*
 rit. Nam si Sancti Martyres, qui voluptatem illam in
 hac vita solum pitissauerant, vt ita loquar, tot ac tan-
 ta tormenta, eius incensi desiderio, lubentissimè su-
 stinuerunt, vt substratos pedibus carbones, ceu a-
 mœnissimas rosas, persæpè calcarent, quantum de-
 lectabit in affecuta re, quod adeo recreabat in futu-
 ra spe? Si tantum poterat, Arrha voluptatis, diui-
 na inquam gratia, sanctis hic collata; quando plus
 valebit eius plenissima atque superfluentissima so-
 lutio?

Si *voluptatum* perpendis *multiplicem copiam*, nihil *Volupta-*
 erit in corpore tuo, nihil in anima tua, quod ea non *tum mul-*
 perfundetur, modo sibi conuenienti. Ibi erit florida *tiplicitas.*
 iuuentus sine morosa senectute, fortitudo sine de-
 bilitate, satietas sine fastidio, libertas sine seruitute,
 pulchritudo sine deformitate; impassibilitas sine
 pœnalitate; pax sine omni perturbatione; abundan-
 tia sine omni indigentia; securitas sine omni timo-
 re: Cognitio sine omni ignorantia; omnia inquam
 sine defectu.

Si *Societatem conuiuorum* contemplaris, quinam *Conuiuia-*
 illi? Christus Iesus Dei filius, tuæ salutis assertor ac *rum socie-*
 vindex; Beatissima eius mater, sancti omnes Patri- *tas.*
 archæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, Confessores,
 virgines, viduæ, omnes deniq; electi, quos Deus pa-
 ter, ab æterno prædestinavit, conformes fieri imagines *Rom. 8.*
filij sui. Aperi

Aperiergò iam nunc, ò Temulente, cordis tui oculos, ac vide, num cœlo popinâ, num illecebre momentaneæ, in omne ævum duraturas, perennes atq; incredibiles voluptates, num pauculorum scurrarum ac sympotarum commercio, cœlestem illam Societatem, deceat commutare.

Repulsa fri- uole excu- satiuncu- læ. Atqui ego id non faxo inquis: faceſſat hæc à me procul cogitatio, nolim tam omnis rationis ac ſenſus expers haberi. Et quid ni faxis? En D. Hieronimū te conuincentem, atq; huius tuæ vecordiæ te con-

Hieron. in Epiſt. arguentem. *Difficile imò impoſſibile eſt, vt præſentibus quis, & futuris fruatur bonis, vt hic ventrem, & illic mentem impleat, & de delitiis tranſeat ad delicias.*

Æterni conuiuij ractura. Reſiſce ergo, & ſi cœnam illam appetis, non te hic ingurgites, non te hic repleas, in prandio huius mundi. Aut cœnam illic diuinę perennitatis, aut hic prandiū ſœdę voluptatis, oportet vt omittas. Vtrumque ſimul vix ſtabit, Hinc iſidorus, *Cui eſt abundantis*

Lib. 2. de ſummo bono cap. 42. *Epularum ac vini, ardentis diuitis attendat ſupplicium, cuius tanta in inferno, inter ignes erat inopia, quanta hic Epularum ac potus copia fuit. In hoc enim ſæculo eſſare ac ſitire noluit, propterea inter flammas ſitiens guttulam aque quæſiuit, nec habere meruit. Minatur id omnibus*

Iſaiæ. 65. *temulentis ipſe Dominus per Prophetam. Ecce ſerui mei comedent, & vos eſurietis; Ecce ſerui mei bibent, & vos ſitietis. Ecce ſerui mei letabuntur, & vos confundemini: Ecce ſerui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos cum contritione cordis ululabitis. Quid cauſa? tanta erit fitis veſtra, tam ardens, tam æſtuans, vt fiduciaſſimum deſideriumq; ſitis habituri, vt Iordanis fluat in ora, nec guttulam miſeri poteritis nanciſci.*

Iob. 40. Quocirca, cœleſtium memores epularum diuiniffimiq; Nectaris & Ambroſiæ non ita temerè, libidinè-

inibus vini, vos inescari finite, ne à summa illa iu-
 unditate exclusi, perpetuis vos calamitatibus atq;
 miseris implicetis. Quin potius, omni telorum ge-
 nere, cominus atq; eminus, Temulentia vitium op-
 pugnat, ac bonis auspiciis tandem expugnat.

CAPVT XXI.

Remedium VI.

Fuga potatorum.

Ordine hoc vltimum esto Temulentie remedi-
 um, at necessitate arx aliorum & caput, quo
 absente, quidquid laboris impendatur, impossibilia
 captabis, hydrā secabis. Nam si vt Aristoteles inquit,
 οὐλοῖς πρὸς κολοῖον ἰζάει, *Graculus semper Gra-
 culo asidet.* Si Temulentus temulento conuersatur,
 quantumcunq; sobrietatis cultum induxerit animo,
 facili negotio ad superfluum potum iterum indu-
 cetur, atq; ita Penelopes telam texet.

Vnde Dauid; *cum sancto sanctus eris, & cum viro
 innocente, innocens eris, & cū electo electus eris, & cum
 peruerso peruerteris.* Et Salomon. *Qui cum sapientibus
 graditur, sapiens erit, amicus stultorum similis efficietur.*
 Et in Ecclesiastico *Qui tetigerit picem, inquinabitur
 ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiā.*
 Et D. Paulus. *Modicum fermentū totā massam corrumpit.*

Animaduersum id quoq; à sanctis patribus vnde
 Gregorius. *Infirmi debent vitare societatem prauo-
 rum, ne mala quæ frequenter aspiciunt, & corrigere non
 valent, delectentur imitari.* Et S. Ioan. Chrylost. *Rerum
 natura sic est, vt quoties bonus malo coniungitur, non ex
 bono malus melioretur, sed ex malo bonus contaminetur.*

In Rhetoric. Et li. 8. moral.

*Noxæ con-
 uersationis
 cum homi-
 nibus per-
 ditū.*

*Psalm. 77.
 Prou. 13.
 Eccl. 13.
 1. Cor. 5.*

*Homi. 9. in
 Ezechiel.*

*Homil. 18.
 operis im-
 perfecti in
 Diuer-
 Matth.*

Diuerſitas enim rerum, nunquam poteſt habere concordiam, & multos ſollicitat ſocietas nefanda.

Simile.

Aiunt quando duas teſtudines, neruis æqualiter diſtentiſ, ad eandem harmoniam concordaueris, pulſata alterius chorda, moueri ſimiliter, quæ ipſi in altera teſtudine concordat, eſi non tetigeris; cuius cauſſam, muſices periti, ponunt neruorum conuenientiam. Ita planè ſocietas, vel cum virtuofis, vel cum flagitioſis, tum ad virtutem, tum ad vitium, ſola morum imitatione, eſi aliud incentiuum non addideris, plurimum habet momenti,

Erasm.

Adag. Chilian. 1. Centur. 1.

Quod & Pythagoram illa veteri parcemia notaſe volunt: μή γεύεσθαι τῷ μελανέρω — ne guſtaueris ex iis quibus nigra eſt cauda, ne iis te adiungas, apud quos virtus, apud quos ſobrietates exulat. Et Poeta græcus.

Theog. in ſenten.

Αἰχρόν τοῖ μεθύοντα παρ' αὐδ' ἔασι νήφεις εἶναι

Αἰχρόν δ' εἰ νήφων παρ' μεθύσει μύνη.

Turpe eſt virum Ebrium apud ſobrios eſſe.

Turpe item ſi ſobrius cum ebriis fuerit.

Inuenalis Satyra, 2.

Cur turpe? cur malum? cur vetitum, eſſe ſobrium cum Ebriis? cauſſam indicat Satyricus

Dedit hæc contagio labem,

Et dabit in plures: ſicut grex totus in agris,

Vnius ſcabie cadit, & prurigine porci;

Vuaq; contacta liuorem ducit ab vna.

Aſpice quid faciunt commercia.

Velis ergò remiſſe, & Iouis quod aiunt quadrigis, fugienda ſobrietatis amatori, temulentorum ſocietas, ni ad volutabrum, ſus lota, propediem redire velis.

Quod ſi tibi ſocietatis nimium appetenti, abſque aliorum conuerſatione, moleſtum ſit vitam degere, & hic tibi laxantur frænæ libertatis, ſobrios, atque Ebrios

vnquam? Et si verò culpam sibi nullam temulentia sua conflauerit, tamen eam, nec inultam tulit, nam quod ei nunquam aliàs contigerat, mente alienatus, ac sopore graui pressus, in tabernaculo suo nudus conspicitur, à iuniori filio ludibrio habetur, atque vanissimè irridetur. Hanc tu nullam temulentiam illatam noxam dixens? quæ tametsi culpa vacaret, atque ideò à nemine fuerit ipse reprehensus, pœnæ tamè exors non fuit, ut inebriatus, Ebrietatem, etiam absque vlla culpa contractam damno tamen, ac periculis non esse immunem.

Varie sententiae de Temulentia Loth.

Loth verò, qui omninò excusari possit, vix video cum ea in re ipsos quoque S. Patres, diuinarum scripturarum S. spiritu illuminatos commentatores, videri anticipiti sententia distractos. Quidam ex parte, quos omninò excusant; alij omninò ei vitio temulentiam illam vertunt. Quamobrem, operæ precium facturus videor, si quibusdam ipsorummet adductis testimoniis, huic rei lucem aliquam attulerò. Inter eos qui minus agunt, excusando, primus occurrit Ioan. Chrysostomus. is ita scribit. *Loth Ebricus factus est, non ex nimio vini amore, sed quia paulò largius bibit, non quidem ex incontinentia, sed ut leniret ac mitigaret tristitiam atque animi egritudinem, tam suam quam filiarum, ob bonorum amissionem, et cognatorum, amicorumque, atque uxoris interitum, et ob presentem solitudinem et penuriam perierat omnium.* Procopius item Gazæus in hunc modum loquitur. *Verum, Ebrietas Lothi imputatur calamitatis quæ afflixit omnem Sodomitarum gentem, quam impatientius senex ille, quasi quadam commiseratione tulit, ut eum facilius prostrauerit vinum. nec mirum id apud me, si sciat quis vbertim, ac superbibat deinde vini vel modicum, facilius multò inebriabitur, quam quouis alius.* Quia caput, ad excipiendos vini fumos, lahymentorumque plurimum disponitur, Et iterum alio in loco

Comment. in Gen. c. 19.

Verum, Ebrietas Lothi imputatur calamitatis quæ afflixit omnem Sodomitarum gentem, quam impatientius senex ille, quasi quadam commiseratione tulit, ut eum facilius prostrauerit vinum. nec mirum id apud me, si sciat quis vbertim, ac superbibat deinde vini vel modicum, facilius multò inebriabitur, quam quouis alius. Quia caput, ad excipiendos vini fumos, lahymentorumque plurimum disponitur, Et iterum alio in loco

Verum quaestio oritur ac moueri potest, quae causa impu-
 rit Lothi, qui vini virtutem praecognita habebat, ut E-
 brietati operam dederit? Forſitan (ut reſponſum detur)
 largius merum ingurgitauerat, ut abigeret triſtitiam &
 natum, quem ex illa calamitate acceperat, & ſic vino ſe-
 metipſum nonnihil conſolatus eſt.

In caput
9. Gen.

Theodoretus partim inculſat partim excuſat. E-
 brietas inquit Lothi, nonnulla habet reprehensionem, venia

Quaeſt. 69.
in Gen.

tamen temperata, ſiquidem per quam egeret ferens & anxi-
 us, ſe omnibus ſimul bonis, ſua etiam vxore ſpoliatum eſſe,
 viuo animi egritudine ſolabatur. Nec cum filia illi vi-
 num largius ſunderent, quid filiae ſtruerent, ac molirentur,
 intelligebat, ſed ad leniendam mitigandamque triſtiti-
 am, id fieri ab illis, ſuſpicabatur. In altero extremo eſt

L. 22. Con-
tra Fau-
ſtum. 43.

D. Auguſt. Omnem excuſationis pretextum reuici-
 ens. Haec eius ſunt verba. Culpandus eſt Loth, non quan-
 tum ille inceſtus, ſed quantum illa Ebrietas merebatur.

Nam Ebrietate, & lex aeterna condemnat, quae cibum &
 potum ſecundum ordinem naturalem, non niſi gratia con-
 ſeruanda ſalutis admittit. Quid enim cogebat, ut Loth, ſi-
 labus ſuis, crebra vina miſcentibus, aut fortasſe non mix-
 ta, crebro porrigentibus, conſentiret ac crederet? An per
 hoc filias, nimirum triſtitiā ſingentes, ita voluit conſo-
 lari, ut illius deſtitutionis, & materni luſus dolor, de
 cogitatione mentis ebrae fugaretur, etiam ipſas tantun-
 dem bibere exiſtimans, & aliqua fraude agentes, ne bibe-
 rent? Veruntamen, etiam talem triſtibus ſuis adhibere con-
 ſolationem, quomodo virum iuſtum decuerit non videmus.

Haec Auguſt. Idem ſentit Origenes de caſu iſto ſic di-
 ſputas. Audite & cauete, O vos, quibus Ebrietas non in
 crimine, ſed in uſu eſt. Decepit Loth Ebrietas, quae Sodoma
 non deceperat. Vritur Ebrius flammis mulierum, quem

Homil. 5.
in Genes.

Lib. 1. de
Abraham.

Sobrium sulphurea flamma nõ attigerat. Et S. Ambrosius: Discamus hinc, vitandam Ebrietatem, per quam crimina cauere non possumus. Nam quæ sobrii cauemus, per Ebrietatem ignorâtes committimus. Parum est, quod ea inflammat libidines, & accendit cupiditates corporis: ipsam quoque mentem subruit, & animum capiti, & sensum extorquet. Nesciunt quid loquantur, qui nimio indulgent vino, & iacent sepulti: Ideoque si qua per vinum deliquerint, apud sapientes Iudices venia quidem facta donantur, sed leuitatis notantur auctores: Quanta ipsa deformitas, vt soluantur vires, incessus vacillet. Multi se fortes putant, nunquid fortiores quàm Lotus. Num continentiores quàm Noë? Non vtique vitia Patriarcharum Scriptura exposuit, quos victos vino legimus, sed vt tu disceres, quid caueres. Ille nudus iacuit. Iste filiarum errori paruit. Et Noë iustus deceptus est, quia vini vis adhuc ignorabatur, sed in illo instructus es, ne tu ignorares. Loth filiabus se credidit, & per seueritatem madidam, vino solutus, commisit incestum ignarus. Tu sic bibe ne capiaris. Instruant nos Patriarchæ, non solum docentes, sed etiam errantes. Ideo iteratam est exemplum ebrietatis, vt confirmaretur magisterina cautionis. Hęc Ambrosius.

Loco cita-
to.

Adestum ergò, qui hoc pallio tuam integritatem. Quid hinc effugii? Quid præsidii capies? Imò, & maioris te culpæ reum faciunt, hæc exempla. Et vt S. Ambrosii verbis utar: Illis instructus es vt tu ignorares, tam abominabile peccatum, & omnis mali fontem atq; scaturiginem, esse temulentiam,



CAPVT XXIII.

Temulentorum effugium secundum ex illo Ioan.

2. *Et cum inebriati fuerint.*

Christus, inquit, in nuptiis Canæ Galileæ, vinum optimum ex aqua produxit, quo, vt Evangelicus textus aperte confirmat, conuiuæ inebriarentur. Cur ergo sit uideò abominanda Ebrietas? cur ita magnoperè homini Christiano fugienda?

Obiectio
secunda.
Ioann. 2.

Responsio.

Aranæ telas hinc textitis, ô Temulenti. Nō legitur ibi Christus vllius Ebrietatis auctor. Omnis homo, inquit Scriptura, primū vinū bonum ponit, & cum inebriati fuerint, tūc id quod deteri⁹ est. En illud inebriari non ad Christū vllō modo, sed ad alios homines relatiū. Quid hinc ergo causæ tuæ fauoris cōcilias? Deinde, si verbum illud inebriari, in animo tuo scandalī scrupulum gignit, haud magno negotio is eximitur. Noueris itaque, inebriandi verbum, in Scriptura sacra, non semper veram vini Ebrietatem designare, sed sæpenumero sufficientem vini satietatem importare. An hunc explicandi sensum ex meo finxerim cerebro? Iniuria id tibi de me persuades. En D. Ioann. Chrysosto. præclarissimum scripturarum interpretem, apertis verbis id confirmantem. Ebrietatis nomen, charissime, in sacra Scriptura, non vbique de Temulentia dictum est, sed & satietatem significat. Audi Dauid dicentem. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, hoc est, implebuntur. Huic sententiæ suffragatur quoq; Procopius. Inebriari, in sacra scriptura sumitur, pro flagrare, aut incallescere vino, nō autē pro nimio vini excessu. Cōfirmat id Philo Iudæus ex græco

Solutio.

Homil. 28.
in Gen. c. 9.

Commēt.
in Gen. c. 9.

P 3 ver-

Libro de
plantar.
Noë circa
finem.

verbo μεθύειν, quod inebriari significat. Atque hæc eius verba. Constat veteres Ethnicos, post sacrificia solitos, largiori se aliquantulum vino reficere, modicè tamè atque intra Temperantia fines. Ex hoc more, natam aiunt vocem μεθύειν, quasi μετὰ τὸ θύειν — quia post sacra demùm, prisca indulgebant poculis. Et paulò inferiorius: Sunt & quidam qui putant, huic rei non ideo tantum datum illud nomen, quia soleat sequi post sacra, sed potius ἀπὸ τῆς μεθέουσι, id est, a remissione animi. Nam relaxatur rectè sapientium ratio, ad fruendum tranquillitate, hilaritateq; & fit vir sapiens, vino maceratus, seipso suavior. Vident' itaq; tam græcū μεθύειν, quam latinum inebriari, non Temulentiam, sed vini temperatam saturitatem, denotare. Quare & hic aërem verberasti.

CAPVT XXIV.

Ser. 222. de Temp. qui est secundus de Ebrietate vitanda. *Temulentorum effugium tertium à Dino Augustino reiectum.*

Solent, inquit S. Augustinus, Ebriofa se excusare, ut dicant, persona potens me coëgit, ut amplius, quam satis est, biberem, & in conuiuio Regis non potui aliud facere. Quasi dicere quis velit; Ergo Ebrietatis culpam non in me, sed eum, à quo ad potum inductus fui, reice.

Responsio.

Solutio ex eodem D. August. Ad excusandas excusationes in peccatis, inquit Augustinus, ista prætendimus; & quod implere nolumus, non potuisse nos dicimus. Nolle in culpa est nostra; & non posse prætenditur. Etiam si ad hoc veniretur, ut tibi diceretur: aut bibas aut morieris; Melius erat, ut caro tua sobria occideretur, quam per Ebrietatē anima moreretur.

sed

ad excusatio ista falsò obiicitur. Ipsi enim Reges, & quicumque sunt alii potentes, quia Deo propitio & Christiani sunt, & prudentes, & sobrii, & toto corde Deum amantes, si te viderent desinisse, ut eis non acquiescas, pro timore Dei inebriari, si tibi sub hora videantur irasci, postea vero & te in grandi admiratione suspiciunt, dicentes: Quantum cum illo egimus, quantis eum minis & terroribus fatigauimus, & tamen nunquam eum à sobrietate separare potuimus. Nam & Deus, qui te videt, ob eius amorem inebriari non velle, ipse tibi gratiam, etiam illorum dabit, qui te ut plus biberes, videbantur hortari & cogere. Nemo dicat fratres charissimi, quod in istis temporibus Martyres non sunt: quotidie Martyres fiunt. Martyr enim, testis interpretatur. Quicumque ergo pro veritate testimonium dederit, & omnes causas cum iustitia iudicauerit, quidquid pro testimonio veritatis, aut iustitia pertulerit, totum ei Dominus pro Martyrio computabit. At sic & ille qui Ebrietati resistit, si cum Dei adiutorio persistere voluerit, & pro ipsa ille aliquas pertulerit tribulationes, omnia ei Dominus ad Martyrii gloriam reputabit. Quibus D. Augustini verbis, quid ad sobrietatis studium, in Temulentorum animis excitandum, accommodatius dici potuisset? Quid efficacius ad confirmandos eos, qui huius virtutis cultui, se iam pridem totos addixerunt? Vtinam verò, ut hæc sermò à sancto patre dicta sunt, ita à nobis quoque sermò excepta forent.

Hic velim sibi eos præsentem esse, atque costare animo quæne Magnatū gratiam amittat, bibunt usque ad ratiū, plus quàm capere possint, quasi non stomachum, sed ingentem amphoram, ventri inclusam, gestarent. Fallax hæc & vana est gratia: imò non gratia, sed suimet odiū potius. Vitiū ubique, & omnibus,

ipsis etiam vitiosis, tædium adfert; at virtus, inimicos suos quoque laudatores habet. Sic Daniel in Babilonia, & Iudith apud Holofernem temperantiam seruantes, gratia tamen maxima ille apud Regem, hæc apud Ducem pollebant. Hoc certū habet, Deus, ob cuius honorem abstines, dabit id tibi, vt inuenias gratiam in oculis, seu amici potentis, seu aliorum quorumcunq;, quorum offensiones metuis, quod te non inebriaris cum aliis.

CAPVT XXV.

Temulentorum effugium quartum ab eodem Diuo Augustino explosum.

Serm. 237. *de Temp. qui est 1. de Ebrietat. Obiectio quarta iterum à Diuo Augustino.* **S**ed illi, ait idem, qui Ebriosis esse volunt, miserabiliter se excusare conantur, dicentes: ingratum habeo amicū meum, si quoties illum ad conuiuium vocaueo, potum ei quantum voluerit ipse non dedit. Ergo, (vult indubitata sequela concludere quasi) vt ei amorem meum ostendam, vt eum liberaliter habeam, vt humaniter tractē, licebit largiori vino excipere, q̄ à me ni fiat, pessimè forsā est accepturus, & amicitia iura dissoluturus.

Responsio.

Solutio ex eodem.

Contra prætextum hunc friuolum, sic iteratò loquitur, S. Augustinus. Non sit tibi amicus qui te Deo vult facere inimicū; qui & tuus, & suus est inimicus. Si & te, & eum inebriaueris, habebis hominem amicum, habebis Deum inimicum. Et ideò sapienter considera, si iustum sit, vt te à Deo separet, dum te Ebrioso coniungis. Ad extremum tu eum noli adiurare, noli cogere, sed in potestate illius dimitte, vt quantum sibi placuerit, bibat: Et si sese inebriare voluerit, vel solus pereat, & non ambo pereatis.

Qua

Qua doctrina, non video, quid huic seculo con-
 venientius dici possit; ubi nemo putat amicum à se
 liberaliter ac benevole habitum, quem non vino ad-
 summum ingurgitauerit. Quæ verò hæc est demen-
 tia? quis error? an hoc amicitia mutua, non solum
 graues corporis dolores ac morbos, amico inferre,
 sed & illud, quo solo amicus est, rationis scilicet v-
 sum, ei adimere? Atqui hæc non intendimus inquis,
 id nobis propositum, eum exhilarare, vt frontem ex-
 porrigat, vt animum curis vacuum recreet, vt læti-
 tudine aliquantisper honestæ vacet.

*Doctrina
 huic seculo
 aptissima.*

*Tacite
 obiectiois
 solutio.*

*Nota confi-
 lium.*

Quin age, si hic tuus est animus, liberum ei per-
 mitte, vt ipse quantum satis est bibat; experieris
 haud dubie, moderato mero perfusum, honestæ læ-
 titia propius accessurum, quam si, ad copiosè af-
 fluenterque potandum, impellas, vnde planè sen-
 sus omnis, ac mentis impos, instar trunci eua-
 dat.

Si insignis nostra Germanorum natio, hanc non
 satis laudatam temperantia consuetudinem, suis pro-
 priam efficere conuiuiis inciperet, haud quaquam
 dubito, quin prisca illa antiquorum Teutonum
 virtus, & toti orbi conspicuum militare robur,
 maiori saltem ex parte, sint reuictura. At dum
 hoc non potest impetrari, iacent proò dolor omnia,
 dolendo squalore tenebrisq; sepulta. Sed à lamen-
 tationibus ad alia deslectendum.

CAPVT XXVI.

*Temulentorum effugium quintum è Seneca mu-
 cyatum.*

Lvcivs Annæus Seneca, vir è gentilitate, si vllus
 alius Christianismo proximus, Ebrietatem de-
 fendit, eamque viro bono conuenire adstruit, atq;
 P 5 hæc

*Obiectio
 quinta.
 Lib. 12. Ep.
 84. ad Lu-
 cilium.*

Lib. 12. E-
pist 84. ad
Lucilium.

Exempla
Ebriosorum
qui bene
Repub.
gessere.

hec eius verba sunt: *Falsum est, ei qui solet Ebrius fieri, nunquam committi posse tuto sermonem secretum. Cogita enim quam multis militibus, non semper sobrius, & Imperator & tribunus, & centurio, tacenda mandauerint. Et inferius paulo: Lucius Piso, urbis custos, Ebrius ex quo semel factus fuit, maiorem partem noctis in conuiuio exigebat, usque in horam sextam dormiebat, hoc erat eius matutinum. Officium tamen suum, quo tutela urbis continebatur, diligentissime administravit. Hinc & Diuus Augustus dedit secreta mandata, cum illum proponeret Thracie, quam perdomuit. Et Tiberius proficiscens in Campaniam, cum multa in urbe suspecta relinqueret, & inuisa, puto, quia illi bene cesserat Pisonis Ebrietas, postea Cossium fecit urbis prefectum, virum grauem, moderatum, sedmersum vino & madetem ad id, ut ex Senatu aliquando, in quem e conuiuio venerat, oppressus inexcitabili somno, tolleretur, Huic tamen Tiberius multa sua manu scripsit, quae committenda, ne ministris quidem suis, iudicabat. Nullum Cossio aut priuatum, aut publicum secretum elapsum est. Itaque declamationes istas de medio remoueamus. Non est animus in sua potestate, Ebrietate denictus. Huc usque Seneca. Quibus verbis quis non intelligat eum Ebrietatis patrociniuum acerrime tuendum suscepisse? quam & ab omni probro vindicat, & iis qui cum laude in Re-publica versantur, non indecoram probat. Quare iniqui sunt rerum aestimatores, ipso Seneca iudice, qui eam omnino ab hominum consuetudine profligandam volunt.*

Solutio.

Solutio.

Planè non esse mentem Senecæ viri doctissimi ac sapientissimi Ebrietatis partes tueri atque propugnare,

re, constat apertissimè ex contextu totius Episto-
 læ qua verba pro temulentis adducta, sunt excer-
 pta. Vt quid ergò laudat Ebrios? Cur eos cum fru-
 ctu Rempubicam gessisse docet? En tibi, quem col-
 limata illa verba, petūt scopum. Volebat Zeno Phi-
 losophus, ex eo solo capite damnandam, atq; ex ho-
 minum more ablegandā esse Ebrietatem, quod nul-
 lum secretum sit, vbi regnat Ebrietas. Hoc Zenonis
 fundamentum, vt euertat Seneca, probat, non ex eo
 præcisè reprobandam, cum aliquando secretum in
 Ebrietate sit repertum, quod allegatis Lucii Pisonis,
 & Cossi exemplis, planum fecit: sed ideò, quia ianu-
 am aperiat vitiis omnibus, & ipsa per se turpissimū
 fit vitiū. Ipsiusmet Senecæ verba pōderate: *Interim, Loco præ-*
 inquit, si hoc colligere vis, O Zeno, virū bonū non debere *allegato.*
 ebriū fieri, cur syllogismis agis? cur argumento ita debili,
 tuam opinionem adstruis? Ebrio secretum nemo commit-
 tit, viro autem bono committit. Ergò vir bonus non erit
 ebrius. Hoc enim argumentum tuum nihil concludit, ve-
 luti nec istud ei simile; dormienti nemo secretum commit-
 tit, viro autem bono committit. Ergò vir bonus non dor-
 mit; quid hac argumentandi norma euincis? Aliis vten-
 dum præsidium rationum. Dic quàm turpe sit, plus sibi in-
 gere, quàm capiat; & stomachi sui non nosse mensu-
 ram, & quàm multa Ebrii faciant, de quibus sobrii eru-
 bescant: nihil aliud esse Ebrietatem, quàm voluntariam
 insaniam. Refer Alexandri Macedonis exemplū, qui Cli-
 tum charissimū sibi, & fidissimum, inter epulas transfo-
 dit, & intellecto facinore, mori voluit. Certè eruit omne
 vitium Ebrietas, & incendit & detegit; obstantem malis
 recundiam remouet; vbi possedit animum nimia vis
 vni, quicquid mali latebat, emergit. Quid plura? Tan-
 tum habet, vt Seneca defédat Ebrietatē, cum nihil vn-
 quam acrius fuerit insectatus.] Ad

Quid verè Seneca de Ebrietate sentiat. Ad quid enim verba quæ ibi subdit? *Non facit Ebrietas vitia, sed protrahit. Tunc libidinosus, nec cubiculum quidem expectat, sed cupiditatibus suis, quantum poterint, sine dilatione permittit, tunc impudicus morbum profitetur, ac publicat, tunc petulans non manum non linguam continet. Crescit insolenti superbia, crudelitas scævo, malignitas liuido, omne vitium detegitur & prodit.*

Antonij ebriosis crudelitas. Et ne omnia, quibus Ebrietatem Seneca profcindit isthic apponendo, tædium adferam legentibus, claudam cuiusmet ad calcem epistolæ annexis verbis. *Marcum Antonium magnum virum, & ingenij nobilissimum, quæ alia res perdidit, & in externos mores ac vitia, non Romana traiecit, quam Ebrietas? Nec minor vino Cleopatrae amor. Hæc illum res hostem Reipublicæ, hæc hostibus suis imparem reddidit, hæc crudelem fecit, cum capta principum civitatis, cœnanti referrentur, cum inter præparatissimas Epulas, luxusq; regales, ora manusq; prescriptorum recognosceret, cum vino grauis, sitiret tamen sanguinem. Intolerabile erat, quod Ebrius faciebat, si Ebrius faceret: quanto intolerabilius, quod hæc ipsa in Ebrietate faciebat? ferè vinolentiam crudelitas sequitur: Vallatur enim, & exasperatur sanitas mentis, quemadmodum difficiles faciunt oculos, diutini morbi, etiam ad minimam radij solis offensionem. Ita Ebrietates continue efferant animos. Dic ergo, quare sapiens non debeat Ebrius fieri, deformitatem rei, & importunitatē ostende non rebus, sed verbis, quod facillimum est. Huc vsq; Seneca. Eat nunc qui volet, atq; ab ipso suæ involucrū temulentia commo- datum postulet.*

CAPVT XXVII.

*Temulentorum effugium sextum ab improba
vulgi de osoribus nimij vini opinione.*

Quise non audet inebriare, aiunt, vir bonus non **Obiectio 6.**
habeatur: Nam aut scelus aliquod designauit, aut
adhuc patrabit, nec ingenui candidiue, sed impotentis est
animi: Cur hoc? Nam sibi tantum non audet fidere, vt
largiusculè semel poritet, timens, ne flagitia in animo la-
tentia, foras prodar. Quid inde? Temulentiam generosi
animi indicium.

Responso.

Egregium sane vinosi animi Indicium, quo, quid **Solutio:**
peruerfius ab ipso diabolo, ad sobrietatem infestan-
dam, effingi potuiffet? An generosa mentis index,
ita se mero proluere, vt amiffa hominis consuetudin-
ne, ac moribus, in bestiam planè degeneres? Quod
candoris argumentum, rixas ciere, pugnas mouere,
tam in suam, quàm aliorum perniciè, abditiffima,
ac secretiffima quæq; propalare? Quæ ingenuitatis
nota, humana pariter omnia ac diuina iura violare?
Contra verò, quod impotentis animi signū, ita vini
appetentiam, fræno quasi rationis coërcere, atque
moderari, vt sobrietatis cancellos nunquam transi-
liat? An non tu potius impotens criminandus ve-
nis, vtpotè, qui tam turpiter à vini libidine vincaris?
An non tu æquiori iure, bonorum è virorum albo
expungendus, qui omnem honestatis pulchritudi-
nem, proculà te abieceris? Standum ergò potius
ab illorum partibus, qui ab honesto ac probò viro
Temulentiam abesse volunt.

Μὰ δ' ἴ' οὐ μὲν τοὶ μεθύειν, τὸν ἀνδρα ἕξει,
τὸν ἀγαθόν.

sed inebriari non decet virum probum

Hernippus
Comicus
Græcus

Z67

Lib. 10. Epist. 84. ad Lucil. Zeno quoque Stoicus docuit, teste Seneca, quod idem ipse affirmat, virum bonum, cane peius & angue, fugitare oportere Temulentiam: *Vult nos, inquit, ab Ebrietate deterrere, Zeno vir maximus, huius sectæ fortissima ac sanctissima conditor. Audi ergo quemadmodum colligit virum bonum, non futurum ebrium.*

Quocirca serpentinum hunc sibilum ne admittant, qui suavi semel sobrietatis iugo, humeros suos supposuere.

Obiectio septima.

CAPVT XXVIII.

Temulentorum effugium septimum, ab iis deturum, qui sobrietatem amplexi, è viuis breui cessare.

EXPERIENTIA DOCTUM per sepe, eos, qui antea eximii atque inclyti potatores, totam vitam in lustris ac popinis triuerant, genioque semper indulserant, quam primo vino nuncium remisserunt, paulatim vita defecisse, ac tandem breui, ante fatalem diem interuisse: qui in sua bibendi consuetudine si perrexissent, haud dubie plurimos adhuc annos, incolumes superassent. Quare consultum non erit, ut qui Ebrietati ac comessationibus à teneris assueuerunt, ne in vitam suam crudeles euadant ac violenti, ad sobrietatis castra se transferant.

Solutio.

Responso.

Scilicet verò, si demus ita esse, ut narras, grauissima Dei offensæ, tot animæ incommotis, tot ruinis, tot iræ diuinæ, aduersus Ebrios comminationibus, vitæ seruatio corporalis, esset præferenda.

Sobrietas bona.

At nugæ sunt, quas affers: omnium medicorum communi decreto repugnat, sobrietate quenquam interfectum. Quin potius vno atque communi ore docent,

ent, sobrietate, ad iucundè agendam vitam, nil melius, ad fugandas cerebri ac neruorum conuulsiones, vnde mille morbis occasio præbetur, nil efficacius, ad vitæ diuturnitatem assequendam, nil vtilius inquam repertum,

Cur ergò nonnulli inter viuos breui esse desierunt, quamprimum Ebriositate abiecta, sobrietatis necessitatem sibi indixerunt? Aut illorum suprema atq; definita à Deo vitæ dies vltima effluerat, quam nemo transgredi valet, aut, quia tunc extra salutis discrimen, in quo sunt omnes Ebriosi, reperiébantur, ided à Deo sublati sunt, ne malitia, Ebrietatis denudò mutaret intellectum ipsorum; atque ita abiq; naufragio ad portum æternæ vitæ incolumes appulerunt. Quid malignus? quid inuidus Dæmon? ne plures hoc medio amittat, ne maior è faucibus præda sobrietate rapiatur, vt quos laqueis Temulentie irretitos tenet, non amittat, fingit, ided mortuos, quod ad inimicam sibi, ac regni sui expugnatricem sobrietatem confugerint, & sub eius signis militare ceperint. At inquires, replicando consuetudine bibendi ita sum implicatus, vt nec sine sanitatis graui periculo, nec sine ingenti & arduo labore, ab ea desistere valeam. Quid ergò? An ab ea cessandum? an pergendum? si me audies, desiste, id tibi non erit admodum laboriosum, dammodò sancti Augustini consilio obsecutus fueris. Sicut per interualla dierum potum semper addedo, & pocula poculis iungendo, ad hanc Ebrietatis immanitatem venisti, sic paulatim subtrahendo, ad sobrietatis lucem redeas. Istud .n. nõ erit, ab vno extremo ad alterum, repè, una morpho- si trāsisse, nec funè abrumper, nimirum tendèdo, nec sanitati officiet, nec factu erit admodum difficile. Sed citata puluere q; aiut, sobrietatis palma potietur, vtcũq; est,

Quare nonnulli à temulentia desecti ad sobrietatē, breui facti concesserint? Sap. 4. Fraus Dæmonu.

Obiectio.

Responsio. Ser. 231. de Temp. qui est 1. de Ebrietate. Modus ab Ebrietate de, uersedn

est, quidquid potius pati, quàm in hac vesania perfistere oportet, quæ te haud dubiè à regno cœlorum excludet. Mentiri enim Spiritus sanctus non potest, qui *æternum* vae temulentis per sæpè minatur.

CAPVT XXIX.

Temulentorum effugium octauum, ab amicorum, ad potum argentium, instantia.

*Obiectio
Ostia.*

Non video, inquit Ebriosus, quomodo hominum benevolentiam aucupari possim, ac retinere nisi me ipsis accommodauiero, nisi communem illorum viuendi normam, & ipse mihi proposuero. Ad Epulas inuitatus, non veniam? Anathema sum atq; ipsorum Peripsema. Veniam & æquales haustus recusem? Singularem criminantur: hypocritam appellant, vt qui Curium simulet, & aliàs fortè Bacchanalia viuat. Quid si precibus ad bibendum me fatigent? Annon vtique excusabor, ante quouis etiam rigidissimum tribunal, vbi me inebriauiero, tanta victus importunitate?

Responsio.

Solutio.

Id tu videris. Alia seito de Ebrietate esse iudicia Dei, omnem excludentia excusationem; coram eo, non te hominum captata benevolentia, non illatus contemptus, non obiecta singularitas, non adhibita ad bibendum impulsoria preces, excusabunt. Nam si supplex etiam, vt potites rogatus, flecti te finas, an non impotentior te, quauis bruta bellua, ostendis? Asinum aut equum, quantiscunque precibus fatiges, in terram pronus corruas, cœlum atq; Acheronta moueas; plus dicam, verberibus compellas, ultra satietatem bestia illæ nunquam bibent, quidquid agas, Audiui olim, quoddam mihi huius rei Exemplum

Impotentia Temulentorum.

nam recenferi, de ceruo quodam, domestico, ac ci-
curato, solebat is hero ad mensam accumbente, ce-
reuisiam porrectam sepius bibere, quadam die, cum
tantum haussisset, vt Ebrius effectus, in aceruo lig-
norum in area disperso, saltitans, crus alterum gra-
uiter sauciasset, nunquam deinceps, nec blanditiis
villis, nec plagis cogi potuit, ad cereuisiam degustan-
dam, sed semper aquam bibit. Et tu temulentus, to-
ties non vno crure, sed toto corpore, imò & mente
grauiter luxat⁹, atq; ad necè vulneratus, non respic-
es? bestie rationis palmam cedas? quàm hoc in-
dignum ingenuo sit homine, vt ego non dicam, res
ipsa satis contestatum facit.

Quid agam si per amicitiam & mutuam amorem
me adiuuent? si nihil aliud insonet, quàm preces vt
bibam? an acquiescam? non suadeo. què effugiam?
si aut bibendum aut abeundum? Hoc alterum po-
tus elige. sed si non liceat? Respondeo, quod quidam,
vt prudens in symposio quodam me audiente, a-
micis, rogando per omnes Deos, Deasq; ad potum
impellentibus, obiecit. Videmini, inquebat, O ami-
ci multum indigere stulto, si quidem ex me vestro
utimo, ac summè necessario amico, stultum facere
vultis. Alius quidã vir pius & religiosus, atq; in con-
uersatione mirè iocundus, cum importunissimè ab
amicis quibusdã, egregiis potatoribus, ingentia po-
cula præbentibus, ad potandũ incitaretur, ipse ve-
rò, tametsi multi cibi foret, ac sat multum panis co-
medere soleret, vini verò parũ caperet, hoc se quasi
clypeo, contra illorũ impudentiã iocosè tuebatur.
Et mihi O Domini vultis respondere, si vobis quoq; propi-
nauero? Imò: aiebãt illi, ac perlubenter. Tum ipse; pa-
nas aliquot, pueri mihi afferte; quorũ vno absumpto
aque cuidam è cœtu, nouo ritu propinato, is quem

Nota pul-
chrum E-
xemplum
quanto pe-
rè Temu-
lentiam
execren-
tur bestia?

Quid a-
gendum si
rogeris vt
largius po-
tues.

Iocosum
Stratage-
ma.

Q petie-

petierat Antagonista. Ego panis tantum vorare nequeo,
aiebat: Nec ego tantum, quantum tu, vini exantlare,
subinferebat alter. *Vivito tu, itaq; tuo, me, s'inas meo
vivere modo. Tu bibe quantum voles; ego contra com-
dam. atq; ita elusis bibonibus euasit ipsorum violentam
temeritatem. ratum & tu habe si vel semel atq;
iterum istam importunitatem viceris, missum te de-
inceps vti que facient. Et si minus contingat, si vexa-
re pergant, an cœlum ruet? Ne vereare quod Theog.*

*In senten-
tiâ,*

Ἔρ μοι ἕματα πῶσοι μέγας οὐρανὸς εὐρύς ὑπερβέρ-
χάλλει, ἀνθρώπων δ' ἔμα παλαιγενέων.

Deinde meo vastus capiti illabatur Olympus
Ferrens; antiqui quod metuere vini.

CAPVT XXX.

*Temulentorum effugium non um, à confusione et
pudore, recusantium bibere.*

*Obiectio
nona,*

Non respondeam, mussitant alii, ludibrio omnibus
exponor, contemptim habeor, Societatibus ac sym-
posiis amicorum excludor, qui inter homines verser, in-
dignus iudicor; atq; ita sepe numero publicè confundor.
Vt pudeat, pigeat q; inter homines agere. Quæ ut effugiam
incommoda, annon præstabit, vna cum illis, extra licet
necessitatis morem, potitare? Et damni aliquid sufferend-
um, ad redimendas iniustas diuexationes, suadent iure-
confulti.

Responsio.

Solutio.

Detur primùm; te pudore affici à Temulentis, eò
quod à sobrietate nolis desciscere: permittamus; te
ab illis exagitari conutiis atque aculeatis diceris,
quibus huiusmodi hominum genus, inter pocula
maximè, pollet. Esto, instar implumis illius cornicu-
li.

inexhiberis: Ipsorum iudicio, sis anser inter olores, ceriunculam aliquam incurras. Quid? Hæccine tibi virtutis admirabilem dignitatem ac splendorem eripiant? hæccine, vt infinitas malorum myriades abas omittere, à Dei gratia te diuellant? Annon potius per saxa per ignes excurrendum? annon libentius vita & sanguis telorum ictibus exponenda? Euge, vir sis, animi excelsa magnitudine bruta huiusmodi fulmina sunt excutienda; imò non fulmina, sed fulgura quasi, nihil lædentia, nisi quod in tui præsentis oculos incurrant, & aliquam post se offensiunculam relinquunt.

Ne tuam ita metuas umbram; cordatior atq; audentior ito, aduersus hæc friuola & vanissima territorialia, pudor non est ob virtutis, ac præsertim sobrietatis amorem, cacchinis temulentorum emacerari. Vix enim boni aliquid à quoquam suscipiunt, quod suos non illicò, sufferre cogatur derisores, atq; calumniatores. Ea scilicet est prauorum ingeniorum, quæ corruptissimis moribus, imbuta, atq; institata sunt, malignitas, ea peruersitas, vt si virtutem in aliquo elucere conspiciant, quam ipsi nec velint, nec faciliè, ob inertiam possint imitari, ad deridicula, & verborum deliramenta, & inanes quasdam terroris laruas, perfugii solatium constituent; quibus tu generosa ac sobria indoles, non magis, vt hastam abiicias, quam anseris intentato morsu, moueare. Quam mentis constantia non parua ad laudem tuam fiet accessio. De repulsa iniustæ vexationis, Axioma illud Legistarum, quid ad nos, ni damnum illud, quo redimatur offensa Dei vacet? Atqui hoc non vacat. Ergo oculus in manu quod aiunt, ne falsa quam boni specie, in fraudem pellectus, vitio immergaris.

ris.

Q 2

CA.

*Derisiones
Temulentorum
sobrio viro
spernenda.*

*Obiectio
decima.*

*Temulentorum effugium decimum, ex eo, quod
Ebrietas paruum sit peccatum.*

Bibere naturalis est hominum affectio obiectat ali,
atq; ita insita, vt sine ipsa non possit vita diu seruari;
cur ergo ita magno vitio cuiquam vertetur, si modum, a-
liquantulum bibendo, excedat? Idque magis eo, quod ex-
cessu tali, quantuscunque is tandem sit; nec Deo, nec vli
homini magna consciscatur iniuria. Quamobrem, facill
in eorum sententiam concedendum existimem, qui Ebrieta-
tatem minimum esse peccatum tuentur.

Responsio.

Solutio.

Non inficias eo, potum naturæ hominis familia-
rem atq; congruentē, & ad eam sustentandam, sum-
mæ necessitatis atq; opis esse. Nec tā rigidus esse Ca-
to velim, vt excessū vini modicū, grauis peccati cul-
pa notasse, dici possim: quin illud addo, si inaduertere
is cōingat, ac p̄ter omnē inebriandi voluntatē, &
rationis vsu, nō ita grauit̄ lædat, aut nullius pla-
nē, aut saltem exiguæ culpæ noxa, diffamari posse.

*Nota ist-
hæc, qui
me scrup-
ulosum
calumniā-
bere.*

At dies & noctes in vinariis lustris terere, crapu-
lam crapulæ accumulare, Ebrietatem Ebrietati ne-
ctere, amisso per se p̄ omni rationis vsu, bestialem
potius, quàm humanam vitam agere, illud tu mihi
paruum, aut nullum peccatum duces? iactitabis? Il-
lud, inquam, quod sub multa æterni vae, tam seuerē
Deus vetuit? Quod Paulus inter Sodomias, adulte-
ria, homicidia connumerat, & eadem à Deo pena
plectendum, decernit? Procul olim Dei iudicium
aberit à tuo, cuius discussionem, ne ad illud forum
deuolui sinas, fraternè te monitum velim.

Sed vt liberalius tecum, quàm par est, agamus, ha-
beto: paruum sit peccatum Ebrietas, Exiguum sit,
quod

quod noceat; cum tamen pauperibus, quibus illa superflua deberentur, plurimum officiat. Quid verò, aditum aperiat, peccatis aliis grauisissimis? Atq; hoc tibi satis iam supra est ostensum. An exiguum malum, paruulus latrunculus, domum tuam angusta rimula furtim subintrans, & latronibus aliis, ac raptoribus, portas aperiens? Atq; hic tecum habita, & cognoscas, annon idè de Ebrietate, primo iure sentiendū.

Lib. 1. de Temulēt. cap. 30.

CAPVT XXXII.

Temulentorum effugium vndecimum, à facilitate recuperationis valetudinis, ab Ebrietate laese.

Obiectio vndecima

ET illo quoq; nomine, à quibusdam Ebrietatem parui fieri comperitum est, quod noxas ab ipsa fluentes, haud magno reparari contingat. Quid tum, inquit, si me inebriem totum quod Ebrietas mihi nocuit, aut somnus curabit, cum crapulam edormiero, aut abstinentia sequens, resarciat, aut medicorum opera pharmaciis adhibitis, emendabitur. Hec omnia susq; deq; seruo; Nam idem Accii quod Titii, modò appetitum bibendi expleam.

Responsio.

Bellè quidè, hæc & similia, Bos Cyprius, aut Bæotica quæpiam sus, te vulneres vt Chirurgus postea facium curet, in ignem te deicias, vt ambustus inde extraharis: laqueo te suspendas, vt ferè præfocatus, sune succiso, libereris: in mare te præcipites, vt submersioni proximus, à periculo eruaris. Quid enim aliud dicis, cum tam inepta dicis? Quæ dementia est, si hæc non est?

Solutio.

Similia.

Nec verò crapulam ita tibi vnquam somnus disciet, nec abstinentia sequens, tantum proficiet, nec

Mala crapulam licet expulsã se- vs ur qui solitar

Q 3

vsurpata Medicorum consilia, tam dexterè te iuuabunt, quin absque dolore, & expensa, prior illa, ac præhabita valetudo, extiterit firmior, quàm posterior, magno cruciatu atq; sumptu, ab Ebrietate recuperata. Quare si stultum non immeritò diceres eum, qui pecuniæ aceruum temerè in lacum aliquè proieciisset, & causam rogatus, cur id faceret? Hoc vsus prætextu se excusaret, nil curo, parum est quod feci, siccatò lacu, facilè inuenta omnia recuperabo, licet aliqua sit industria expendenda: multò sanè magis, temulentos, hoc suo effugio tam ineptè se defendentes, ab omni mente ac ratione alienos dices. Ne illud hic reperam, quod dictum sæpius, omniuaria Temulentia ad se mala trahere, non fecus ac Cæcias nubes, quæ à nobis procul, atq; aliena facilius effugiuntur, quàm semel admissa, expelluntur.

CAPVT XXXIII.

*Obiectio
duodecima.*

*Temulentorum effugium duodecimum à vulgi
aviditate.*

Plebeis ista vulgaris est cōsuetudo, vt si cum sym-
potis, in taberna vinaria, equali symbolo bibant, ne
eodem precio, alius plus vini hauriat, quàm ipsi, auidi-
sime ingurgitant sese, vt venter, buccæ, atq; gula, non raro
crepent. Idq; magis eò, quò rarior illis est vini potus, atq;
ex ea parte, se omni culpa Ebrietatis vacare censent, quod
vinum, precio impenso cōemptum, ingesserint.

Solutio.

Solutio.

Verùm isti non lucrantur, sed perdunt symbolis
idq; duplici dispendio. Nā primū, valetudinis iac-
turā vt incurrant, necesse est: Deinde graui peccato se
contaminant. nec, quod intelligam, auarissima illa
repletio, præsentem sitim, nec futurā aliqua afficere
potest.

potest delectatione. Præsens sufficienti, ac mensura-
 to vino iam expleta est, vt quidquid superinfundas
 nauſeam pariat ac tædium. At futura magis accen-
 ditur, atq; exasperatur, cui si satisfacere velis, nouum
 symposium, nouo sumptu ordiendum. Ergo si aliū
 contempseris, eodem, quo tu, computationis iure bi-
 bentem, ac vino auidius inhiantem, pro te consulti-
 us facies, vinum amittendo, vltra quod sufficit, nil
 amplius, magna deinceps ruina degustare, quàm su-
 perflua ingerendo, non paruum discrimen, citra ra-
 tionem, citraq; sementem adire.

*Nec præ-
 senti nec
 futuræ siti
 nimia pro-
 dest meri
 infusio.*

CAPVT XXXIV.

*Temulentorum effugium duodecimum, ab inuete-
 rata Ebrietatis consuetudine, quasi in natu-
 ram versa.*

VT coronidis atq; auctuarii loco, finē præsentis
 libri, proximo iā obtutu cernentes, aliquid hîc
 superaddamus, Temulentia apud nostrates quoti-
 diana atq; vſitatissima consuetudo, non intacta no-
 bis omittenda. Pleriq; autumant, hoc peccatum apud
 Germanos tolerabilius esse, eò quod natiuū sit & inolitū
 huic nationi, atq; idcirco non vim solum consuetudinis,
 sed & naturæ obtineat; vt quemadmodum quædam
 gentes naturaliter quodammodo in libidinem pro-
 na, aliæ ad iracundiam faciles; nonnullæ etiam, pro-
 pter excellens ingeniorū acumen, ad superbiam sunt
 procliuēs; quæ etiam si non approbentur omnino,
 culpam tamen peccati ex parte minuunt, atque faci-
 lius tolerantur. Idem de Ebrietate iudicandum, ad
 quam hodiè Germania, vt olim de sua Affrica con-
 querebatur D. Augustinus, magis, quàm à natura,
 facilis ac prona esse videtur.

Q 4

Solu-

Solutio.

Solutio.

Ne germanus ego, verus ac genuinus, in Germaniam nostram, & præ aliis insigniorem nationem, ac cerbius quam par est, sententiam protulisse censei possim, hæc obiectio grauisissimi cuiusdam ac doctissimi viri verbis, est refellenda: *Primum*, inquit ipse, nemo ad Ebrietatem, natura pronus esse potest; sola consuetudo eam introducit. Neque enim ut ad iram, libidinem, atque superbiam; vel cholerae & sanguinis copia incendit, vel ingenii subtilitas inducit, ita ad Ebrietatem quod impellat aliquid in natura est. Est quidem ad crapulam magna inclinatio in iis, qui biliosi sunt, & stomacho valent: in iis quoque, qui frigidiori sub aëre vicitant. Vnde scripsit *Seuerus Sulpitius: EBRIETATEM IN GALLIS NATIVITATEM ESSE, IN GRÆCIS CIVITATEM.* Non sic ad potandi libidinem natura impellit. Cum enim sitim, siccitas & calor prouocet, videmus sanè hodiè, homines naturam calidissimos, Hispanos atque Italos, ab Ebrietate esse alienissimos: Contra frigidos atque phlegmaticos, ut Germanos, in hoc vitium maximè prolabi, ut clarum sit, non naturam, sed consuetudini tribuendum esse, quod quaedam gentes, magis aliis inebrientur.

Deindè si gentium quoddam vitium esset, omnes eo morbo laborare par erat. Nunc autem secus videmus, in turba potatorum, multos esse aut abstemios aut sobrios, qui cum *D. Augustino* homine Afro, inter quos Ebrietas maximè regnabat, dicere possent: Ebrietas Domine longe est à me; misereberis mei, ne appropinquet mihi. *crapula* surrexit interdum seruo tuo; misereberis, ut longe fiat à me. Et certe, in crapula difficile est, modum tenere, ut libi cõfiteatur *Augustinus*; Est enim in cibi vsu seruanda proportio Geometrica, secundum modum personæ, non rei ut

pro-

Thomas
Stapier, de
7. peccat.
capit. orat.
satecher. 6.

Lib. 3. de
vita S.
Martini.
Germano-
rum Ebrie-
tas unde
quaque in-
excusabili

Lib. 10. cõ-
fess. cap. 81.

propterea plus aliquibus concedi debeat; non sic in potus
 qui omnibus ferè sanis moderatus sufficit. Ebrieta-
 tem autem, fugere qui vult, potest. Imò ut quod sentio
 utam, puto eam multò difficilius retineri quàm vitari;
 & maiorem non dubito esse, in Ebrietatis usu dolorem
 & difficultatem, quàm in eius fuga. In crapula, saturitas
 desiderium tollit, ut non facile modus excedatur. In E-
 brietate, quo plus bibitur, eò plus sititur; ut preposterè
 hinc cupiditati, videatur natura pœnam inflixisse, sibi ut
 ipsa flagellum & carnifex sit, seq; ipsa torqueat & cru-
 ciat. Atq; hæc omnia Stapletonus. E quibus id facile
 constabit, an nostra natio ad hoc vitium natura, an
 verò ex illiberali illa bibendi consuetudine, sit com-
 parata. Natura certè ut iam dictum, hinc non habet
 locum. Et omnem modum excedens illa consuetu-
 do, tam abominanda, quin à Magistratu, tum politi-
 co, tum sacro, ad æquabilem bibendi morem reduci
 posset, utriusque vellent modò, nullum planè occurrit
 impedimentum.

Atque hinc secundum librum claudimus,
 & ad tertium paulatim adi-
 tum aperimus.



Ebrietas
 facilius vi-
 tatur quàm
 exercetur.



DE TEMVLEN TIA ET EBRIE

TATE

LIBER III.

V In hoc libro, tam deordinatam & inuersam, quam salutarem atq; amplectendam, diæta quasi methodum lectorum oculis depingamus, incipiendo, quod aiunt, ab ipso lare, carpendi primum qui vino perperam ac superflue abusi, omnes modestia metas transiliunt; & si quæ alia contingunt, circa Symposia, quæ honesti dignitatem infringunt, ab hominum consuetudine expellenda, monuimus: Tum, quomodo, & quibus, vino uti liceat, recte ac virtuosè, sacrosanctæ sobrietati alumnos instruemus.

CAPVT I.

Deploranda quorundam Temulentia.

*Nihil apud
quosdam
auspicari
sunt absq;
vino,*

Atque ut à fonte ac scaturigine ordiamur, ex condicto. Nota passim est, apud nationes alias, effusa quorundam vini libido, qua sic flagrat, ut nihil agi posse putent, nihil faustis auib⁹ executionem nan-

incisici nihil omnino transigi, nihil perfici, nihil ad opatum finem traduci, nisi largius bibitum fuerit. Nascitur quis? bibendū. Moritur? bibendū. Exequi- si funus condecoratur? bibendū. Pacta fiunt? biben- dū. Contractus celebrantur? bibendū. Negotij quip- piā tractatur? bibendū. Vinū ubiq; est, ubiq; domi- nium tenet, ubiq; regnat, omnia transigit, omnia fir- mat, omnia roborat. Absente vino omniū abest ne- gotiorū spiritus, atq; anima; sic vino pleriq; æstua- mus, vt ob vinū, in vino, atq; ad vinū nati, videamur Cuius rei festiuā recenset ac lepidā historiā Iouian.

Pontanus. *Cum à Ferdinādo Rege, Hippolyta nur^o, atq; Alphonfi filij nuptia, apparatu splendidissimo. (Erat e- nim dies decursionis hastata, flagrabātq; sub sole cuncta; conuenerant autem mortales omnis generis ad spectan- dum, cumq; plurimi Ludorū essent laudatores, vel pleri- que omnes admiratores potius, in media laudantium fre- quentia, & plausu, Sonora voce exclamat Germanus qui- dam. O valeant ludi, atq; à me procul sint, quibus nemo bi- bit. adeo inualuit bibendi Cacoēthes apud nostrates quosdam, vt sine vino, se haud viuere abominanda persuasione censeant.*

Quod vitiiū, ne ego dicā, quomodo quorundam apud exterarum gentes famā fregerit, existimationem labefactarit, bellicam fortitudinē eneruārit, iis refe- rendū cōmitto, q; priscorū Teutonū, ac maiorū no- strorū, toti mūdo formidabile robur, animorumq; extimescendū vigorē, sedula historiarū lectione di- dicerunt. *Illud sanè liquet, imo & lippis est ac rōsoribus notū, si à Germanis abesset Ebrietas, à nullo penitus alio vitio, quo aliis gentibus infectiores essent, nec ab Argo quidem, aut centoculato aliquo Catone, notari posse.*

Quare qui inueteratum adēo, atq; inolitum ma- lum extirparet, is certē Germaniam nostram, auito splen-

Lib. de
conuiuio.

Temulen-
tia infam-
ia quo-
rundam
apud exter-
os existima-
tionem plu-
rimū lab-
efactauit.

splendori suo, omnium communi voce reddidisset. Nos, si quid virium est, ac facultatis, id omne hinc referemus, ut omnes virtutis cultores nobis allaberent exoptantes, ad luem hanc, si non ad ultimas, ut que fibras, maiori saltem sui parte, eradicandam, Tu quisquis virtutem amas, hoc vitium.

κτείνῃς ἢ εὐδολῶ, ἢ ἀμφαδὸν ὄξει χάλκῳ.
Ho. Odys. Confice siue dolo, seu stricto cominus ense.

CAPVT II.

Portentosi vinorum lurcones recensiti.

NE te suspensum teneam; quid per textum totum helluonum catalogo pretendam, quæris? Non ut ad imitationem moueare: Nam & bibonum eiuscemodi, qui vetustatem illam, longo post se interuallo relinquunt, copia nobis abunde suppetit, quocumque te vertas; Verum, ut huius turpitudinis sceleris, ab Ethnicis quoque scriptoribus vehementer exagitata, ad sobrietatis studium, atque amorem, accendare.

Noſ. At-
tic. l. 15, c. 2.

Insignis
quidam
Ebrietas
in præco.

Et primo quidem agmini, præficiendum duximus, insignem illum Ebrietatis præconem, de quo Aulus Gellius scribit hisce verbis; *Ex insulsa Creta quispiam, ætatem Athenis agens, Platonicum esse se Philosophum dicebat & viderier gestiebat. Erat autem nihili homo, & nugarum, atque in græca facundie gloria et abundus, præterea vini libidine, ad usque ludibria Ebriosus, Is in conuiuio iuuenum, quæ agitare Athenis hebdomadibus lunæ, solene nobis fuit, simul atque modus epulis factus, & vtilis delectabileque sermones cæperant, tum silentio ad audiendum perito, loqui cæptabat, atque id genus vili & incondita verborum Caterua hortabatur*
omnes

omnes ad bibendum; idque se facere ex decreto Platonico predicabat; tanquam Plato in libris, quos de legibus composuerat, laudes Ebrietatis copiosissime scripsisset, utilemque eam bonis & fortibus viris censuisset. Ac simul inter eiusmodi orationem, creberrimis & ingentibus poculis, omne ingenium ingurgitabat, fomitem esse quendam dicens, & incitabulum ingenij, virtutisque, si mens & corpus hominis vino flagraret. Sed enim Plato in primo & secundo de legibus, non (ut ille nebulo opinabatur) Ebrietatem istam turpissimam, quæ labefacere, ac minuire hominum mentes solet, laudauit: sed hanc largiorem paulo, iucundioremque vini inuitationem, quæ fieret sub quibusdam quasi arbitris, & Magistris conuiuiorum sobriis, non improbauit.

Hæc Gellius. Existimo, si Bibo ille, vini acerrimus Encomiastes, nunc inter nostrates conciunculis illis vinaris insisteret, habiturum breui auditores multo plures, quàm sub signis in exercitu ad Peloponnesum milites habuerit Xerxes. Hunc sequitur nostro iudicio non incongruè, ut rebus præclare ac fortiter gestis, ita & potando Magnus Alexander. Is enim a Iosepho b Plutarcho & c Æliano testibus, omnes eius ætatis homines, potandi laude superabat, eosque qui bibendo ceteros excellebant, cum primos charos habebat, ac singularis necessitudinis vinculo coniunctos, Ferunt Promachum quendam, cum ipso conuiuantem, ingentes quatuor vini conchas exhaussisse, ob quod facinus, quasi præclarissimum esset, integra epotare dolia, diademate aureo ab Alexandro donabatur, sed crapulam vomitu canino, quadragies circiter attestante Plutarcho, eructauit, & quarto die, maximo cruciatu, inter viuos esse desinit. De eiusdem Alexandri vinolentia, his verbis sic scrip-

a L. 8. An-
tiquit. Iu-
dæarum
cap. 21.
b in vita
Alexan.
c de varia
Hist. lib. 3.
Alexand.
Magni re-
mulentia.

loco citato.

scrip-

Lococitato. scriptum extat ab Æliano. *Alexander Magnus quinta die mensis perpotauit apud Eumæum; sexta crapulam edormiuit; neq; plus eo die vixit, quàm quod surrexit, & ducibus de crastina profectioe mandata dedit, inquit, eam summo mane futuram. septima deinde die, epulatus apud Perdiccam, se rursus vino ingurgitauit, & octo dies dormiuit. Decimo quinto die iterum vino indulsit, & sequenti tempore, solito more crapulã decoxit somno. Vigesimo quarto die cœnauit apud Bagoam. Distabat à Regia Bagoæ domus, stadiis decem; post tertio dormiuit. Hæc Ælianus. Quam Alexandri Regulam viuendi, nostrates quidam ad viuum expressisse videri possunt, tamen non raro Tibicinum vitam viuant, atque alieno semper vino bibant.*

Eodem l. 2. Diotimus quoq; Atheniensis, eodẽ Æliano teste, tantus amator Ebrietatis fuit, vt in fundibulo in os imposito, sine interspirio vinum infusum absorberet. Hinc nomen promeruit. Ibidem Antiochum Regem, eo nomine commendat hic author, *Antiochus Rex cum nimio potandi studio inutilis ad regnum videretur, ipse quidem imperij titulum inanem vsurpauit, eius tamen administrationem Aristæo & Themistoni commisit.*

Alexander ab Alexandro li. 2. ca. 11. Rausius in officina. Idem Ibidem. Xenarchus Rhodius à bibacitate Metretis nomen promeruit, Heraclides Pyctes, parẽ in bibendo non habebat. *Alios igitur ad ientaculum inuitabat, alios ad prandium, alios ad cœnam, quibus omnibus, sine interspirio, sufficiebat præbibendo, solus. Darium quoq; Monarcham, Temulentia infamem extitisse, arguit inscriptio sepulchri, quo post obitum conditus iacuit, in qua hæc verba visebantur. Potui & multum vinum potare, & hoc probe ferre, quasi verò id magnæ virtutis esset, ac laudis.*

Idem Ibidem. Mithridates Rex, omnes cœuos bibẽdo superabat,

maximifq; muneribus ornabat eos, qui & ipfi po-
nendo eximij erant, eo tantum, vt in hoc infami vitio,
vltimus notaretur, sibi fimiles acquireret complures.

Timocreon Rhodius, nemini, prodigiosè bibens. *Idem ex Plutarchi Apopr.*
dilaude, secundus fuit; vnde & hoc Epitaphium
ab antiquitate demeruit.

*Multa bibens, tum multa vorans, mala plurima dicens
Multis, hic iaceo Timocreon Rhodius.*

Aristydamas Milesius, ab Ariobartzane Rege in- *Ibidem ex Plutarcho.*
uitatus, vorauit omnia, quæ simul aliis conuiujs ap-
posita erant, & tantum vini epotauit, quantum viginti
alijs, non impigrè bibentibus, sufficere potuisset.

Phago quidã, talis Epulo fuit, vt ad mensam Im- *Lycosth.*
peratoris Aureliani vocatus, vno die, aprum ingentem, *in Theatro*
pares centum, agnum, vitulum, porcellum absumpserit *vite hum.*
& Concham vini maximam insuper exantlauit; fortè *vol. 1. lib. 5.*
si Budæi doctissimi viri computo credendum, non
minoris ea capacitatis erat, quam sit nostratibus Ca-
dus, quem alij, sed malè vnam vocant.

Licinius Imperator, oriundus ex Dacia, ita vino *Guido Bi-*
epotando exercitatus scribitur, vt vinolentorum A- *turic. 116.*
chilles plerumq; fuerit appellatus. Chrysippus Dia- *Ebriet.*
lecticus insignis nec minori laude potator, in potatio- *Ibidem.*
nibus dormire solebat, plerumq; crura tamen agita-
bat, ita vt ancilla eius in probrum Temulentix dicti-
taret: *Chrysippi sola crura ebria esse.*

Nouellus Tricongius Mediolanensis, ad procon- *Plinius lib.*
sulatum vsq; ex pretura euectus est, ob tres vini con- *14. Volater.*
gios, vno impetu epotos, spectante Miraculi causa, Tibe- *l. 17. An-*
rio principe. Est autem Tricongius mensura sex sex- *tropol.*
tiorum.

Commodus Cæsar, in estuationibus, vastissimum
vini

*Alexand.
Genial.
dier. lib. 5.
cap. 21.*

vini poculum epotabat, toto spectante populo, & acclamante; *Vine Caesar.* aptius forsan. *Bibe Caesar.*

Melanthius, quod alij quoq; Philoxeni, & Gnathoni Siculo adscriptitant, ea vini bibacitate fuit, *vt longiusculum, Gruis instar, collum sibi exoptauerit,* quò vini suauitatem, gula diutius sentire posset.

Caius Caligula & ipse Imperator, ad eò vini delectabatur ingluuie, vt non rarò Margaritas acetoli-
quefactas, ac vino permixtas, ebiberit.

*Pontan. l. 1.
de Temu-
lencia.
Bruson. l. 1.
ex Flauio
Vopisco.*

Bonosum, eiusdem Imperatorij ordinis, Aureliani suffragante testimonio, tantum vini potare solitum ferunt, quantum vllus vnquam mortalium. Quare in dicterium abiit. *Non vt vinat natus est, sed vt bibat.* Si quando legatos aliorum principum excipiebat, eos inebriabat, vt arcana quæuis eliceret. Hic ergò cum à Probo superatus esset, commisso prælio, desperabundus, laqueo se suspendit. Et cum à quodam, conscio eius impudentissimæ bibacitatis, rogaretur, quisnam ibi penderet? Ioco respondit. *Non homo, sed Amphora.*

*Iocus de Bo-
no Impera-
tore Temu-
lento.*

Claudius deniq; in ordine Cæsarum quintus, totus in Epicuri Philosophiam incumberebat, vt nihil magis quàm cutieulam curaret, & quoties annus vini ferax, atq; fertilis occurrebat, id vnice effectum dabat, vt dolia vino excipiendo, quàm accuratissimè pararentur. Et illud graues authores de ipso referunt, quod, cum Temulenti homines plerumq; flatibus abundent; Edicto publico (veniam dicto dabis, nolim honestas aures tuas offendisse) *inter pocula crepitum ventris exonerandi, licentiam concesserit,* & vt id nemini vitio daretur, cauerit, Edictum tam generoso Imperatore dignum, & harè potius, quàm aulæ conueniens.

*Lex à Clau-
dio Impera-
tore Temu-
lento
lata.*

Hoc Ebrietatis nauo & integras vrbes etiam ac
natio-

ationū populos fuisse contaminatos legimus. Sy-
 nacusanorum *tantus in bibendo ardor fuit, ac studium.* 2. Politic.
 Aristotelis testimonio, vt aliquando, nonaginta die-
Alexan-
 rū spacio nequuerint interpellari. qua ex re Syra-
der ab A-
 cusanorū luxus in prouerbiū abiit. Græci in primis
lexand l. 5.
 epulis minoribus poculis delectabantur, in fine ve-
cap. 21.
 ro largissimis, idq; tantū ad excitandam vini auidita-
 tē. Non hic tangam inueteratū Germaniæ vlcus, ne
 excitato cuiusquam nimio dolore, furorem eius in-
 me concitem. Hæc ex quàm plurimis, discrete le-
 ctor, vinolentorum exempla cape, ac ne in eiusdem
 vitij casses incidas, & laqueos, caue.

CAPVT III.

Femina quoq; inter dū enormes vini potatrices.

NEc hic sexus, ad sobrietatē aliās, viris plerunq;
 propensior, à bibacitatis ignominia, se nunquā
 nō custodiuit immunem. Ait enim Leuinus Lemni-
 us. *Mulieres, vbi vino assuetæ sunt, ad prodigium vsq; bi-* Lib. 2. de
baces fiunt, diuq; subsistunt, antequam temulentia suc- occult. na-
cumbant. Experientia inter Germanas doctum est; nam tura Mi-
aliquæ viros longè superant bibendo, tum vini copia, tum rac. cap. 21.
vini diuturnitate. Cuius rei vnicum saltē exemplum
 hic apponam. Fide dignissimorum virorum relatu
 accepimus, in quodam Franconiæ oppido, tres mu-
 lierculas viris peregrè profectis, ad coenā cōsedisse,
 eaq; fessioe, quadraginta circiter vini metretas Fran-
 conicas, atq; adeò, plus q̄ vini dimidiatū cadū epotaf-
 se, q̄ factū ni testimoniis comprobatū foret irrefra-
 gabilib⁹, imo & in publicas eius loci tabulas à senatu
 redactū, ego vix creditu facile iudicassē. Sed enim
 antiqu⁹ quoq; hoc vitiū mulierib⁹ insedisse, historia
 rū monumenta testantur. Fescenniā quandā, prepo-
 sitis temulētis feminā carpit Martialis nō in faceret.
 Lib. 1. Epi-
 grammat.

R Ne

*Ne grauis hesternò fragres Fescennia vino,
Pastillos Cosmi, luxuriosa voras.*

**Lib. 3. Epi-
grammat.** Myrtalen quoq; non minoris in bibendo proter-
uæ mulierem, ne vinum oleret, lauri folia mande-
tem, idem falsissimè arguit:

*Fœtere multo Myrtale solet vino:
Sed fallat vt nos, folia deuorat lauri.*

**Ælian. lib.
2. de varia
historia.** Cleio Fœmina Græca, & ipsa pergræcari docta
non cum fœminis duntaxat, potando certare ausa
est, sed etiam cum quibusq; viris, quantumlibet por-
tentosis bibonibus, eisq; palmam præripuit. Simili-
ter Aglais Tibicina Megaclis filia, vno prandio cho-
am pro communi siti hauriebat. Alterius demùm
meminit Lycosthenes, quæ in conuiuio quodam,
sex celebres vini helluones, & bibendo primùm æ-
quauerit, & omnibus deinde superior euadens, pal-
mam Temulentiaæ absporaauerit.

**Theatri
vir. hum.
vol. 1. lib. 5**

Sed quorsum hæc exempla, tum isto tum præcedē-
ti capite in medium producta: vt imiteris? abfit --
Hoc Dii malum pessumdent, inquit ille apud Plau-
tum. Cur ergò? vt à tanta bibacitate absterrearis. E-
go sanè si liceret, optarem, huiusmodi perditores
atq; perditrices vini, vt potus viliori precio haberi
posset, ad illum Arcadiae fontem Clitorium mitti,
de quo Ouidius.

**In Mostel-
laria.**

**15. Meta-
morphos.**

*Clitorio quicumq; sitim de fonte leuârit,
Viina fugit, gaudetq; meris abstemius vndis.*

**Pharmaca
quibus qui
abstemius
reddatur.**

Vel medicato quoque vino porrecto, ab hac vi-
norum vastatione deterreri. Docent enim medici,
vino in quo tres anguilla sint emortuæ, item no-
ctuæ quis mediocriter elixatis, & cū serpentis lebe-
ride porrectis, abstemios reddi; quæ omnia nō citra
iocū hîc addita velim, licet ea Medici sua non carere
efficacia ferant. Nisi enim virtutis amore ab Ebrie-
tatis

uis vitio quis destiterit, malus erit is puteus, in quē aqua inuehenda.

CAPVT IV.

Magni Bibones, qui sumpto licet copiosissimo vino, non tamen inebriantur.

Sunt qui ex largissimo quantumuis potu vini nesciant tamen Ebrietatem. Inauditum est Bonosillus, cuius supra quoque meminimus exemplum, ē vita Probi Cæsaris, apud Lampridium, excerptum. Is tantum bibere valebat, quantum nemo hominū alius, & absque vlla quidem inebriatione. Quare & *Bonosus cur Amphora dicitur?* Amphora pendens dieterio conuenienti nuncupatus est, cui suspendio se necasset, eō quod sicut Amphora ad summum vsque vino repleta, non efficitur Eborajita nec Bonosus.

De Cicerone, Marci Tullii filio, tradit ex Plinio *In officina* Rauisus, quod vno haultu sextarios duodecim, biberet, id est, iuxta Budæi subductionem, libras vini 20. non tamen vllam mentis aut capitis turbationem sentiret. Quendam insuper helluonem memorat Suetonius, qui coram Tiberio propinante ipso Imperatore, *In Tiberio* Amphoram, quæ est circiter octoginta librarum mensura, promptissimè biberit, absque tamen Ebrietate. Tales non paucos & nostra Germania fert. Nec opus peregrinis Exemplis vti, ad delectum domestica suppetunt. *Ratio cur nonnulli tantam vini vim absque eo quod inebriantur, ferre possunt.* Causam huius prodigii petis. Quantum ex Medicæ artis ea licet in palastra planè rudis, principiis assequor, hæc est. Nā in hisce natura non procedit per vim digestionis, ad venas & alias partes nutriendas, sed tāta mole ac pōdere grauata, transmittit statim vini potum, ad latas ventris vias

R. 2 & meat sint.

& meatus vrinx, & sic sine turbatione capitis, merum, prius quàm exhalet, abscedit.

Nonnulli copiam vini quàm ingesserunt, de industria iterum egerunt, hinc non inebriantur. Qui id fiat rogat? Vinum eructant, antequam in stomacho bene calefactum nondum verò calefactum, expirare fumos non potest.

Hos certè, qui tales sunt, robustissimo & ferreo quasi stomacho oportet esse, qui tantam naturalis caloris oppressionem, vel aliquantis per tolerare queant. sed plerumque talibus, inopinata mors vitæ visum eripuisse legitur. Exemplum eius generis commemorat Plutarchus. *Nam cum Alexander bibendi quoddam certamen instituisset, quidam inter duos celebriores potatores, victor, in conspectu Regis exhausit vini choas seu congios quatuor, sed paulò post interit.* Quo eodem medio, multi persæpe vitam sibi eripuerunt. Ut ego demirer, Magistratum, huiusmodi hominum monstra tolerare, quibus tamè irascens Deus, per Prophetam dixerit. *Va qui potentes estis ad bibendum.*

Huiusmodi bibones persæpe subita morte pereunt. In vita Alexandri.

Isaia. 5.

CAPVT V.

De iis qui ne bibendo inebriantur, præsumptis antidotis effectum volunt.

HAbent hoc quidam in secretis, contra Ebrietatem, potandi palestram ingressuri, ut ante conuiuium, vel Thyrsum brassicæ crudæ comedant, vel rapam præmandant itidem crudam. vel oleum bibant, vel panis bucellam sumant, ex aqua, ipsa superbibita. Sedatur quippè crapula brassicæ succo, nam eius humores discutit, & partim ad aluum deicit, partim, qui vinosi sunt, & desuper natantes, detrudat ad vesicam. Cuius antipathie vini cum brassica, causam ab illis petas, per me licet, qui herbarum vires scrutantur. Consentaneum sit, cum brassica in

Remedia Ebrietatis dispulsiva. Brassica cruda ex aceto.

rimetis sata, ut à vinitorib⁹, Franconia: incolis audi-
 ui, non raro, ipsas tabefaciat vites, liquori quoq; vi-
 tium, vino inquam, ut diximus, aduersari, ut humo-
 res ab ipso generatos fugere ac propellere possit è
 corpore. Qua de re sic Cato. *Vbi vales, inquit, in cõui-
 uio multum bibere, largiusq; cœnare, libenter ante cœnã
 comesto crudam brassicã ex aceto. Et item vbi cœnaueris,
 alia quinq; folia; reddet te, quasi nihil ederis, & crapulã
 dissipabunt omnem.* Et ut meam, hîc, ipsi Catoni cen-
 suram apponã, non loquitur vir grauissimus de be-
 stiali illa, quæ apud multos viget, ingurgitatione; sed
 de liberaliori quodam potu vini, qui etsi modum non
 omnino excedat, naturæ tamẽ sit, per excessum qua-
 lis qualis ille sit, inconueniens & nimius ut crapulã
 generet. Hoc enim *crapula* differt à *Temulãtia*; quod
 hæc mentem tentet, & quatiat, vndè Temetum di-
 citur putant, quasi tentans mentem; Illa verò mente si-
 bi constante, dolet, ac turbat ventrem. Alia Plinius
 affert remedia. *Violæ* inquit, aut portatæ, aut capiti
 impositæ, Ebrietatem fugant. Et *Amerhistus* super vmbi-
 licum positus, vini vapores discutit.

L. de re ru-
stica.

Crapula
ut disse-
rat à Te-
mulentia.

Violæ.
Histor.
nat. lib. 21.

Genial.
Dier. lib. 5:
cap. 21.

Lupini, Ci-
trum. Api-
um.
Oleum &
Sal.

Rosarij
Theologie
par. 2, tit.

Alexander quoq; ab Alexandro, sic scribit. *E-
gyptiorum mos traditur, ut familiarib⁹ cœnis, brassicam
presumat prius, eo Edulij gẽere Ebrietatẽ discuti rati, quã
Cato olerib⁹ præposuit cunctis, ita ut manẽ illã esse oport-
teret, ieiunium. Nonnulli Lupinos, Citrum, & Apium,
quod & Ebrietati, & veneno prodesse, velut antidotũ
præcipere, Græci vero madentes, oleo perungunt & sale,
qui etiam ante reliquas dapes, salem, velut amicitie sym-
bolum, hospitibus apponunt. Sicut & Romani lactucas,
quod Ebrietatem discuterent. Pelbartus Themisuari-
ensis, doctissimus Theologus hac de re hæc tradit.
Si corona ex Apio facta, in capite gestetur, Ebrietatem*



de proprie herbarum. *Apium & Crocus.* *Lib. 2. de occultis naturæ miraculū, cap. 17.* *Amygdala amara, nuclei pomi Persici, a. g. eiusdē arborū folia.* *Absinthiū ponticū, & nux muscata, & a.*

ex parte censetur prohibere. Ibidem: Qui crocumbunt liquidum prius, crapulam non sentiunt, & Ebrietati resistunt. Corona quoque ex croco, capiti imposta, Ebrietatem discutiunt. Addit plura Leuinus Lemnius hisce verbis: Inter hæc, quæ vini vim frangunt ac propulsant, amara refero, & quotquot humores aquosos per urinam expurgant. Hac enim ratione effici solet, vt aliò quàm ad caput, sumi deferantur, ac vinum venas subire prohibeatur, exiccante etiam amarore humiditatem. sic amygdala amara id efficaciter præstant, quina sena vè, ante cœnam assumpta: Persicorum quoque nucleī, parem cum iis effectum obtinent, & foliorum Persicæ arboris, expressus succus, ieiuno assumptus, Cyathi mensura, qua facultate pollent, & Absinthii Pontici dilutum, ac nux muscata: hæc enim omnia meatus recludunt, ac peruios laxosque efficiunt, quemadmodum & olei ex oliuis expressi, aut sesami semine, sextans, hoc est, vnciæ duæ, antelucano haustæ; lubricam siquidem reddidit aluum, meatusque vrinarios dilatat, sic, vt liquor corpori non inhaereat, sed continenter defluat, modò, ne quiusculentis ventriculum plus satis oneret.

Excusat se author, cians rationem cur hæc addiderit?

Cur hæc, obiectabit nasutulus quispiam taxator, cur inquam doces homines ad bibendum satis ex se propensos, quomodo multum bibere possint? Annon hoc est oleum camino addere? currenti calcar iniicere? Non est: Nec quis existimet, ansam ministrare me, aut fenestram aperire, ad nequitiam, cum hoc potissimum sit in votis, vt homines aut moderatè bibere consuecant, aut si occasio incidere, vt paulò largius sit bibendum, (nam vt habet proverbum, sacra hæc non aliter constant) ne defint adminicula, quibus tantum malum, quod cor-

pori, ut animæ damna taceantur, illatum plerunque
idemus, propulsari possit.

De brassica verò, de rapa, amygdalis panistq; buc-
cella, & omnibus iam recensitis temulentia dispul-
sibus remediis, quidquid ab aliis sentiatur, si ad susti-
nendam poculorum euacuationem, quam bibones
nostri magnæ sibi laudi ducunt, & non ad medican-
dum valetudini applicata, vsurpentur, summa us
inest iniquitas, cum sanitatis media, Ebrietatis in-
strumenta esse cogantur. Quisquis ergò id fecerit,
atq; creaturarum vsum à Deo inditum, sic inuerte-
rit, id non feret inultum.

CAPVT VI.

*Varia Temulentorum sectæ &
societates.*

Sicut ii, qui studium virtutis profitentur, vnani-
mi voto, colligatis animis quasi, arctam, ac certis
quibusdam Regulis complexam, vitæ societatem
ineunt, ut in superandis rerum difficultatibus, alter
alterum iuuet, alter alteri solatio sit, flante ac reslan-
te fortuna, atq; omnes tandem optata metâ potian-
tur: Ita & ii, qui vino indulgent, & commessationi-
bus, plerunque sibi similes aggregant, quibuscum
certis potandi legibus, vitam in popinis terunt. Et
sectæ quidem tales, diuersæ, in omnibus ferè locis
inueniuntur. nos aliquas tantùm, tum antiquas, tum
nouas recensēbimus, atq; explodemus.

Commemorat in primis sanctus Augustinus, A-
fros suo tempore, agminatim solitos, in honorem
Martyrum, agitare primū honesta ac licita conuiuia,
quæ modestiæ fines non excederent, postea verò, ut
progressu tēporis omnia plerūq; in deteri⁹ vergunt,
R 4 dege-
temporibus D. Augustini, potitantium ad sepulchra SS. Martyrum.

*Epist. 64.
ad Episco-
pū Aure-
lium.*

*Sectæ te-
mulentorū*

degenerasse ad nefarium luxum, & largius potandi libidinem, arbitantes, bibendo, sese summum sanctis honorem impendere. *Commessationes* enim, inquit, & *Ebrietates*, ita concessa ac licita putantur, ut in honorem etiam beatissimorum Martyrum, non solum per dies solennes, quod ipsum, quis non lugendum videat, sed etiam quotidie celebrentur: quæ scelerata, si tantum flagitiosa, & non etiam sacrilega esset, quibusconque tolerantia viribus sustentandam putaremus. Et paulò post: Sed feramus hæc, in luxu & labe domesticis, saltem de sanctorum corporum sepulchris, saltem de locis sacrorum, de domibus orationum, tantum dedecus arceatur. Hanc quoque, ad sanctorum sepulchra epulandi, ac bibendi consuetudinem viguisse, conqueritur D. Ambrosius, & acerrimis eam reprehensionibus confossum, detestatur hisce verbis: *Et hæc vota ad Deum peruenire iudicant, sicut illi, qui calices ad sepulchra Martyrum deferunt, atque illic in vesperâ bibunt, & aliter se exaudiri posse, non credunt. Ostultitiam hominum, qui Ebrietatem sacrificium putant, qui existimant, illos Ebrietate placari, qui ieiunio passiones sustinere didicerunt. Quotum quæque enim nouimus, de conuiuio intemperantia, ad tormenta venisse? Hæc Ambrosius.*

*Serm. 232.
de Temp.
qui est 2.
de Ebrietate.*

*Alia Rusticorum
Temulentiorâ seclâ.*

Aliam deindè refert Augustinus, inter rusticos iniri solitam, quasi bibendi lectam, quæ apud modernos quoque interdum reuiuiscit. *Et illud, quam lugendum & erubescendum est, inquit, quod dicuntur aliqui rustici, quando aut vinum habuerint, aut alia sibi pocula fecerint, quasi ad nuptiale conuiuium, ita ad bibendum, vicinos vel proximos suos inuitare, ut eos per duos aut quatuor dies teneant, & nimia ebrietate sepe-*
liant,

lin, & tamdiu ad domos suas, de illa lugenda potatione non redeant, donec omnem potum, quem ille, qui eos mitauerat, habuit, perexpendar. Et vnde se vel per duos aut tres menses, cum omni familia sua, rationabiliter reficere potuisset, duobus aut quatuor diebus, intoleranda & erubescenda bibitione consumat. Videat hic, qui volent, annon appositissimè loquatur D. Augustinus ad nostri temporis Rusticorum Encaniam luxum, quem, quod ciues etiam, ac nobiles, magno facultatum dispendio complectantur, quotidiano docemur experimento, vt apud plerosque fera in fundo parsimonia, reducto errore calculo, amplius emendare non sinat, nec ferè quisquam illorum sapit, donec quod Persius ludit, eueniat, donec, inquam, deceptus & exspes,

Ne quicquam fundo nummus suspiret in imo.

Quintus Curtius de Alexandro magno refert, eum per seipsum poculorum Gymnasia quædam instituisse, & qui omnium fortissimè in cyathorum conflictu se gessisset, præmiis exornasse. Eam quoque ob causam, victorem Protarchum, in potando strenuissimum Athletam ab eo talentum auri accepisse, sed viduo post, crapula enectum, interiisse. Hæc de veteribus.

*Lib. 5. eius
vita.*

*Alexandri
Magni
gymnasiū
potandi.*

Nouæ temulentorum societates, veteres illas, morum turpitudine, longo post se interuallo relinquentes, tot sunt fermè, quot oppida, imò quot tabernæ. Et quid attinet omnes declarare? Communiore ergo tatum, quæ pluribus in locis vigent, istic leuiter tangendæ.

In primis, latè patet illa, quæ appellatur Antonianistarum, ac plures Germaniæ vrbes peruasit. Conspicuum habet atque Primispilum, Non sanctum illum Antonium, de quo S. Hieronymus scribit, per-

*Societas
Antoniarum
potatorum.
In eius vi-*

In Philip-
pic. orat.

petuò vini vsu abdicato aqua moderatissimè victi-
tasse; sed *Marcum* illum *Antonium*, quem Cicero
commemorat, eximium fuisse potatorem. ac semel
toto Romano populo spectante, cum esculentis fru-
ctis reuomuisse vinum, quod copiose abligurierat.
Patris itaq; non degeneres filij vestigijs inhaerentes,
vomendo, ructando, poculum exhaustum pulsando,
aliasque mille ineptias, inutilissimasq; gesticulatio-
nes exercendo, Antoninos mores exprimunt
quod & notasse videtur Satyricus.

Iuuenalis
Satyra. 3.

*Si benè ructauit, laudare paratus,
Si trulla, inuerso crepitum dedit aurea fundo.*

Secta deal-
batorum
vini:
Wein-
bleicher.

Memini, me alibi sectam quandam temulento-
rum reperisse. qui *vini Dealbatorum* nomine, vulgò
Weinbleicher/gloriarì solebant. Horum Schola hisce
constabat legibus (non, vt opinor, à Lycurgo, ve-
rum quod factò consentaneum magis, à quodam
Epicuri de grege porco, latis,) vt è numero assiden-
tium vnus, ingens, rubeo vino impletum vitrum, ad
medietatem epotet: tùm albo iterum id merore-
plet, & ad medium similiter, iteratò exhaurit, tertio
idem facit, ac quartò, sæpiusq; ac tam diu, quo ad
totum in vitro vinum albescat. Idem omnibus per
ordinem præstandum incumbit. Potius eos dixerit
vini vastatores, quàm *dealbatores*.

Secta orga-
nistarum
vini.

Ac ne ineptis potatorum desit quippiam, com-
plures reperti sunt, nonnullis in locis, qui *vini orga-
nistas* sese nominant. Horum ordo hisce continetur
moribus. Statuunt sex, octo, pauciora, plurauè pocu-
la, aut vitra, in abaco, quorum alterum, altero sit gra-
datim altius, instar fistularum organi. Tùm (egre-
gij scilicet homuli,) à primo incipiunt, ordineq; suo
epotant omnia, ac socio propinât vicino; is ad idem
obligatur, atq; adeo omnes per gyrum, ni à symposio
exulare velint, aut vapulare. Vidi

Vidi alios quoque, qui ubi bonum quendam, ac fo-
 brietati addictum virum, qui se inebriari non facile
 paratur, in casses incidisse cernunt, promittunt qui-
 dem ei liberam, quantum lubet, bibendi licentiam,
 negantque, se quicquam propinatuuros, ac fidem præ-
 stant. Sed alio bibendi stratagemate, eum callidissi-
 me aggrediuntur. Locant in medio multæ capa-
 citatis craterem, Et vnus, qui symposij caput est,
 infit. *Quisquis amat, quisquis sanam vult Imperatori-
 am aut Regiam Maiestatem, hunc vel illum ducem, ac
 principem, hoc poculum exhauriet. Quisquis capita-
 lis, ac iuratus alterutrius vult haberi hostis, Omittat.*
 Atque ita nolens volens quis, ad effugiendam ca-
 lumniam, bibere cogitur; quod neququam tamen
 fieri oporteret, sed quiduis potius tolerandum. In
 plerisque demum nuptialibus ac solennioribus con-
 uuijs inueniuntur quidam, qui vnà congregati, v-
 nam mensam, quàm *scurrarum* vocant, occupant;
 & qui inter epulandum, omnium impudentissimas
 edunt scurrilitates, is caput, salutatur, atque ipsorum
 princeps. Quæ praua consuetudo, quantum ad cor-
 rumpendos luueniles animos, qui spectatores ad-
 sunt, momenti afferat, incredibile dictu est. Quam-
 obrem à Magistratu coerceri, ac grauer puniri ta-
 les, æquum esset.

Nemo tamen dicat, me honestam amicorum
 consuetudinem ac familiaritatem, vbi exhilarantur
 aliquantulum animi, modestiæ tamen infra limites,
 improbare. Immo suaferim. Atque hæc de Bi-
 bonum sectis. Tu si plures noueris,
 huicce apponito, per me
 licet,

*Secta epo-
 tantium
 ingens pro
 sanitate
 totiuum
 poculum,*

*Secta scur-
 rarum.
 Quisquis
 Lisc.*



*Malè agi à Magistratu tolerante quosdam per-
petuos belluones.*

E Leganter admodum, ac sapientissimè, de Regi-
bus & omni Magistratu, Hesiodus scribit:
τὸνεκα γὰρ βασιλῆες ἐκέφρονες ἄλλοις,
βλαπτομένους ἀγοσῆφι μετ' ἄποπα ἔργα τελέουσιν.
*Hac vna Reges olim sunt sine creati:
Dicere ius læsis, iniustaq; tollere facta.*

*Magistra-
tus officiũ
quod?*

Et quid iniustius, quid iniquius temulentia? quid
bonum tam publicum, quam priuatum infestatae
lædit vehementius? quid euertit florentem Rerum-
publicarum statum sæpius? Quod cum ita sit, mag-
noperè sum admiratus haud rarò, eorũ, qui ad Rei-
pub. gubernacula sedent, in tolerandis quibusdam
ad helluandum quasi natis hominibus, licentiosam
indulgentiam, quorum vita nihil est aliud, quam
κοινὴ βιάζεσθαι, ac perpetuò vinariis in gurgustis ac
lustris latitando, aleis ludere, epulari, perpotare. Vir-
de quam infinita in ipsam Rempub. damna redun-
dent; quot scelera ac flagitia pullulent, vel nocturne

*Dilapida-
tio faculta-
rum, & a-
lia mala ex
hac Magi-
stratus in-
dulgentia
fluunt.
Deut. 21.*

Canon. 46.

*Magnũ malũ ebrietatis, vnde omnia vitia pullulãt, modis
omnib. precipimus cauere, & qui hoc cauere noluerit, ex-*

com-

communicandū eum decernimus, vsq; ad emendationem
 regnā. Iam verò impunis regnat vbiq; temulentia.

Scribit Alexander ab Alexandro, veterib. ita exo-
 lum fuisse temulentiam, vt grauissimis eam pœnis
 Republica profligarent. Quintus Coponius, quod

vinum amphoram ei miserat, cuius suffragio Magistratum
 petebat, ambitus fuit condemnatus. Proditurq; memo-

ria Egnatius Metellus, vxorem, quod vinum biberat,
 fuisse necasse. Et Cneus Domitius, mulierem que visa est

plus vini bibisse, quam valetudinis causa deceret, dote
 multasse. Et inferius paulò: Apud Locenses, Seleu-

cus, vinum vsque adeò auersatus fuit, vt etiam egrotis
 dari inhiuerit, cavitque, vt qui vinum biberet, capite

laerer. Et Pyttacus Mytilenæus Temulentos si quid
 deliquissent, duplici pœna multandos curauit, vt

formidine supplicii promptius à vino abstinerent. Quæ
 omnia annon modernam facilitatem arguunt?

Quid enim gladius, quid fasces magistratui, si ma-
 lum, si hoc inquam tantum malum punire nolit?

Fit hac indulgentia, vt vbiuis locorum popinæ, ac
 tabernæ, in ciuitatibus atque oppidis instituantur,

imò & integræ quasi vrbes, atque oppida, in popinas
 degenerent, vt in ea ille Diogenis iocus, non imme-

ritò quadret. Is enim cū in Maronia potaret cum
 quibusdam, iactabat se posse scire, ad quem locum

ciuitatis, spectaret vultu, etsi tecta velataque facie
 ipsum ducerent, & cum obuelato vultu, ita circum-

duxissent, rogassentq; quò spectaret? Ad cauponam
 inquit, idq; sæpius cū iteraret, illi contrà; caupo-

nas nō esse, attestabatur, imò cauponas aspicio, in quie-
 bat. Quid enim omnes, ô Muronii ciues, vestra ciuitatis

domus aliud sunt, quàm cauponæ, qui nimum licenter,
 totos dies ac noctes, impunè potatis?

Tole-

Genial.
 dior. lib. 3.
 cap. 11.

Diog. La-
 ért. in eius
 vita.

Diogenis
 iocus.

Non toleranda remulencia.

Tolerandum, aiunt, hoc vitium; nimis est inueteratum, nimis vulgare. Quid? tolerandumne? Et ita tolerandum, vt propria tandem vineta cædat, atq; ipsam Rempub. sceleribus impleat? Ego verò nescio, vt candidè fatear, quod sentio, quid hic Deo responsuri sint ij, quorum curæ, boni communis ratio, est commissa.

Stabler. orat. catechet. b. de 7. pecc. capital.

Age verò, si seueritatem huic vitio non placet adhibere, saltem aliquid facitote, ne ita continuè à quibusdam exerceatur. Quid enim minori labore profectari possit, quàm quod à doctissimo quodam viro suadetur? Si vt in Hispania propter heresin supplicio affecti, ita apud nos, qui ex Ebrietate, aut repentina, aut violenta aut fortuita morte, saltem infra vnum annum, aut alterum sublati sunt, in Catalogum redigerentur, & cuiuslibet celebrioris ciuitatis Magistratu, & publicè depicti conspicerentur, esset contra Ebrietatem præclarum remedium. Cui consilio & ego manus porrexerim lubens, quando aliud impetrari non potest.

CAPVT VIII.

Iudicium de tabernis ciuicis, quas alicubi nominant bibitorias.

Diuersoria itinerantibus necessaria.

AD vsum humanæ vitæ opus esse tabernis, nemo non videt, nemo negat; nam vt peregrè abeuntium commoditati consuleretur, statuta certaque quædam à maioribus diuersoria, vbi impensa sua, cibo potuq; affatim quisq; refecti, debilitatas itinerum molestias, recolligerent vires, atq; corporis facultates. Hæc nos viatorum diuertacula, nullo modo carpiamus, imò, vt Reipublicæ utilia, ac pernecessaria commin-

endamus, ac suademus insuper, vt ciuitatum, op-
porum, ac paganorum praefecti, eam vnicè curam
gerant, vt omnibus, quæ ad victum necessaria sunt, a-
bundè instructa, pro itinerantium libitu, cibum po-
nunt, iusto precio liberaliter exhibeant.

Tabernas illas vinarias petimus, quæ in vrbibus
ac ciuitatibus primùm erant, ad externorū transe-
untū vsum destinatæ; sed vt omnia temporis fluxu
in peius abeunt, ita & hæ tabernæ, ab incolis magno
concurſu frequentari cœptæ, in variorum officinas
flagitiorum degenerarunt, apertissima maligni Dæ-
monis fraude. Sicut enim auceps auicularū ingen-
tem numerum in vnum pellicere, atq; congregare
locum satagit, vt eas facilius reti implicatas capiat:
sic ille, quàm plurimos in vinarias popinas allicit, vt
inectis tentationum laqueis, eos ad peccandum fa-
cilis pertrahat. nec vano labore, aut irrita impen-
sa. Credibile est, ab huiusmodi Symposiis, è centum
paucos euasisse, qui cum Psalmista verè gloriari po-
tuerint, *Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.* *Psalm. 123.*

Taberna-
rum vsum
in ciuita-
tibus.

Simile.

Hic potus excessu mergitur: ille obscenis verbis,
aut turpibus cantilenis, aut lasciuis gestibus atque
aspectibus, ad libidines inflammatur; hic alea-
rum lusu sua prodigit: ille turpiter scurris ac ga-
neonibus effusè donat; alius ira excandescit, rixas
ciat, blasphemias & conuitia iacit, verberat, mor-
det, vulnerat, occidit, proximi si non vitam, sal-
tem famam linguæ gladio. vt hæc conuenticula, non
immeritò *Dæmonis* quasi *decipulas* ac *nassas* vocare
possis. Imò & verè: hoc Domini per Prophe-
tam est verbum. *Quia inuenti sunt in populo meo* *Hierem. 3.*
Impij, insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes &
pedicas, ad capiendos viros. Sicut decipula plena
auis.

Psalm. 123.
*In taber-
na fieri
consueti.*

Hierem. 3.

auibus: sic domus eorum plene dolo. Et mihi quidem hac in re Dæmon simiam Dei videtur agere velle. Cultum suum ac latriam, Deus, in ædibus ad hoc fabricatis, exigit; Dæmon consimili ratione, id, quo maximè delectatur, & quo præcipuè homines ipsius obsequiis deuincti, miseram peccati seruitutem profitentur, in tabernis huiusmodi vinariis, pro libitu assequitur.

Hæc & antiquos Romanos, gentilitatis superstitionibus licet intricatos, non obscure deprehendisse vel indè clarum est, quod vt Alexander ab Alexandro refert, creatis ædilibus voluerint vt populus omnes illic tollerentur, quod eæ magnum detrimentum Reipublicæ progignerent. Testatur quoq; Xiphilinus Claudium Imperatorem, omnes delicias quæ fuerant Caij Caligulæ temporibus introductæ, sustulisse, quin etiam cauponarias officinas, vbi confluere solebant, ad luxum iam assuefacti ciues, euertisse, quod omnis nequitia lustra, Tabernas esse dicitur. Cuius si vestigijs, nostrarum quoq; Rerum publicarum administratores ac Duces insisterent, latissimè vaganti, commune bonum, exitio, liberatum essent.

Lib. 4. Genial. dier. cap. 3. In vita Claudij Imper.

Oblocutio remulencorum ciuium, eiusque repulsa.

Atqui nimium morosè nobiscum ages, inquit vini depopulatores, si omnes quoq; tabernas ciuicas exterminare velis, vbi hebdomatim conueniunt & honoratiores aliqui è toto numero, mutua inuicem conferunt colloquia, ac potantes, laxant à curis parumper animum. Id à nostris dimanasse maioribus accepimus, qui si mali quippiam hinc imminere posse Rebus publicis animaduertissent, haud dubiè tantam malorum ansam, ad posteritatem non transmississent.

Non improbantur

Contrà sic me tueor, Eas non improbârim, dummodò

modo absit abusus, non nimium crebra sint illa cō-
 tenticula, absit luxus omnis, & alearum nimia licē-
 tia: procul sint blasphemix omnes, & rixæ, & quid-
 quid honestatis pulchritudini atq; dignitati aduer-
 satur; tūm, ne festorum dierum sancta solennitas,
 nunquam violetur: quæ si adsint cōditiones, permit-
 tendum haud dubiè, ut interdum ciues conueniant,
 mutuoque congressu, mutuam vitæ societatem &
 concordiam nutriant, atq; stabiliant.

omniud
 tabernæ
 Ciuicæ.

CAPVT IX.

De abusu, tot poculorum aureorum atque argen-
 teorum, tam diuersis, ac portentosis formis.

Perplacet illud Alexis Græci Comici:

Ἐγω γε τῶ τὰ δ' εἶοντ' ἔχαρ' ἔρω:
 τὰ πρὸς πῖλ' & μισῶ. τοῖς ὑπὸ βαλλασσι γὰρ
 τὲς ψιῖ ἄλλ' ἔνεσι, πολυτέλεια δὲ.

Habere cupio vita quibus ipsa indiget:
 Odi superuacua. Voluptatis etenim
 Nihil his inest, sed sola sumptuositas.

Ex Heinri-
 co Stepha-
 in sentent.
 comic. Græ-
 corum.

Quod sanè spectauit olim antiquitas, simplicissi-

nis aut figulino, aut tornatili opere, è cornu lignovè
 fabrefactis bibens poculis, quibus deindè vitrea
 successère ac Murrhina, paruo sumptu, nullo luxu:
 De utroq; genere liquet è scriptoribus. Et in primis

Quæ &
 qualia in
 usu anti-
 quitus po-
 cula.

Plinius. Maior pars hominum, inquit, terrenis utitur
 vasis. Et alibi huius generis laudat Samia & Aretina.

Lib. 33. c. 19

Cui & Aufon. de Agatocle, Siciliæ Rege suffragatur.

Lib. 35. c. 10

Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea Regem,
 Atq; ab acum Samio sæpè onerasse luto.

Et Martialis in Apophoretis:
 Aretina nimis ne spernas vasa monemus:
 Lautus erat Tuscis Porsena fictilibus.

S

Cele-

Celebrat idem Poëta, pocula Saguntina, ex Hispaniæ oppido Sagunto apportata.

Sume saguntino pocula facta luto.

Lib. 6.

De corneis quoque poculis, apud authores est mentio. Narrat Xenophon, dum Cyrus in Asia militaret apud Paphlagones, eos tantum corneis usos fuisse Cyathos.

Cantharos ligneos in usu fuisse, subindieat Virgilius Silenum describens. —

Et procul attrita pendebat Cantharus ansa.

Insigni verò artificio elaborata, idem recensit Toreumata, preciosisq; exsculpta Emblematis,

Ecloga. 3.

--- Duo pocula ponam

*Fagina, celatum diuini opus Alcimedontis,
Lenta quibus torno facili superaddita vitis,
Diffusos, hederæ vestit pallente, Corymbos:
In medio duo signa, Conon; Et quis fuit alter?
Descripsit radio, totum qui gentibus orbem,
Tempora quæ messor, quæ curuus arator haberet,
Et vicissimâ Dameta subiungitur:*

Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit.

*Et molli primum est ansas amplexus acantho,
Orpheaq; in medio posuit, syluasq; sequentes.*

L. 36. c. 26.

Successere his quoque vitrea, Crystallina, & Murrhina. De vitreis Plinius hæc habet.

Vitri temperamentum, ut flexile esset, Tiberio principe excogitatum fuit, sed quod derraheret auri et argenti metallis, precia, eius officinæ sunt obolata. Tandem denuò reperta vitri arte Neronis principatu, multi ei calices duo sestertiis sex millibus venundati. Potesan ob operis nouitatem. de vtrisque sic Iuuenalis.

Satyra 6.

*Grandia ponuntur Crystallina, maxima rursus
Murrhina.*

Et Martialis quoq.

lib. 3. Epi-
gram.

Opimianum Morionibus Neclar

Chrysellinisq; Murrhinisq; propinat.

Non negauerim tamen in Regum ac principum Lib. 1.
saltem conuiuus, antiquitus quoq; adhiberi solitos, *Aeneid.*
crateres paterasq; ex argento & auro, Quod inuif-
se videtur Virgilius in conuiuio Didonis--

Crateres magnos statuunt & vina coronant,
Subditq;

-- ille impiger hausit

Capitoli-
nus & Xi-
phylus in
Gallieno,

Spumantem pateram, & pleno se proluit auro.

Vndè & Historici tradunt, Gallienum Impera-
torem, aspernatum vitri pocula, aureis semper bi-
bisse.

Hec licet ita sint, non tamen tam multa & varia,
totq; formis distincta, passim apud omnes, imò neq;
inter principes viros visebantur, sed ad vsum tan-
tum bibendi efformata, nihil præter Cyathorum ac
Scyphorum speciem referebant. Ipsam antiquita-
tem appello, quæ si nobis aliqua reliquit pocula, ei-
us quod dico, indicium præbet ac firmamentum.

Sed quid de exulcerato hoc sæculo querar? Ita *Varia po-*
ab hominum memoria creuit Ebrietatis vsus, & *culorum*
potationum infamis exercitatio, ac talis stultitia *monstra*
multos inuasit, vt nesciant ineptos satis calices ex- *nostro sæ-*
cogitare, quibus suam prodant amentiam. Cyathi *culo.*
plurium schematum non sufficiunt, noua subindè
excogitata delectant. Atque vt vno fasce plurima
complectar, bibitur hoc lasciuo opere, diuersa ma-
teria metalloq; conflatis ac paratis, ex vuis, pomis,
pyris, vtriculis, calceis, oereis, libris, atramentariis,
bombardis, cornibus, Morionibus, Rusticis, Venä-
toribus, vrsis, ceruis, afinis, equis, porcis, catis, Gallis

§ 2 Gal-

Gallinaceis, & mille aliis delirantium temulentorum adinuentis.

*Varie in
fingendis
poculis in-
eptiæ.*

Præmagnos alii, vario artificio crateras conficiunt, quos gemmis adornant, variis coloribus in z-mulationem rosarum, liliorum & virentium citriorum, vel smalto, quod hodiè vocant, eadem gemmarum loco appingunt. Vsurpant alii auratos calices absque pede, vel pyri instar vel campanæ, vel etiam virginis, vt fisti in mensa nequeant, quò celerius per orbem ebibantur. Et quæ maior scurrilitas? inuenias plurima, cum adnexis quibusdam rotalis, per fistulam, flatu impellendis, ita vt tamdiu volutur & rotentur, quàm diu in poculo exinaniendo laborat potator: Nam si prius cesset rotæ flexus, iterandi eiusdem poculi pœna, mulctatur. Et ne plura enumerando sim longior, dolendum est, ac multis deplorandum lachrymis, tot vanos sumptus, in eiusmodi, quas recensuimus, vanitates impendi, quæ aliàs magno æterni præmii scœnore aut pauperum inopiæ subleuandæ, aut Deo dicatis domibus, potuissent erogari. Et hunc ergo luxum, magistratui abrogandum trado.

Isthic quod superest, vnumquenque Christianum Diui Ambrosii verbis compello: *Non seducant te aurea vasa atque argentea. Habemus & nos thesaurum in vasis fictilibus: vas hoc fictile est, sed in eo thesaurus Christi: Aureum est vas illud, sed in eo venenum mortis, venenum ebrietatis, venenum libidinis.*

Lib. de Helia & ieu. c. 25.

96 (?) 96

CAPVT X.

An benè faciunt, & cum laude, qui nimii potus vsum, ad certam ac temperatam mensuram, iureiurando aut voto, vel obligationis alio vinculo sibi adimunt.

Quorundam arbitrato, qui corrupto, quo solo vigent iudicio, omnia quæ iuxta rectæ rationis ductum ac normam fiunt, deprauata iudicant, & inequali, quod aiunt lance, ponderant ac metiuntur, illaudatum fertur & culpabile, si quis nimium ac superfluum potum, aut eiuret, aut voto quopiam emisso, ab excessu omni se immunem reddat.

Verùm, vt meam ego prodam sententiam, pestifero cœcutiunt errore, deceptique temulentix studio, tùm se, tùm alios fallunt. Quis enim id, quod occasionem vel minimam ad virtutem importet, meritò reprehendendum censeat? Atqui hæc iurata, aut voto promissa superflui potus abscissio, ad sobrietatis atque abstinentiæ dignitatem, facillimam aperit viam, eamque per se iis, qui Temulentix sunt assueti salebrosam atque asperam, complanat quodammodo, ac iucundissimam reddit. Nam qui te iureiurando Temulentiam abiecit intelliget, quod aliàs non omisisset, ad nimium potum vini author tibi vix erit, periurii metu.

Dubitas, ad hoc licere iuramenti vinculo, aut voti religione, se adstringere? Ne hæsites. Promissorio iuramento, inquit sanctus Thomas, ad omne quod bonum est, te licite obligas. An non optimum, vitare illiberalem illum vini potum? Quamobrem & eius fugam iurare, quid mali continebit? Iuramentum

Liciti est,
iureiurando
aut voto,
nimium po-
tũ abscin-
dere sibi.

2. 2. q. 89.
ar. 4.

Iura meũ

S 3 à iuro

unde di-
Hum?

à iuro dicitur, iuro autem à iure. Quid enim est aliud iurare, quàm promittere, atq; in eius promissi- stem, Deum aduocare, te id quod iustum est, serua- turum? Iustum est, immò & à Deo præceptum est, quod isti iurant; cur ergo reiicis? cur accusas? cur condemnas?

Obiectio.

Matth. 5.

Atqui vetuit Christus in Euangelio iuramentis vti. Iterum audistis, inquit sacer textus, quia dictum est antiquis, non periurabis: reddes autem Domino iuramenta. ego autem dico vobis, non iurare omnino. Et in-

Deut. 31.

ferius. sit sermo vester, est, est, non, non. Quod autem libi abundantius est à malo est.

L. de men-
dacio.

Solutio.

Sed audi eius mandati sensum aperientem D. Augustinum. Dico vobis, nò iurare omnino ait Saluator ne scilicet iurando ad facilitatem iurandi veniatur, de facilitate ad consuetudinem, de consuetudine in periu- rum descendatur. Et multo aptius instituto nostro,

Serm 27.

de verbis

Apostoli,

et habetur

22. q. 1. cap.

si pecca-

zum.

Quando

et quomo-

do licitum

iurare?

cum alio sic in loco docet. Si peccatum esset iuratio, nec in veteri lege diceretur, non periurabis. Reddes Domi- no iuramenta tua; non enim peccatum nobis præcipere- tur. Item non vobis dicimus non iurare, si enim hoc dicitur, mentimur. Quantum ad me pertinet, non iuro, sed quantum mihi videtur, magna necessitate compulsus, cum video, nisi faciam, mihi non credit, et ei qui mihi non credit, non expedire, imò et mihi, quod non credit. hæc perpensa ratione, et consideratione librata, cū magno ti- more dico, cor à Deo, aut testis mihi est Deus, aut scit Chris- tus, quod sic est in meo animo. Et ideo quod plus est quod est amplius, quàm est, est, nò, non? Sed hoc quod amplius est, à malo est, non iurantis, sed nò credentis, atq; impellentis.

Nota, cur
porum li-
ceat abiu-
rare?

Quare cum ita iam homines ad Ebrietatē procli- ues sint, vt modis omnib; atq; artificiis, immò tech- nis quoq; ac dolis, alios ad ipsam compellant, ita ve- cum

nam factu ferè fit impossibile, vt quis eorū iuxta-
 ones effugiat, ni summi conatus adhibeantur, non
 improbandum, si sobrietatis propositum iuramen-
 to sic stabilias, vt eius violandi metu, te ad biben-
 dum vrgerè desinant. Atq; id non est amplius quam
 est est, id est, mihi sobrietatem colendi, animo fi-
 xa est sententia. Et non non, id est, non amicitia,
 non vllius mali timor, me ab hoc mentis proposito
 abducat,

De voto idem patet. Id enim iuxta D. Thom.
 est testificatio spontaneæ promissionis quæ debet fieri Deo 22. q. 89.
 de his quæ Dei sunt. Annon Dei est, sobrium esse? ar. 1.
 Qui ergo malum, voto spontaneo id Deo promit-
 tere, si præsertim ad tuendam virtutis dignitatem,
 magnopere fit necessarium?

Maneat itaque certum ac euidentis pium esse, &
 cum laude coniunctum, si sobrietatis sine proposito
 omnem Ebrietatis occasionem, etiam voto ac iure-
 iurando tibi abscondas. Hæc enim nunc est tempo-
 ris ratio, ea morum corruptio regnat, & virtutis
 huius contemptus, vt difficillimum sit, aliàs, in eius
 allecutione immotum persistere.

CAPVT XI.

Num' probentur qui inter pocula res arduas in
 consultationem aut disputationem addu-
 cunt.

Veteres Persas, & item Græcos, inter pocula, L. 3. Geni.
 consultare solitos, grauisissimi notant autho- al. dier.
 res. de illis Alexander ab Alexandro; de his Home- cap. 11.
 rus: Ait enim, consuluisse Nestorem Agamemno-
 ni, vt præstantissimos ex Græcis euocaret ad cœ-
 nam;

*Veteres
consulta-
bant de re-
bus arduis
inter po-
cula.*

*Lib. 1. de
legib.*

*Illam vete-
rum con-
suetudo
nobis haud
probat.*

*lib. 14. cap.
ultimo.*

*De fidei
rebus non
disputan-
dum inter
pocula.*

nam; nam & in cena fieri prudentiores vini potu
accedente. Vnde Bacchum illos appellasse, *ὄψιον*,
hoc est *bonum consultorem*. Et *ὄψιον* vinum quia face-
ret, vt qui bibunt, sapere se putent. Et Plato quoque
comprobasse legitur, vt aliquando ad liberio-
rem vini potum veniatur; sic enim regei facilius homi-
num mores, & intimas abstrusasque animi cogitatio-
num quasi latebras aperiri. Hunc morem, de graui-
simis, inter pocula, rebus consultandi, nostratum
imitantur non pauci, qui mensis suis coronant, ac
largos inuicem propinant Cyathos, vnde liberioris
consilij habeantur. Exemplis verò ad id nituntur
magnorum Regum, Philippi praesertim Macedonis
& Alexandri, ne dicam ex Romanis principibus
multos, quos iam supra memorauimus, qui in pub-
licis etiam conuiujs, dum de rebus arduis delibera-
tio incidisset, vino definirent.

Sed esto, hic ritus apud illos fuerit laudabilis, qui
modum bibendo non excedebant, nunc sanè non
est admittendus, vbi nimio bibendi ausu, plerumque
rationis vigor, atque intellectus acumen ita hebetat-
ur, vt sui vix compos animus relinquatur, imò de
non rarò crapula penitus obruatur. Cui ad stipula-
tur, quod Plinius rideat & explodat, illud Graeco-
rum verbum, quo, *Vino veritas*, quae praesertim ad
difficilium rerum discussionem requisita sit, attri-
buatur; hac enim nihil minus in vini potu reperi-
ri, si vel aliquantulum excedat rationis modum.

Ex quo capite, nec illorum nobis arridet consue-
tudo, qui dum vino incaleere, ad disputationes de
controversis fidei rebus conuolant, sua mordicus
tuentur, aliena oppugnant. ege enim, hoc importuno
tempore, verborum altercationes, nihil, non modò
emolumenti pariunt, sed & rixas per sepe & contencio-
nes

es. irasq; excitant, & pugnas mouet. Quod elegans *In Enchi-
ridio.*
Epicleti sententia confirmat. *Litigare & contem-
dere, cum vbiq; indecorum est, tum inter pocula maxi-
me.* Nam neq; Ebrius aliquis sobrium docere potest, neq;
Sobrius ab Ebrio persuaderi. Vbicunq; igitur non adfue-
rit Sobrietas, tandem nequicquam te contendisse appare-
bit. Itaq; non abs re dictum olim; *De mane consilium;*
Quod tum in consiliis dandis atque expendendis,
tum in acceptandis & exequendis, plus momenti
adferat Sobrietas, quam aliud quodcunq; aut tem-
poris, aut loci, aut personarum iuuamentum,

CAPVT XII.

Natura & Effectus nimij vini.

Pertractatum vtiq; satis libro primo huius opus-
culi, ac dictum, quot temulentia morbos cor-
pori, quot animæ pericula creet atq; detrimenta. Ea
hic non repetimus, ne bis costam cramben lectori
apponamus, non omittendum verò erat ordinis
gratia, nimij vini naturam atq; efficaciam, hic vel
saltem tribus verbis in oculos statuere, cum sequen-
ti capite, quid moderatè potatum vinum valeat, de-
lineaturi sumus, vt iuxta se posita, virtus & vitium,
contraria, plus vnum ex altero lucis nanciscatur.
Sanitas est animæ & corporis Sobrius potus, inquit Sa- *Ecclesi. 31.*
piens Ecclesiasticus. Contrà verò; *Amaritudo a-
nimæ vinum multum potatum,* nam vt Coriandri se-
men modicè vsurpatum, non paucis morbis aptis-
simum remediū esse pleriq; docent medici; quam
primum autem iusta quantitate relicta, excessus in
eius vsu intercurrat, morborum originem excitat,
& furori atq; amentiz principium caussat. Eodem
planè modo, & vinum. Nam si eius vsui modus ab-
sit, si

Noxæ vini
immoderati.

Señ. 3.
probl. 1.
Vinū va-
riè immu-
tat homi-
nes.

fit, si præter naturæ exigentiam ingurgitetur, et si natura fit calidissimum, ex accidenti tamen, totum refrigerat corpus: nec secus, nimio eius potu innatus corporis calor suffocatur, atque paruus ignis, magna lignorum strus confusè superiecta, extinguitur. Quare morbos illinc multiplices, & repentinas mortes consequi oportet. Cumque vinum suo spiritu & vapore caput petat, fit, ut principe hac parte, & neruis, inde suam originem trahentibus offensa, ac læsa, totum corpus conuellatur, ac rationis præsertim vsus concutiatur. Quod si vllus alius, sicut Aristoteles in Problematibus, compendiosè pariter, & clarissimè expressit, cum eius vsus, aut nimium, aut moderatum, humori Melancholico comparat, vel in debita quantitate, vel in excessu constituto. Hæc eius verba sunt: *Sicut humoribus, præcipuè Melancholicis, tribuuntur doctrinæ studium atque sapientia, prudentia administranda Reipublicæ, robur virium, artium inuentiones, pangendi carmina ingenium, heroica reliquæ actiones, & quæ in altero extremo commingunt homini; ingentes, tam animi quam corporis passionēs, alienatio mentis, deliria varia, vlcera grauiora, ac diuturni vel incurabiles morbi. Sic vinum sui generosa virtute, prout plus minus vè corpori intermistum est, disponit, informatque hominum naturas, ad varios habitus, ad passionēs omnes, etiã in extremo ac maximas, tam bonas, quã malas. Nam quales Melancholicos affirmamus, sic vinū varios parit mores ac habitus; cum immodicum bibitur, iracundos pariter reddit homines, misericordes, audaces, timidos. Intelligere autem planè licet, quàm varios efficiat homines, si quis vinolètos animaduertat, incredibili mutatione, à se quasi alios fieri. Vnde alius fit loquax, alius mente commotus, alius*
lachry-

Chrymabundus, ut aliorum nesciat immutari Tales
 quoque & vinum inter bibendum efformat homines,
 cuius quaedam non raro excedunt mensuram, ut idem
 non solum crebro à se discrepet, variisque illapsus atque
 inbutus morum generibus, quippe aliàs benigni red-
 duntur, aliàs efferati, aliàs taciturni, vel adeo pericli-
 tantes in lasciviam fiunt, ut osculari inducantur eos,
 quibus nemo sobrius dare osculum velit, quia vel defor-
 mes, vel atate proueli sunt. Hæc omnia Aristoteles
 quoque alibi quoque Cheremonis Philosophi testimo-
 nio probat, quem dixisse perhibet --

Eadē sect.
 3. probl. 16.

ὅτι ὁ ἄνθρωπος ἐν τῷ πλεονεξίᾳ καὶ ἐν τῷ ἐπιποσει
 Vinum pro moribus utentium sese exhibet aut attemporat.

Quasi dicat, moderatus eius usus, boni omnis cau-
 sa est; superfluous contra, mali omnis origo. Ad idem
 facit, quod alio loco dicit: Immoderatus vini usus, Probl. 20.
 præsertim calidioris, ac potentis, læbetat mentem, & in-
 genium, eneruatq; corporis omnem vigorem.

Afferit in super Macrobius, constare ex diuersita-
 te simulacrorum Liberi patris, quantum inordina-
 ta vini sumptio, detrimenti inducat. Pingebatur
 namque primùm puerili, atque iuuenili forma, vn-
 de Tibullus:

Lib. 1. Sa-
 turnal.
 Cur Bac-
 chus pueri
 specie olim
 pingeba-
 tur?

Solis æterna est Phæbo Bacchoq; iuuentus:

Nam decet in tonsus crinis, utrumq; Deum.

Et Ovidius in Metamorphos.

Tibi enim in consumpta iuuenta

Tu puer æternus, tu formosissimus.

Cur senili
 specie?

Idq; eod, quod, si parè sumatur, iuuenescere quasi
 faciat bibentium animos, exhilarando spiritus ac san-
 guinem. Deindè senili quoque vultu, cum caluitio,
 fronte cornibus insignita; quod Ovidius notat in
 Sapph,

Addant

Addantur capiti cornua, Bacchus eris.

Cur cum cornibus.

Eam ob causam, quod nonnullos instar senum morosos reddat, ac Melancholicos, atq; ad rixas & conuitia propensos, cornua addebantur, q; temulentos, tamen vino vacui, sint mansuetissimi, madidos tamen, cornu petas euadere, compertum habeatur.

Cur Bacchus Liber dictus, vera Plutarchi sententia.

Lib. de Iustariis documentis, cap. 37.

Plutarchus demum, censet ideò Liberum vocatum Bacchum, quod vini nimietas, ad omne flagitium sit liberrima. Quæ cum ita sint, apertis excipienda est auribus, paterna Diui Augustini exhortatio. *Fugiamus Ebrietatem, vinum enim nobis Deus ad letitiam cordis, non ad Ebrietatem donauit. Bibamus ergo, non quantum gula exigit, sed quantum nature imbecillitas postulat, ne id quod ad medelam corporis nostri tributum est, ad perniciem deputemus.*

GAPVT XIII.

Natura & effectus vini moderati.

Antithesis hæc vini, tum nimii, tum temperati, optimè Theognidis versu declaratur:

Ἰνὸς πινόμενον πρὸς κακὸν ἢ μὲν τις αὐτὸν πίνει πρὸς αὐτὸν, ἢ κακὸν ἀλλ' ἀγαθόν.

Vinum si bibas multum, noxium est, at si quis ipsum

Bibat prudenter, iam non malum, sed bonum est.

Nec tot in temperantia vini producit incommoda, quot è moderatione prodeunt utilitates. Nam in medicorum placitis credimus, eius mediocritas, tum animo tum corpori plurimum affert emolumenti. Et primò quidem mentem exhilarat, ac mox læstis oppressam pristino vigori restituit, vnde Xenophon appositissimè. *Mediocre vinum mærores ita sopit, vt mandragora hominem: benevolentias autè, non aliter, quàm oleum flammam excitat.* Ad idem videtur allussisse Tibullus:

In Symposiac.

Adde

Adde merum, vinoq; novos compesce dolores;

Occupet ut fessi lumina victa sopor.

Et alibi paulò prolixius, quanquã & quædam interpolauerit, quæ nonnullam sapiant leuitatem,

Ille liquor docuit voces inflectere cantu,

Mouit & ad certos nescia membra modos.

Bacchus & Agricole magno confecta labore
Pectora, tristitiæ dissoluenda dedit.

Bacchus & afflictis requiem mortalibus affert,
Crura licet dura compede pressa sonent.

Non tibi sunt tristes curæ nec luctus Iacche,
Sed chorus & cantus, sed leuis aptus amor.

Sed varii flores & frons redimita corymbis,
Fusa sed ad teneros lutea palla pedes.

Et Tyriæ vestes, & dulcis tibia cantu,

Et leuis occultis conscia cista sacris.

Accedit Ouidius:

Vina parant animos, faciuntq; coloribus aptos;

Cura fugit multo, diluiturq; mero.

Tunc veniunt risus; tunc pauper cornua sumit;

Tunc dolor & curæ, rugaq; frontisabit.

Latitiam non modò gignit, tum sanguinem au-
gendo, tum spiritus animales, quæ sunt instrumenta
animæ excitando, easque dispositiones inducendo,

quibuscum optimè se habet, atque ad hilaritatem
prona est, sed & rationis atque ingenii vires acuit.

Quod inter alios confirmat Aristoteles: *Vinum in-*
quiens, si moderatè sumatur, concoctionem iuuat, cor ex-
hilarat, cerebrumq; ac spiritus animales fouet, somnum
conciliat. Hinc memoriam & intelligentiam adauget, in-
genium roborat, sensus reddit puriores, excitatque ani-
mmum ad altas speculationes. Eodem spectat illud Oui-
dii -

Adde

Nec

Eleg. lib. 1.

Medio cre

vinum ex-

hilarat a-

nimum.

Ad Messal-

Lib. 1. de

arte amã-

di.

Moderatũ

vinũ acuit

ingenium.

Probl. 30.

sect. 3.

11. Meta-
morph. fab.
23.

Vinū tem-
peratum,
valetudi-
nē mirum
in modum
confirmat.

Lib. 3. de
Tempera-
mentis, c. 3.
Lib. de vi-
ni natura,
cap. 2.

Nec non & carmina, vino
Ingenium faciente, canunt.

Quantum verò toti planè corpori fit proficuum,
vt nihil ego meis adducam verbis, ne vltra fidem
aliquid effari videar, trium præstantissimorum Me-
dicorum, qui paulò ante nostra tempora floruerunt,
ex Galeni fontibus haustis luculentis testimonis,
clarum exhibebo.

Primum Guilielmus Gratarolus Bergomas, sic
scribit: Si temperantia in vini vsu adhibeatur, cum ad-
lendum, tum etiam ad roborandum corpus, ac proinde ani-
mā omnium efficacissimum habetur; siquidem purissimum
generat sanguinē, cœcissimè in alimentū conuertetur, si ob-
structionib. corpus nō laboret. cōcoctionē in quauis cor-
poris parte adiuuat, cerebrū purgat, intellectum excitat,
frigore sopitos spiritus viuificat, vrinam ciet, flatūs dis-
cutit, innatum calorem auget, conualescentes impinguat,
cibi appetentiam inuitat, sanguinem turbidum ac Melan-
cholicum clarificat, obstructions leues aperit, alimentū
in vniuersum corpus defert, colorem conciliat, & omne
in corpore excrementum deiicit. Et moderatè quidē po-
tum certissima est omnium horum bonorum causa. Im-
moderatè verò penitus contrarium gignit.

De bona
valetudi-
ne. Dial. 3.

Eadem, aliis tamen verbis, facundissimus vir Ge-
orgius Pictorius affirmat: Vinum moderatum nostri
corporis calorē suscitāt; vnde & cruditas corrigitur, &
sanguis emendatur; alimentū quādoquidem promptè pe-
netrat, per vniuersum corpus deducit; bonam corporis
habitudinem emaciatīs reparat, fastidiosas appetentias
cibi recōciliat, pituitosum humorem extenuat, bilem per-
lotium euacuat, coloris gratiam inducit, animo leta-
bundam alacritatem, iucunditatemque adfert, corpusque
robora-

robustius efficit. Et quemadmodum aqua, lupinis multam amaricantibus superfusa, Zenone asserente, lupinos dulces efficit: sic vinum modice potatum, hominis mentem nubilam serenat, atque latitiam generat. Hæc Pistorius.

Ioannes Curion, non vulgaris doctrinæ atq; experientia Medicus, articulatus ex Auicenna hæc quoque affert moderati vini comoda. Quamquam vero, inquit, à nobis hæc tenus dicta mala, vino immoderatus sumpto accepta ferenda sunt, non parum tamen conferre existimandum est, si modice bibatur. Primo namque, calore & subtilitate substantiæ, tum conuenienti quoque & occulta proprietate, facilem efficit ciborum, quibus permiscetur, in omnia membra distributionem. Unde elegantissime ab Hippocrate ὄχημα τῆς τροφῆς, hoc est, alimentum vehiculum, nuncupatur. idque merito sanè; neque, nisi ex ventriculo in venas, quæ sunt in hepate multa & angusta, succus facile transmitti posset, nisi aliquis ei tenuis & aquosus humor, tanquam vehiculum permisceretur.

Deinde; eadem etiam ratione phlegma incidit, atque resoluit, meatuum obstructions aperit, adeoque naturam ipsam ad excretionem incitat.

Tertio, flauam bilem per sudorem, urinam, excrementa, & transpirationem insensibilem ἀδύλον αἰθίονα διατῶσιν, Græci vocant, expellit.

Quarto, atram bilem, quæ crassa & tardi motus est, per proprios meatus, ab hepate ad splenem, & à splene ad os ventriculi, nullo negotio deducit, tandemque è corpore, una cum fecibus exigit. Quin etiam melancholicæ notas, substantia, temperamento, & effectibus suis contrariis, reprimit ac tollit. Siquidem Melancholia tristitiam, timorem, pusillanimitatem, & auaritiâ; Vinum

Lib. de cō-
seruanda
valedudi-
ne, cap. 25.
3. l. Doc. 2.
cap. 8.

In libris
de alimen-
to.
Insignes
vini mo-
derati v-
tilitates.

verè

verò letitiam, audaciam, magnanimitatem & liberalitatem parit.

Quintò medetur omnibus modis, seu speciebus lassitudinis, nisi multa extranea caliditas ipsis coniuncta fuerit; spiritus enim languidos, tantumq; non exoletos, abundè reficit, & recreat, facultates corroborat, & humiditates, musculis, nervis, chordis, & iuncturis insidentes, aut eximit, aut certè minuit. Adhæc in arefactissima lassitudine, re ita postulante, velociter humectat, præsertim dilutiussculum.

Præstat præterea & alia quàm plurima commoda: **Loco suprà citato.** Galeno enim teste, omnium celerrimè nutrit; nam ut affimiletur, mutationem desiderat minimam. Calorem & spiritum naturalem corroborat, totum corpus calefacit, cerebrum purgat, intellectum excitat, cor exhilarat, iram mitigat, tristitiam remouet, præq; omnibus aliis potibus, concoctionem semicrudorum humorum, in quauis corporis parte adiuuat.

Et ut unico verbo rem totam perstringam, hominem & anima & corpore reddit viriliorem, vnde abstemij, si cetera æquabiliter se habeant, reliquis sunt effeminatiores. Omnia hæc ille.

Quæ idè copiosius hîc inserta volui, ut si quis fortè sit, qui ad sobrietatem, ac temperatum vini vsum persuaderi alia ratione non possit, saltem exuberantibus hisce corporis emolumentis, ad partes nostras flectatur, Eò præsertim, quod sacræ scripturæ authoritatibus quàm plurimis, ad id trahamur.

Eccles. 31. Quàm sufficiens est, inquit sapiens Ecclesiasticus, homini erudito vinum exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, Et non senties dolorem; Et paulò post, *Æqua vita hominibus, vinum in Sobrietate, si bibas illud*

Quod moderatè, eris sobrius. Quæ vita est, quæ minuitur
vino? Quasi dicat; quàm insuavis, quàm iniucunda?
Eidem: Vinum in iucunditatem creatum est, & non in
ebrietatem ab initio. Exultatio animæ & cordis vinum
moderatè potatum. Sanitas est animæ & corporis so-
brius potus.

CAPVT XIV.

Quantum obsit vini potatio matutina fortioris
presertim atq; exotici.

Subuereor illud Apellis: Nesutor vltra crepidam.
At ne quis obganniat, largas nimum è medico-
rum corio nos excidisse corrigias, si pergam & hoc
capite, quæ propria sunt illorum persequi; Nam cum
ad à propositi nostri ratione, ac morali quadã, quasi
ad sobrietatem conducente diata, non magnoperè
sit alienū, veniam dabit is haud morosè; vestra Me-
dici iura semper salua sunt.

Carpimus eos, qui manè, nullo præsumpto cibo,
vini statim, preciosissimi pariter ac fortissimi, vt
Cretici, vt Falerni, vt Græci, vt Hispanici, aut alteri
generis exotici, lenocinia consecretantur. In quos per
prophetam æternum væ, Deus fulminat. Væ qui cõ-
pigitis manè ad Ebrietatem sectandam, & ad potan-
dam vsq; ad vesperam.

Atq; vt ista iam altius nõ eleuemus, q̄ per se clara
sunt ac manifesta, si modus excedatur, vel præsen-
tissima sanitatis ac virium offensio, hanc, matutinis
horis, tam fortia libandi vina consuetudinem pro-
hibere debuisset. Nec hic meis vtar verbis vt pro-
bem, sed maioris fidei gratia, authorum celebrium,
ac præcipuè Medicorum, quorum hic messem falce
nostra videmur tangere. Atq; sic eo de vitio Plinius:

Vinum ieiunos bibere nouitio inuento, inutilissimum est. Hist. mĩd. 4.

T

Curas lib. 28. c. 1.

Curas vigoremq; animi impedit, ad procinctum tendentibus, somno accommodatum, ac securitatibus: iamq; dudum hoc fuit, quod Homericæ illa Helena ministravit ante cibum, sic quoq; in Proverbum cecidit, sapientiam vino obscurari.

De naturali vino-
rum hist.
lib. 3, c. 28.

Sec. 2. Aphor. 21.

Lib. 2. de
oculis
naturæ
miraculo.
cap. 22.

Plinii secutus auctoritatem, præclarè cum primis hac de re scripsit Andreas Baccius, nostri temporis famosissimus Archiater. Quasi coniuati nonnulli in perniciem vitæ hominum nequam Principes, & Tyberius in primis, qui meritò Biberius dictus, contra præcepta Medicorum fecerunt institutum, teste Plinio, ut ieiuni biberent, potusq; vini antecederet cibos. Quod vitium in discrimen vitæ damnauit Galenus, in ambiguo illo Aphorismo, FAMEM OREXIS, ID EST, VINI POTIO SOLVIT. Et paulò inferius eodem capite Quo etiam Galeni consilio admonendi erunt hi, qui primo statim manè famelici, ac sitibundi vinum aliquod potens ex pane intincto ingurgitant, manifesto sanitatis discrimine; Quando sic vinum auidè imbibitum, à ieiuno stomacho in hepar diffusum, præter id quod calorem in eo excitat igneum, & qui comburit sanguinem, redditque humores febribus idoneos: verum etiam acres illi vapores, coaceruati paulatim in cerebrum, omnia illa quæ Galenus protestatus est, inserunt mala, conuulsiones, deliria, Epilepsiam, Apoplexiam, & præterea omnium morborum sunt communes causæ. Hæc Baccius. Quem graui dehortatione, ad hunc perniciosum diluculo bibendi morem, eradicandum, subsequitur Leuinus Lemnius: Hoc autem in primis obseruandum, ait ipse, ne quis diluculo vinum bibere consuecat. Est enim naturæ aduersissimum, animi siquidem vigorem hebetat, mentemque obnubilat, ac nervos afficit.

circæ sibi quisque matutinis horis vini potum prorsus interdicit, sed sumpto nonnihil edulii, parcius diluaturque bibat. Paucissima enim natura manè exigit, tantumque foueri, paucillo alimento postulat, ne calor naturalis flaccescat. illorum itaque Exemplum imitari par est, qui cum post aliquot horas luculentum ignem excitare meditantur, elixandis assandisque carni-
 bus, prius nonnullo fomite, aridisque nutrimentis focum
 vestraunt, ne ignis penitus sopiatur, quò cum sit oportu-
 tum, iustum ignem, in coctura usum excitent. Sic cum exiguo fomente, ac velut succendiculo, ventriculus paulò antè incaluit, in prandio auidius cibum appetit, ac dilatatis venis, validius concoquit digeritq;.

Similitudo
 perelegas.

Possent plures huius argumenti Medicorum, violentorum aures vellicantium, atque ab hoc male bibendi vitio absterrentium, afferri sententiæ, ni breuitatis vbique ratio habenda foret. Contentus ergò hæc exequere, & tibi & mihi satisfactorus.

CAPVT XV.

De coactione ad potum.

Diligentes, monet sapiens Ecclesiasticus, in vino Eccles. 31, noli prouocare, id est, ad bibendum noli cogere. Multos enim exterminauit vinum. Et Prophe-
 ta: Væ qui potum dat amico, immittens fel inebrians.
 hoc est, qui amico potum præbet animo inebriandi, Geor. Piæ.
 ad id inducens eum fel enim, & plus quàm fel ipsi por-
 tigit. Est namq; vt p̄clarus quidam Author ait, latroci-
 nis Ebrietas, dum alter sub amicitie symbolo, alteri vitam
 charissimam, cum anima, re supercælesti, surripit &
 latrocinium.

Habacuc.
 Geor. Piæ.
 succisuar
 lectionum
 Dialog. 3.
 Ebrietas
 latrocinium

Comment. enecat. Et S. Hieron. in illa verba Salomonis, ex lib.
in prover. Prouerb. Cui vā, cuius patri vā? cui rixā? cui foueā? cui
cap. 23. sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? Nonne his qui
Prouer. 23. morantur in vino, & student calicibus epotandis? Non
 vetat, inquit, vinum bibere ad necessitatem, sed morari
 ultra tempus & necessitatem in vino, & euacuandis al-
 terutrum calicibus mutuo prouocare. Id enim & ipsi vi-
 ta violentam iniuriam est inferre. Quare aeternum vā il-
Isaie 5. lis minatur Dominus per Prophetam: Vā qui potentes
 estis ad bibendum, & viri fortes ad miscendam Ebri-
 tatem, id est, ad cogendum alios, vt bibant ad Ebri-
 tatem.

Quinetiam, si sancto Augustino credimus, minus
 est, amicum vulnerare, quā inebriare. Eius hæc
Serm. 231. verba sunt: Cum enim Ebrietatis malum sit graue vitii-
de Temp. um, & Deo odibile, ita per vniuersum mundum à plurib.
Plusquam in consuetudinem missum est, vt ab illis, qui Dei præce-
vulnera- pta cognoscere nolunt, iam nec putetur, nec credatur esse
210, ad potū peccatum; in tantum, vt in conuiujs suis irrideant eos,
coactio. qui minus bibere possunt, & per inimicam amicitiam ad-
 iurare homines non erubescunt, vt potum amplius acci-
 piant, quā oportet. Qui enim alterum cogit, vt se plus
 quā opus est, bibendo inebriet, minus malum erit ei, si
 carnem eius vulneraret gladio, quā animam eius per
 Ebrietatem necaret. Et ad finem paulò post subdit:
 Quicumque me audire contempserit, & ad bibendum pro-
 nus fuerit, vel in conuiuio suo alios adiurare, vel cogere
 voluerit, & pro se & pro illis in die iudicii reus
 erit.

Sed proh dolor, hæc à Germanis nostris, hoc
 exulcerato sæculo parui fiunt, ridentur, exploduntur,
 hæc ipsorum communis lex est conuiujs, & tunc
 16

li, ἢ ἄπειθι, Aut bibe, aut abi. *Wilt nicht sauffen /
 must enlauffen.* Imò & apud quosdam ea multò in-
 civilior & inurbanior viget consuetudo, vt bibere
 recusanti dicant, aut bibe, aut hunc cyathum capitì
 tuo illidam. Quod & Empedocli quondam conti-
 gisse, refert Diogenes Laërtius, hisce verbis, *At no-*
stri Mnamones has quoq; leges magis Scythicas prescri-
bunt. Aut bibe, inquit, aut hunc cantharum, quantus
est, in caput impingam tuum. Dicterium hoc tam indignè
tulit Empedocles, vt postridiè coacto concilio, & inui-
tatorem, & symposiarcham, reos egerit, dammandos-
que curauerit. Sed quinam illi Mnamones? Plutar-
chus eos ita describit: Dores in Sicilia ἐπισάθμοι, hoc est,
conuiuiorum, seu mensarum presectos, Mnamo-
nes appellant, quos Latini, teste Nonio, vocant Modipe-
ratores, quod bibendi modum imperent. Eorum vicem,
sed detestante excessu, in conuiujs nostris obeunt, qui
subindè vrgent atque instant, vt à poculorum tergiuer-
satoribus, affatim bibatur. Et hæc eorum quæ Panyasi-
dis Græci Poëtæ, perpetua est iugis concio:

*In vita
 Empede-
 cli.*

*Mnamo-
 mes qui?
 Lib. 1. sym-
 posiacorū.*

*Apud Sto-
 bæum ser.
 18. de incō-
 tinentia.*

*Egregia
 de eximio
 potatore
 existima-
 tio.*

*Agedum hospes quin bibis? hoc etiam virtutis est,
 Si quis virorum conuiuio plures calices exsiccauerit
 Rectè sciteque; aliumq; simul prouocauerit.
 Tam inter Epulas, fortis vir esse potest, quàm qui in
 bello
 Pugnas sequitur luctuosas, in quibus pauci
 Animosi sunt, ac Martem impetuosum excipiunt.
 Huic ego illum æquali laude contulerim, qui epulis
 Asidens, gaudet, aliumq; pariter cætum incitat.
 Non enim viuere illum mortalem iudico, neq; agere
 Vitã hominum, quàm ærumnosorum, quicumq; à vino
 Animum abstinens, potionem aliam stultus hauserit.*

Etenim vini non minor, quàm ignis mortalib. est vitium,
Quapropter decet te inter pocula læto animo merum ac-
ceptantem,

Potare strenuè; non cibo malè affectum instar vulturis,
Sedere pleno ventre, oblitum gaudia.

Hæc ab insano hominis capite profecta non mi-
itidem ab insano ac turbato cerebro approbata cre-
diderim. Sophoclis potius arridet, verum non mi-
nus, quàm doctissimum verbum, à Lipsio citatum

Polioreti-
con lib. 5.
Dialog. 10.

Ὡς ἄρα τὸ πρὸς βίῳ πικρῶν,
Ἰσοῦ καὶ οὐδέ πικρῶν ἔστι δ' ἴσῳ βίῳ.

Ebere per violentiam

Par est huic, sitire per violentiam.

Lib de He- In quem ab usum impulsione ad bibendū gravissimè
lia & ieiun- mē succenset & inuehitur D. Ambrosius: Quis tam
710, ca. 17- miscuit furoris poculum? Quis tantum infudit mentem
venenū? periclitatur homo, vltum esse de corpore, & sibi
sibi reus est insania voluntarie, corruptelæ spontaneæ.
tamen nec vos excusamini, qui vocatis, vt amicos, & mittitis,
vt inimicos. Quātō melius in terrā tua vinū suffidisses?
Quid te delectant damna sine gratia? Rogas ad invidiam
cunditatē, cogis ad mortē: inuitas ad prandium, effertis
ad sepulchrum; cibos promittis, tormēta irrogas. Vina pre-
tendis, venena suffundis: Omne n. quidquid nocet, venenū
est; & hoc quod intrudis ei, venenū vini, tollit sensum
exurit viscera, somnū infestat, caput vexat. Nō minus
vehemētia eosdē Modiperatores, atq; poculorū qua-
si exactores, pstringit S. Augustin. illud vero quod est
quod ipsi infelices Ebriosi, quando se nimio vino ingurgitāt,
rident, & vituperāt eos, qui rationabiliter hoc vitium,
quod sufficit bibere volunt, dicentes eis: Erubescite
& verecundia sit vobis, quare nō potestis bibere, quāntū
nō

Serm. 232.
de Temp.

nos? Dicunt enim, eos non esse viros. Et videte miseriam
 ebriosorum; se dicunt esse viros, qui in Ebrietatis cloaca
 iacent, & illos non dicunt esse viros, qui honestè ac so-
 briè stant. Iacent prostrati, & viri sunt, stant erecti, &
 viri non sunt. Victor Ebrietatis vituperatur; & victus
 Ebrietate laudatur. Irridetur sobrius, qui se & alios po-
 test regere; & non irridetur, imò non plangitur Ebrio-
 sus, qui nec se, nec alios potest agnoscere. Et sub finem
 eiusdem sermonis sic ait: Ad extremum, qui amico
 suo nimium propinat, in anima efficitur inimicus, corpus
 quoq; eius debilitare, & animã probatur occidere. Me-
 lius erat, vt illud, quod vna die plus eum bibere coëgit,
 quam expedit, per duos aut tres dies ipsum amicũ ad cõ-
 muniũ reuocaret suum, & vnde vna die, nimium prabi-
 bendo debilitauerat, ipsum aliis diebus sufficiente potu
 reficeret, nec potum ille perderet, nec amicum deciperet.
 Aut certè, quod est melius, quidquid nimio potu perditũ
 erat gula, pauperibus daretur in Eleemosynam, vt & ca-
 rorabiliter bibendo reficeretur, vt per misericordi-
 am pauperum animæ redemptio pararetur.

Grauisimũ tamen peccatum fit, ista potus nimii
 coactio, teste D. Antonino sic docetis: Si fuit quis cau-
 sa inebriationis alterius, aduertèter inducendo ad nimium
 potum, peccauit mortaliter: quia graue ipsi in anima vul-
 nus inflixisse dignoscitur. Et Angel. de Clauasio: Qui
 procurat, vt quis inebriatur, cõmuniter peccat mortali-
 ter, siue sequatur Ebrietas, siue nõ sequatur, siue sit pecca-
 tum mortale in eo qui inebriatur, siue nõ sit: quia consentit
 in damnũ notabile proximi. Ita nunc tamen reatus iste
 flocci fit, ita contemnitur, vt amicum illiberaliter
 habuisse vulgò censeatur, qui sobrium è conuiuio
 dimiserit. Quo, quid ad obscurandam hominum
 digni-

2. part.
 sum. tit. 6.
 cap. 1.
 Inducere
 aut cogere
 ad nimium
 potum quale
 peccatum.
 In summa
 Angelica
 verbo E-
 brietas.

dignitatem cœdius, vel ab ipso humani generis iniurato inimico Dæmone, excogitari queat, non video. Equum tuum, vbi satis biberit, ad bibendum ulterius non propellis, & hominem ita vrges? ita stimulas? ita importunè cogis? Equum sæpè, præsertim vbi incaluerit, nimium bibere non permittis, ac ne

Coactione potus, magna amico fit iniuria. potus ei obsit, fræno coërces & retrahis; amicum verò tuum, abundantiam iam mero exinanitis plurimis poculis æstuantem, vltèrius vt bibat, inducis? quam bestię non inferres iniuriam, hanc homini, & amico quidem irrogas? Et maior tibi, ac potior, & antiquior cura erit de equi sanitate, quàm de amici vita & incolumitate.

Plutarch. in Laconibus.

O stolidam atque inuersam benevolentiam, imò bestialem potius malevolentiam, homini, amicitia ac necessitudinis vinculo tibi familiariter obstricto, denegare, quod equo tuo beneficium vltro impendis. Quod quantum infamiae dedecus trahat secum, Spartanus quidam apud Plutarchum, acutè subindicauit. Is enim cum inaudisset, in quadam Græcię ciuitate, homines ad potum cogi. *Atqui verò, inquebat, nunc quid hic etiam coguntur ad cibum?* Rei notans indignitatem. Nec enim minus turpe est, absque sitis hominem ad bibendum, quàm saturos ad manducandum vrgere.

Fraudes ac doli vrgentium ad nimium potum.

Quin etiam infinite fraudes ac techne struuntur vt amicus inebrietur. Vel enim forti^o ei vinum, vel vberius infunditur, vel poculorū capaciorum furtiua suppositione atq; intrusione, circumuenitur, vel alii ad strenuè præbibendum incitantur. Subinde quoque, si à duobus grandis aliquis Cyathus sit propinatus, reciprocant eum, atque reducant in eodem, à quibus ante epotus fuit, nisi in propinatione, coniunctim atque indiuisim fuerit exhibitus. Et quid plurib^o huiusmodi potatoriis stratagematibus eun-

numerandis laboro? Veteribus noua, & nouis noua
quotidie succrescunt. Tandem verò, cum omnis ad
potum coactio execranda sit, tùm illa in primis, qua
discessuri à se inuicem, peregregq; profecturi, sese inc
briant ad summam vsq; gulam. Vel enim diligis a
micum discedentem, tu qui domi manes: vel hostili
ter exosum habes. Diligis? Cur non eius incolumi
tatem sartam tectam velis? Nam si Ebrium à te di
mittas, quàm facile vel equo defluens, si nō collum,
saltem crus aut brachium frangeret? Quàm facile, si
pedester incedat, aut curru vehatur, aut à frigore,
aut à nimio solis aestu, grauissimum aliquod discrimen
incurreret? Odisti eum? Cur proditoris instar Iu
da, mel in ore, fel in corde, osculum in lingua, ne
cem in sinu gestans, amoris ei signum propinas?

Abfit vt oderim, inquis, hac ipsa poculorum fre
quentia meum amorem ei contestari volo. Amo
rem spiras? cum vt sentiat, liberum permittite, tan
tum bibat, quantum lubet, & tu vinum non prodi
ges, & ipse magnis vitę periculis immunis erit; hæc
verò erit amicitia, hinc veræ beneuolentiæ & hu
manitatis officia elucescunt.

Demùm illud insigne Diaboli est inuentum, cum
induci quis non potest vt amplius bibat, modum e
gressus, benedictionis S. Ioannis prætextu, abituros
peregrè, vino vltèrius onerare. Ausim dicere illos
non benedictionem sed maledictionem S. Ioannis
bibere, qui in contemptum Ecclesiæ, quæ in honore
Dei præsertim, ac Diui eius Apostoli, quibusdam cer
tis precationibus, contra Magicas cantiones, vinũ
benedicit, ad inebriandum alium vsurpat, Repre
hensum tamen hîc id minimè, si fiat cū Dei honore
saluo à Sobriis, qui inuicem sibi valedi
cant, peregrè profecturi.

¶

T 5

CA-

*Valedictio
ria pocula.*

CAPVT XVI.

De ritu vina libandi, coronandi, atq; propinandi.

PVtant Berofus & Herodotus *Libare* à Libero Patre dictum esse. Hinc Ouidius.

3. de fastis.

Nomine ab authoris dicunt libamina nomen.

Alij ferunt, à Græco verbo *λεῖβω* quod ex latinis est *libo*: Idem q; Leuiter tangere, ac degustare. Melius tamen illi, aliorum iudicio saluo, qui à sacrificando deducunt, quod veteres censuerint vina quæ epoturi erant, Diis suis primùm sacrificanda.

*Coniual.
quæst. de-
cade. 3.
Libandi
ritus quid?
& unde?*

Ergo libationum vanus vsus fluxit primum ab Ethnicis: Plutarchus testis est, antiquit⁹ viguisse morem, vt nemo gustaret vinum nisi prius alicui Deo libasset, quod potus illius, ceu pharmaci, sibi innoxius esset, & salutaris. Et si quando sacrificiis insisterent, peractis iis, lautè pergræcabatur, eo ritu, vt primum vina Diis offerrent, tum escas quoq; omnis generis, opipereq; instructa fercula; eoq; actu, quasi religione quadam sacrata, demùm exstructis atq; apparatus mensis, multis Cæremoniis reponebant: tum se mutuo ad bibendum strenuè, atq; epulandum, è sacro illo vino, escaq; incitabatur, ac propinando hortabantur, quod ea cæremonia Deorum honorem augeri, existimarent. Constat id, vt alia taceam huius rei certissima indicia, è scripturis sacris, quando Moyses hoc Iſrahelitis, vt abominandum scelus exprobrauit. *Et Dicet, verus Deus, vbi sunt Dij eorum, in quibus habebant fiduciam? De quorum victimis comedebant adipem & bibebant vinum libaminum? Surgant & optulentur vobis, & in necessitate nos protegat.* De Græcis sic Alexander ab Alexandro. *Græci in coniuuiis Deos & amicos inter pocula salutant, nominatimque appel-*

Deut. 32.

*Lib. 5. Ge-
nial. dier.
cap. 21.*

*lant, e-
nores
propin
replet.
micos
hauri
tiono
rat al
bibit
que le
aqua
propin
D
us vi
Rom.
is pri
bene
viri
salui
uerin
loco
tant
dunt
F
S
rem*

lant, euacuato poculo. præterea cum Magistratus & honores dabant, vina pateris circumferebant. Cumq; alicui propinassent, nominatim designabant, cui poculum vino repletum dandum esset; Et sic deinde, Deos primo, tum amicos appellabant, & precatis Diis, poculum affatim hauriebant. Eiusdem rei usum ad legatorum exceptionem, cum hostium fines ingrederentur, memorat alibi hisce verbis. Apud Græcos, nisi præconibus adhibitis, legatos minimè hostium fines ingredi decebat, neque legationis munere fungi quemquam, ni prius infusa aqua ab iisdem, manus abluisset, Ioui; coronatis poculis propinasset.

Li. 5. ca. 3.

De Græcis pariter atque Romanis, Iustus Lipsius vir ætate nostra literatissimus. Græcis, inquit, & Romanis inter pocula & mensas, maximè secundas, Diis primum libare, eorumque honori bibere; Tum etiam beneficiis in se aut amicis. In isto numero, qui magis quàm viri principes, quorum beneficio & cura, nos & nostra salui? Quod igitur Græci patronis aut amicis propinauerint, (nam de Diis omitto rem notissimam) ex Ouidij loco clarum de Theseo, ubi Athenienses conuiuia agitant, ob eum redcem post facta eius enumerata addunt---

Poliore-
ticon li. 5.
Dialog. 10.

Pro te fortissime, vota

Publica suscipimus, Bacchi tibi sumimus haustus.

Silius item, de Quinto Fabio cunctatore, qui rem Romanam seruauit. Lib. 3.

Nec prius aut Cererem vel munera grata Lyæi,
Fas cuiquam tetigisse fuit, quam multa precatus
In mensam Fabio, sacrum libauit honorem.

Eo-

L. 4. car-
minum
Ode. 5.

Eodem respexit Horatius.

*Hinc ad vina redit letus & alteris
Te mensis adhibet Deum.*

*Te multa prece, te prosequitur mero,
Defuso pateris, & laribus tuum
Miscet numen, uti Græcia Castoris
Et magni memor Herculis.*

Atq; eo tandem processerant dementia, ut si quis nollet bibere, Deorum iram, Bacchi præsertim, imminarentur. Id Tibullus innuit hoc versu.

*Iam venit iratus nimium, nimiumq; severus
Qui timet irati numina magna, bibat.*

*Quales his pœnas Deus hic, quantasq; minetur,
Cadmææ matris præda cruenta docet.*

Coronan-
di vina
consuetu-
do.

Morem ac modum vina coronandi, si Valerio Maximo adstipulamur, constabit antiquissimum fuisse, ac ex Asiaticis delitiis emanasse ad Spartanos, & Macedones, postremò ad Romanos, ut vocati cum cœnaturi essent, coronatis capitibus accederent. Et vasa quoq; vinaria, & pocula, fertis decorare solebant; quin etiam preciosis unguentis sese aspergebant, ad hilaritatem & ornatum conuiuij, signifi-

Ode. 36. l. 1.

catum id ab Horatio.

Ipse unguentum puer, ac coronas:

Neu desint Epulis rosæ,

Nec viuax apium, nec breue liliu.

Lib. 1. Æ-
neid.

Et a Virgilio--

Crateres magnos statuunt & vina coronant.

L. 14. Epi-
gram.

Eodem recidit illud Martialis.

Frangere thoros, pete vina, rosas cape, tingere nardo.

Lib. 1.
Eleg. 7:

Et quod Tibullus cuidam exoptat,

Illius è nitido stillent unguenta capillo,

Et capite & collo mollia fœta gerat.

Volup-

Voluptuosus hic luxus, non iniuria penitus ex-
terminatus est olim, ac profligatus, à Christianorum
conuiujs.

Propinandi ritus, apud veteres solennis erat, ac
gratus, non quidem ad explendam sitim in fine
mensæ, sed ad communem lætitiã, & gratiam in-
ter se conciliandã. Inde προπινεῖν apud Græcos
dictum, & φιλοθεσίον προπινεῖν, quasi amicabile po-
culum, καὶ ἐν κύκλῳ προπινεῖν, in orbem bibere, ac cir-
cumferre.

Propinan-
di Cere-
monia.

Formam verò propinandi exponit Athenæus his-
ce verbis. cum potum Caranus incepisset iussit pueros
propinationem paruis poculis in orbem circumferre,
quibus ad bibendum, se mutuò prouocabant. Alludit ad
id Plautus in Perfa.

L. 4. in Ca-
ranij
Macedo-
nis Cæna.
Forma pro-
pinandi a-
pud ve-
teres.

Pagnium, (puer pincerna) tardè Cyathos mihi das,

Cedo Sani :

Benè mihi, benè vobis, & benè amica mea.

Sic poculum euacuans.

Porro docet Aristophanes, olim quoq; peracto
Conuiuio, sublataq; mensa, meracum inferri con-
sueuiffe, atq; eum calicem ἀγαθὸν δαίμονα, id est
boni genij appellatum. Idem poculum, Athenæus
ostendit dictū μεταπιπείρον, ἢ ἀ lotis manibus adfer-
retur. Vnde vulgatum illud Græcorum, Δαίμονα
ἀγαθὸν μεταπιπείρον. Hunc calicem quisquis acce-
pisset, præbibeat alteri cuiquam è conuiujs.

In vespis
Ritus pro-
pinandi
unde et
quam va-
rius?
L. II. Dip-
nosophista.

Et illud quoq; constat, tum è Luciano, tum ex A-
thenæo, morem fuisse, vt si quando bibituri essent
alterique propinaturi, aut Deum quempiam, aut
hominem, ominis causa nominarent, rati cessurum
melius potum, eo præmisso quasi auspicio. Ægidi-
us item Albertinus ex Antonio de Gueuara comme-
morat,

In Lapis
thu.
Trina in-
honorem

Cratiarum aut nouena nomine Musarum bibitio.

Libello de conuiuio & compositionibus titu. 6. Lib. 3.

Ode. 19. Bibitio multiplicata ad numerum litterarum quo constabat amici nomen, cui voto pocula nuncupabant. Lib. 2. Eleg. 1.

Bibitio cum inclamatione nominis amici.

morat, solitos quoque vel ter in honorem Gratiarum, vel nouies, musarum cultu peculiari, bibere. Hinc Ausonius.

*Ter bibe vel toties ternos, sic mystica lex est,
Vel tria potandi, vel ter tria multiplicandi.*

Et Horatius.

Tribus aut nouem

*Miscentur Cyathis pocula commodis,
Qui musas amat impares,
Ternos ter Cyathos attonitus potet vates.*

Nec hic substitere, eiusmodi superstitionum, in bibendo atque propinando vino, ludicra; quin etiam in eorum gratiam quos diligebant, tot Cyathos euacuabant, quot literis nomina ipsorum constabant: indicat id Martialis in Epigrammate.

*NEVLA sex cyathis, septem Iustina, hibatur:
Quinq; LYDAS, LYDE quatuor, IDA, tribus.
Omnis ab infuso numeretur amica falerno,
Et quia nulla venit, tum mihi somne veni.*

Interdum etiam solo amici nomine in clamato potabant. Hinc Tibullus.

*Sed bene Messalam sua quisque ad pocula dicat,
Nomen & absentis, singula verba sonent.*

Increbuerant hæc passim cæremonie, ac præferunt inter Teutones adeo, ut nec aboleri possent, nec antiquari facile. Inde arbitrantur quidam, & meo iudicio non ineptè, permissum à primis illis Germaniarum Apostolis, ut inter Epulas alter alteri, amoris ergo ac benevolentie, propinarent, nemine tamen, ad respondendum æquali haustu, ni placeret, adacto, quo gentilis ille, Idololatriam olens ritus, in piuum, & humanum usum transfret. Illud verò sublatum omnino, ut bibituri, Deos nominarent.

Neque

Neq; ego nunc propinandi morem taxauerim, si quis, ut apud Italos, atq; alias exterarum nationes in usu est, suo quo bibit poculo, alios amicitiae ergo saluter, ipsis deinde, an & quando respondere velint, libertatem permittat. Quae si consuetudo in Germaniam inuehi possit, abrogata illa, quae diximus, ad aequales haustus impulsione, quid non esset boni sperandum? Crediderim ego, & non temere, nationis eius pristinum atq; auitum splendorem, in hoc solo cardine versari.

Præclara hoc caput auctoritate Plutarchi conclusam. *In conui. 7.*
Bonorum virorum, & sapientum conuiuia, non sapientia, auget impensas, sed minuit potius, cum superuacanei obsequiorum apparatus omittitur, & vnguenta peregrina, & bellaria, vinorumque preciosorum diffusiones. quae omnia praesertim hoc vbertim propinandi luxu, fiunt.

CAPVT XVII.

De grandioribus Cyathis à duobus tribusue in circum epotari consuetis.

ET iste mos à priscis olim Germanis dimanauit, ut duo tresue, grandius aliquod poculum, aliis totidem praebitum, in gyrum ita transmittant, ut nullus è Symposio, relinquatur ab eo immunis. Nam auctor est Cornelius Tacitus, cuius quoties sententiae subscribunt, inter alios Auentinus, & Bohemus, qui de veterum Teutonum ritibus, atq; viuendi consuetudine scripserunt, eos, & ante Christi susceptam fidem, cum adhuc gentilitatis erroribus immeriti erant, conuiuia sua hoc bibendi ritu exornasse, ut *συμπόσιον*, uti Homerus & Xenophon appellant eum, qui amicos conuiuio excipit, luculentiori aliquo poculo, quo haud vulgare, sed praestantissimum, quod conquiri poterat, vini genus continebatur, principio epularum, hono-

In annalibus.

2. Par.
hist. tit. 10.
In vita S.
Martini.

Sacerdota-
lis dignitas.

In libro de
ceremo-
niis Eccle-
sia.

Pius biben-
di usus in
abusum de-
generauit.

Genial.
dier. lib. 5.
cap. 21.

honoratori conuiuarum degustandum offerret. Eius rei vestigium è vita Diui Martini nobis apparet. Vt enim S. Antoninus refert, & Seuerus Sulpitius cum quodam die sanctus ille Episcopus, ab Imperatore ad prandium vocatus esset, atq; vnà cum multis Imperij proceribus accumberet, iussit Imperator, honorarium illud poculum Diuo viro primum offerri, honoris causa. Ex quo cum bibisset, id non Imperatori, sed sacerdoti suo, ad latus assidenti porrexit, sacerdotalem dignitatem, Imperiali potentia longè superiorem esse subinuens.

Scribit prætereà Rabanus Maurus Fuldenfis Monachus complures, ante octingentos circiter annos, omnibus totius anni solennioribus festis, vinum a Sacerdote in Ecclesia solenni preceatione benedictum, principio prandiorum atq; cœnarum adhibere consueuisse, hoc modo; vt pater familias Craterem magnum vni è conuiujs, honore præcellenti, porrigeret hic, cum aliquantulum inde bibisset, alteri tradebat & hic tertio; alijq; per ordinem alijs. Quo scypho, circulatim quasi, ad amoris mutui vinculum epoto, licebat vnicuiq; tantum bibere, quantum lubebat, nemine prorsus ad potandum adacto.

Hunc ritum inuidus Dæmon, innata sua malitia, in abusum quoq; conuertit, vt non semel, sed sæpius huiusmodi pocula, præsertim cum iam pleriq; affatim biberint, per orbem epotentur, ne quis à Conuiuio sobrius euadat. Id de Græcis quoq; scribit Alexander ab Alexandro. *Græci in primis epulis minoribus poculis delectabantur, in fine verò largioribus, multo propinabant. Quare Græco more bibere, est capacioribus poculis haurire.*

Et de sene quodam, Xenophon in conuiuio mentionem facit, qui saltando lassus, puerum inlambat, hisce verbis.

Puer

Puer infunde mihi magnum poculum.

Qua de re, quicquid sit, quantum hæ ingentes amphoræ exitii generent, in communi hominum consuetudine, ne ego referam, facilis est apud cordatos ac prudentes æstimatio.

Illud peruelim, audiant bibones eiusmodi, seu-risimam Diui Augustini obtestationem. *Hoc ante omnia rogo, inquit ipse, & per tremendum diem Iudicii vos adiuro, ut quotiescunque inuicem conuiuia exhibitis, illam scdam consuetudinem, per quam grandi mensura, sine mensura, duo, tres, plures uel, aut volentes, aut inuicem solebant bibere, tanquam venenum Diaboli, de vestris conuiujs respuatis: quia ista infœlix consuetudo adhuc de paganorum obseruatione remansit. Et quicumque hoc in suo conuiuio, aut alieno, fieri acquieuerit, Diabolo se sacrificasse non dubitauerit. De qua bibitione, non solum anima occiditur, sed etiam corpus debilitatur. Sed credo de Dei misericordia, quod ita uobis inspirare dignabitur, ut tam lugendum, & etiam erubescendum malum, ita uobis in horrorem veniat, ut illud nunquam fieri permittatis, sed quod illa ebrietate periturum erat, in pauperum refectione proficiat.*

Ser. 231. de Tempore qui est i. de Ebrietate.

CAPVT XVIII.

De poculis vno tractu seu spiritu ebibendis.

Vini abusus, nunc temporis præter omnem modum increbuit, quem olim non ita frequentem fuisse, nisi apud eximios quosdam vini Larcones, ex historiis deprehendi. Capax poculum propinatur, vnico hausto epotandum: id nisi indignabundus propinator succenset, & abs-

Subitaneus haustus vnicus tractus facti, perniciosissimi.

V

te con-

*Subitanei
haustus, v-
noq; tractu
facti per-
niciosisi-
mi.*

*Lib. de
Helia &
ieiunio, ca.
17.
Consuetu-
do illa vi-
guit etiam
tempore
D. Ambro-
sij.*

te contemptum se, ac ludibrio affectum queritur. Ergo, ne odium incurras, standum vini pactis, & bibendum, vt parum absit, quin guttur cum stomacho crepent. Quæ subitanea vini ingurgitatio, quantum obsit valetudini, nemo non videt. Spiritus præfocatur, stomachus distenditur, concoctio turbatur, cibus cum potu indigestus, è ventriculo pro- pellitur, totum corpus alimento suo necessario, conuenientiq; priuatur. Cùm enim vini tantum, vno tractu & halitu, in stomachum deiicitur, vt angustum eius orificium non possit ingredi, tam subito, circa stomachum non raro subsidens, acescit atque computrescit, aliosque corporis humores, præsertim sanguinem corrumpit, ac morbis quam plurimis materiam suppeditat. Quamobrem, Diuus Ambrosius, hunc noxium morem, acerba reprehensione exagitat. *Mihi non poculi, sed profluuii genus esse videtur, quod in ora hominum, tanquam per fistulas aut canales, vina funduntur. hos homines an vtres verius stimauerim? Et tamen ipsi vtres, si immoderata transfusio fit, sæpe rumpantur. Per cornu etiam fluentia, per facces hominum vina decurrunt, & si quis respirauerit, commissum flagitium, soluta acies, loco motus habetur. Aqua decurrens à Libano cautes rumpit, & soluit. quomodo mollibus putatur nequaquam nocere visceribus, vinolentorum impetus fluentorum? Elephantos quoque, ferunt, promuscide haurire aquæ plurimum, eosdem tamen ad sedandam sitim, moderato potu esse cõtentos. Sed si fortè ab aliquo caupone fuerint mercede fraudati, indignantes, replere Promuscidis concauum, non vt bibant, sed vt effundant, atque ita momentariis inundationibus irigare tabernam eius, de quo se putarint vindicandos. Et tu memento vno tantum stomacho tuo vini ingurgitare.* Hæc Ambrosius.

Quid quod certissimum vitæ discrimen creent, Periculum
 si subitanei haustus? Noui quendam ego, qui in hoc vitæ ex
 certandi genere perillustri erat, omnesq; alios, tam acceleratis
 est famulos bibones exuperabat. Is quadam vice illis hau-
 accumbens epulis, suæ strenuitatis aliquod speci- stibus.
 men editurus, vastum efflagitavit poculum, quod v- Notabile
 no tractu, cum propinasset vni è consodalibus, po- exemplū.
 tate cepit, eporoq; poculo, mortuus inter assiden-
 tium manus illicò corruit, & perditissimam cum vi-
 no animam euomit, perillustri argumento diuinæ
 vindictæ.

Quantò satius est igitur, cuiq; liberum facere, vt
 tantum bibat, ac toties, quantum lubet, ac quoties
 placet. Quam equo tuo das licentiam homini dene-
 gabis? Vt equus tuus tractim bibat, ac lentè, ne po-
 tus officiat, retracto sæpius capistro efficis. amicum
 ad huiusmodi pocula ne inuites, ne damnum quod
 ab equo auertis, in hominem adducas.

CAPVT XIX.

De vitiis haustibus pro sanitate Regum, Prin-
 cipum, Dynastarum.

A iam dicto potus abusu, & ille non multum ab-
 est, qui quotidie modò vsurpatur inter nostras
 res: ac tanta quidem libidine, ac luxu, hîc mos à
 paucis iam annis inualuit, pro sanitate Principum, &
 eorum, à quibus aliquam inire velis gratiam, bibē-
 di, vt nullo non in conuiuio frequentetur. Ortum
 habet haud dubiè, ab illa gentilium superstitione,
 qua bibituri, aut Deos inclamabant, aut amicos ab-
 sentes, quod suprà commemoratum.

Est verò ista bibendi ratio, egregium Dæmonis
 inuētum, quo inducit ad potum homines, Principū
 reuerentia, quorum honorem ibi controuerti pu-
 tant, fundatorē,

Vide ca. 16.
 lib. 3.

Vide ca. 16.

Vitiis pro

sanitate

haustus,

quæ habeat

fundatorē,

tant, ad copiosè bibendum, atque eo ipso, & animæ, corporisq; salutem pariter petit, atq; offendit.

*Adulatio
in hoc bi-
bendi ritu.*

Nec adulationis nota caret, præsertim in præsentia Principum si id fiat, ad quorum sanitatem li- statarii haustus inchoantur; quasi verò Principis sa- nitatem nõ cupiam ego, nisi vino repletos Cyathos hac intentione euacuem.

*Notanda
et haud
dubie ve-
ra quorun-
dam cen-
sura.*

Sunt quidam in eam non temerè adducti sen- tentiam, vt putent, ab eo tempore, quo ritus iste in Germaniam inuehi cœptus, & vini quoque cari- tatem maximam simul introductam. Ac tamen nonnullis annis, abundè, atque optimum prouen- rit, eam tamen abundantiam, sequentium annorum in fructuosa sterilitate, fuisse quasi absorptâ, quo iudicio, iusta Dei vindicta in hoc peccatum elucet.

*Votivè bi-
bere pro
sanitate,
piaculum
non exiguum.*

Quantum verò sit nefas, quantum piaculum, et vinum prodigere, ac tam infami luxu perdere, eo- voto sanitatem Principum tueri velle, vt ego pla- bus non commemorem, vel exinde constat, quod istos haustus, veluti sacrificia, Deo libent atque offerant, quasi bibendo Deus placetur, aut delectetur, atque ad tuendam, pro qua bibitur, Principis sanita- tem, incitetur. Nam quod seuerè Deus vetuit, cur- ternum vâ, in sacris Scripturis non rarè intentant, quo nihil magis ei displicet, illud ei contra vo- luntatem, quasi in ludibrium, sacrificii loco offer- fertur.

Abfit verò, inquires, vt Deum ridere velim: hoc mentem nunquam peruasit meam cogitatio. Age id animo tuo non est statutum, cur huiusmodi po- tationes, quæ suo opte cursu in Dei grauem offensam incurrunt, non omittis? Cur è tuis non exterminat conuiujs? qui causam offensæ, qua Deus quasi con- temptim habetur, cupit, & ipsam offensam velle- censetur,

Quare S. Ambrosius, nō immeritō hanc normam bibendi pro sanitate aliorum, hisce verbis grauiter proscindit. *Quid autem obtestationes potantium loquar? Quid memorem sacramenta, quæ violare nefas arbitrantur? Bibamus, inquit, pro salute Imperatorum; & qui non biberit, sit voti reus in deuotione. Videtur .n. non amare Imperatorem, qui pro eius salute non biberit. O pie deuotionis obsequium. Bibamus pro salute exercituum, pro comitum virtute, pro filiorū sanitate. Et paulo inferius: Et hæc vota ad Deum peruenire credunt: O stultitiam hominum, qui Ebrietatem sacrificium putant. Hæc ille.*

*Lib. de He-
lia & ieiunio, cap. 17.*

Quid verò te lucri captaturum putas, cū pro alterius sanitate bibendo, tuam offendis ac lædis? ne tantillum quidem. Adde, tam tibi nocet quàm illi, cui sanitate, bibendo, precaris. Annon tuam validitatem in graue discrimē conicis? Nimis id quam certum est. annon Deum irritas? nec hoc inficias tibi. Quid ergo illi, pro cuius sanitate bibis, promittis? vt Deus, ira inflammatus, condignam in peccati tui pœnam, à morbis eum inuadi, ac turbari sinat. Hæc enim & similia, peccato debentur, flagella. Cuius rei metu, suadendum Principibus viris, ne vsquam permittant, huiusmodi vinaria vota pro sanitate sua fieri, si sibi met consultum velint, si diu superstites atque incolumes viuere exoptent.

*Notate,
qui pro ve-
stra sani-
tate per-
mittit vt
bibatur.*

Ponamus verò ita esse, si ingentia sint à te pocula pro sanitate cuiusdam exinanita, prodesse illi, sanitati eius emolumentum afferre, tutari eam, arcedendo quæuis mala; tam ne vecors eris vt tam graui tuo detrimento, id velis? hoc cœne tua tibi dicat synderesis? Annon tutè tibi proximus? præclarum est

dolendum, quia & in Deo spem non habent, & antiquam Patrum suorum consuetudinem seruant. Tum vero bibendi certamen acrius vrgetur, quam ipsas inter Epulas. Maiora pocula, inquit idem S. August. prouidentur, certa bibendi lege contenditur, qui potest vincere, laudem meretur ex crimine.

Quod ipsum, quanti sit momenti, ad destruendam bonae habitudinis firmitatem, Leuius Lemnius inquit, hisce verbis: Inchoata autem concoctione ventriculi potui fatigare, perquam est noxiu; interpellat. n. ac remoratur naturae facultates ac functiones, quibus operi insistit, cibumque concoqui, atque elixare prohibet. Ut enim olla ac lebetes, deferuescunt, ac ebullire desinunt, offusa aqua gelida: sic ventriculus affluenti portione turbatus, ab incepta concoctione desinit, seriusque munia sua exequitur, ac minus exacte cibum concoquit, ut qui ante legitimum tempus, inconcoctus, in intestinorum laxitatem propellatur: quo fit, ut cibi usus fructusque homini pereat, atque ex viscerum obstructione, quae humorum putredinem inducit, morborum ac febrium seminaria acciri contingat.

Quae inconuenientia, & plura alia hic a nobis intacta, qui a se procul esse velit, ne se post epulas, ubi surrectum fuerit, potui dedat, ut peruulgata nunc fert consuetudo, quin potius honestae cuiuspiam relaxationi vacet, eaque tempus fallat. Fit enim persaepe, ut qui inter Epulas modum bibendo non excessit, hisce in stationibus, reindegrato quasi praelio, primum inebrietur, ac vino succumbat.

Quod si te inter eos versari usu veniat, quorum haec est viuendi ratio, ut a prandio in cenam vsque potent, eademque potandi exercitia rursus a cena, in multam nocte protelent; alio te medio vix

V 4 pote-

Ser. 231. de Temp.

Finitis epulae amplius haud bibendum. Lib. 2. de occultis naturae miraculis: cap. 38. Simile. Digestionum impedimento.

Consilia amplectendum.

poteris incolumem seruare, ni te clanculum sub-
ducas, fugaque tibi consulas. Nam si moreris inter
ip̄os, sensim attraheris ad bibendum largius, vn-
de crapula consurget, quæ te sequenti die affe-
ctum pessimè, diuexabit variis tormentis atque cru-
ciatibus.

CAPVT XXI.

De nocturnis Commessionibus.

NEC minori odio prosequendæ commessionio-
nes, post cœnâ fieri consuetæ, quæ pestifera sua
damnositate, non corpus modò, sed & animum tur-
bant; vt per se clarum est, atq; vt vberius explicetur,
non est vsus factò.

Turbant enim somnum, caput fumis replent, hu-
morum putrefactiones inducunt, cerebrum concu-
tiunt, neruos debilitant, omne corporis robur ener-
uant. Animo quantum officiant, quid dicam? Ni &
hîc quoq; ad perniciem comessatorum, omnes co-
natus afferrent, mirum fortè non esset, tot earum af-
fectas passim inueniri.

Rom. 13. Nec temerè sanè vetuit eas Apostolus cum dixit.
Non in comessionibus & Ebrietatibus, fallendum
tempus, quod ad operandam salutem, à Deo libera-
liter nobis est concessum, atq; adedò nec effulsissimæ
huiusmodi pergræcationes, vt à plerisq; fieri nunc
assolet, & de Tiro Imperatore scribit Suetonius, ad
mediâ noctem, cum familiaribus extendendæ. Stat
immota illa Diui Pauli sententia, in comessatores
lata. *Manifesta sunt opera carnis*, (inter quæ non infim-
um locum tenent) *Ebrietatis commessiones, quæ
prædixi vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt,
regnum Dei non consequentur.* Non hæc sunt anilia
deli-

diramenta, non Sicula quædam gerræ, vt putant, atque contemnuntur, à vinolentis, ea nihil facientibus, sed verba sunt, ab ipso Dei spiritu dictata. Quare olim experimento discent, quod nunc vino madidi, temerè, magno salutis propriæ neglectu, vatum atq; irritum ducunt terriculamentum.

In communi quidem omnibus planè sunt vitæ comesationes, præsertim verò iis, qui in Domini sortem adscripti sacris persæpè operantur, ac diuissima pertractant mysteria. Nam vt benè Gratianus in decreto, *Si laicis Comesationes damnabiles sunt, multo magis sacerdotibus, imputantur ad gehennam; venter enim pinguis, vt ait Hieronymus ad Nepotianum, crassum sensum generat, cum sacerdotalis contra sensus vigil esse debeat, ac tenuis, atq; adeò huic vitio obnoxij, in sacerdotes vngi non debent.* Nec immeritò. Nam vt S. Gregorius ait. *Qui adhuc vitiorum bello subiacent, nequamquam per prædicationis vsum, præesse Magisterio ceterorum debent.*

Laudandi demùm ij Rerumpublicarum administratores, qui, vt omnem comesandi luxum è Rebus publicis exterminent, sub noctem tabernas victarias claudi iubent, neminiq; potum amplius præberi; qua via, multos interdum intra frugalitatis fines coerceri, compertum est.

CAPVT XXII.

Veterum ritus in diluendo vino.

DE incredibilem Græcorum luxu, quem in miscendo vini potu adhibebant, sic scribit Ælianus. *Græci è nimio luxu, vinũ vngueto preciosissimo mixtum, bibebant, et supra quàm satis esset, aut necessitas postularet, hac mixtione utebatur.* Author est quoq; Andreas

Comessationes potissimum clericis concessæ. Dist. 44. c. Finali.

L. 23. Moral. cap. 12.

Mirifica miscendi vini apud Græcos illa celebræ. De natu-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

- rali vino-*
rum histo-
ria lib. 4.
in proëmio
- Thermopoli*
us
apud Ro-
manos.
- Epist. 2. l. 3.*
- Lib. 2.*
- Eleg. 1.*
- L. 19. c. 4.*
- L. 31. c. 3.*
- L. 4. Natu-*
ral. cap. 9.
- Satyr. 5.*
- dreas Baccius, veteres Romanos, ad vinorum fortium, præsertim eorum, quæ ex Chio Insula, tum aliis Graciæ partibus apportabantur, vim retundendam, & eorum crassitiam dissoluendam, primum calidam immiscuisse aquam vino, quod postea niue, aut glacie, æstatis tempore refrigeratum, delitiosè bibebant. In quem usum inuenio apud Romanos olim in publico foro constructum Thermopolium, rem ad vinarias mensas momenti maximi: Erat illi officina, vasis admirandi operis instructa, quæ à preciosis miliaria appellabantur, in quibus vna hora, tam immensa calefieret aqua, vt tam principum, quam popularium mensas vberimè satiaret. Alludit ad id aheni nomine Horatius. *sub noctem gelidam, lignis calefactat ahenum.* De vini dilutione verò, sic Tibullus.
- Temperat annosum Martia Lympha merum.*
- De niuis aut glaciei refrigeratione, Plinius ait. *niuem, illi glaciem potant, venas montium in voluptatibus gula vertunt, coguntq; , vt alienis mensibus nix algeat.*
- Alio quoq; in loco. *Neronis inuentum est, aquam Thermopolio decoquere, vitroq; demissam, in niuem, refrigerare.* Declamat verò Seneca in huiusmodi luxum acerrimè. *Nec niue, inquit, contenti sunt, sed in glacie rigorem exquirunt, ac sæpè eam repetitis aquis diluunt, vt pertinacius frigidum concipiat, ex abdito effoditur. Itaque nec vnum niuis est precium, sed habet institores & reponende officinas, paleisq; custodiunt, inquinantq;. Et paulo post subdit. Quemadmodum illis nihil satis frigidum, sic nihil satis calidum est, sed ardentes boletos demittunt, pene feruentes, quos deinde extinguunt niuis potionibus. Itaq; nix eo peruenit vsu, vt aquæ locum obtineat, Vnde Iuuenalis.*

Quan-

Quando vocatus erit gelidæ calidæque minister? Lib. 1. Epi-

Et Martialis. Lib. 11.

Frigida non desit; non deerit calda petenti.

Alibi quoque; Lib. 14.

Nec nisi post niveam cacuba potat aquam.

Denique; Setinas, moneo, multa niue solue trientes.

Adhibebant autem calidam aquam, ad soluenda crassissima illius temporis vina, quæ ut Plinius testatur, data opera, aut sub sole, aut igne in fumo appensa, in mellis quasi consistentiam redacta erant, ut potari per se non possent, nisi peruincerentur aqua. de qua priscorum consuetudine, quidquid alij sentiant, eam luxum duntaxat, atque voluptatum illecebras redolere, puto, nec abs ratione ego, ad acrimoniam vini reprimendam, à pluribus nihil ominas usurpatam.

Quamobrem demiror nostrorum hominum appetentiam, qui fortissima quæque vina, absque vlla aquarum immixtione bibunt, magna internorum viscerum, hepatis presertim, adustione, unde plurimorum origo morborum existit. Melius ergo illi faciunt, quod dilutiusculum bibendo, sanitati consulunt; Quod & illa Poëtarum fabula inculcatum voluere veteres, qua finxerunt, Bacchum ubi primum natus, ex igne produisset, exceptum à Nymphis, tinctumque aquis refrigeratum fuisse. Unde venustum Meleagri Epigramma.

Bacchus ut è flammis puer exiliisset, in vndis

Tinxerunt Nymphæ, sordidum adhuc cinere.

Hinc iunctis Nymphis est Bacchus gratus, at ignem.

Ardentem capies, hunc nisi miscueris.

Hinc

Cur vina temperabantur aqua calida? L. 14. ca. 7.

Apud Erasimum. Adag. Chilian. 2. Cent. 2. sub finem. Aqua miscenda fortiori vino.

Lib. 10.
Dipnoso-
phistarum.

Hinc etiam *Episcythizare* Lacedæmoniorum pro-
uero *ἐπισκυθίζεσθαι*, magna infamia dicebatur,
de iis, qui vinum merum intemperantius biberent;
nam Athenæus refert, Cleomenem Spartonorum
Regem, cum Scythis agentem consuetudinem, &
illorum ἀκρατωσώσιον, id est, *meri potationem imi-*
tantem, in insaniam versum fuisse. Scythæ autem &
Thracæ, ἀκρατωσώται vocantur, id est, *meribibi*;
vnde illorum conuiuia plerumq; sanguinolenta e-
rant, & tumultuosa, qua ex re docebant, nunquam
fine aqua bibendum merum. Hinc & illud parcemq;
locum obrinuit vt Plutarchus author est, ἢ πέντε
ῶν ἢ τρία, ἢ μὴ τέσσαρα; *aut quinq; bibere aut tria;*
non autem quatuor. Id est vel ad quinq; vini Cyathos,
duos aquæ addere; aut duobus vini vnum aquæ.

In Sympo-
sacis De-
eade. 3.

CAPVT XXIII.

*Consilium presentaneum, quæ te in conuiuio, vbi
largius potatur, conseruare sobrium possis.*

Hic labor, hoc opus est; hic excogitandi omnes
astus; huc omnia promptissimè consilia refe-
renda: hæc enim summa res, difficultate non caret.
Optima primum, (vt docet illustris quidam Archia-
trus) & certissima Ebrietatis arcendæ ratio est, parci
& non nisi quantum necessitas postulat, bibere. Deinde,
à fortibus haustibus abstinere, maxime, quibus caput de-
bile est. Tertio; non varios potus eiusdem naturæ, simul
ingerere; Varietas enim, & inæquales, & turbulentos
gignit halitus; possunt tamen vinis fortibus aqua misce-
ri, aut leniores cereuisiæ superbibi, quæ vini vehementi-
am frangunt. Inter pocula parum comedendum; nam ci-
bus, potum in ventriculo diutius iusto remoratur, vnde
plus

Guiliel.
Grataro-
tus Bergo-
mas lib. de
natura vi-
ni, cap. 5.

Modus E-
brietatem
precauen-
di.

plus vaporum in caput fertur. Nec cibi halituosi inter bibendum assumendi; tales enim per se caput implent atque offendunt. Quod temperamentum ubi fuerit adhibiturum, facile alios, absque vilo ordine modoque vinum ingurgitantes, sobrietate superabis.

Sed quid si deprehenderis, combibones alios, omnia in te occultè pocula collimasse, atque tecum agere versutè, ut vel fortiori tibi præbuito vino, vel capaci poculo decipiaris? Tu contra audentior ito omnesque euadendi vicissim technas effingito. licet enim, hac præsertim bibendi palæstra, quod suo Grecis in prouerbio tritum est, ἀλώπεκι ζην πρὸς ἐπίευν ἀλώπεκα & cum vulpe vulpinari, astumque astu eludere.

Pocula itaque, aut clam à te amoueto, aut si intentis te ita oculis obseruent, ut id non possis, aliquem te è conuiuio subducendi, modum comminiscitor, ut vel negotij cuiusdam causa, auoceris, vel è naribus sanguinem stillare simules, vel aliam ob necessitatem surgere liceat. quo impetrato, si poteris fugam capesse.

Elusio illorum, qui nimium tibi propinant vini.

Quod si non semper succedat astus, ut nec semper Iouis taxilli feliciter cadere possunt, quid tentasse nocet? Aliud melioris effugij genus experire. forsan, quod vulgò aiunt, posterioribus melioribus, fac itaque periculum.

Sed quid, si nec secunda vel tertia fraus prosperè eueniat? Illud saltem efficies, ut omnes agnoscant, te sobrietatem amare, quo forsan permouebuntur, ut te posthac non ita acriter ad bibendum impellant.

Suppeditat hæc, & plura, eius generis consilia, præstantissimus Medicus Leuinus Lemnius, his verbis. *L. 2. de occultis naturæ Mirac.*
Inoleuit consuetudo apud Germanos, ut neminem pro-
pemo-cap. 12.

In Curgu-
lione.

quemodum sibi deuinctum cupiant, fidumque amicum ac familiarem exoptent, quam qui strenuum se potorem prebeat, atq; impigre, vt Plautus ait, cloacam vino proluat. Quomobrem opera precium me facturum sum arbitratus, si nonnulla qua Ebrietati obfistunt refera, quo quisque sibi prospicere possit in eo certamine, vt aut vino non succumbat, aut quam minimum offendatur.

Principio, nemo se inter initia, plus satis facilem prebeat, promptumq; in exhauriendis exsiccandisq; poculis, sed tergiuerferetur, ac ciuilitate recuset, morbumq; preterat, ac valetudine causetur. non nunquam excogitandi sunt astutus ac stratagemata, quod illos deludas, qui te sibi scopi praefixerunt quem feriant, tibiq; plus infesti sunt. Captanda interim occasio, aut te vt micturientem tacite subducas, aut pateram Craterasq; abduci clanculum cures, in eaq; re te callidum esse decet ac cautum, magnaq; dexteritate id perficere. Nam si deprehendi technam contingat, multo cumulati, ac cum fenore in te hoc munus refundetur. Caterum quisque pro insita natura calliditatis atq; astutia, varias fingere potest rationes ac modos, quibus poterit eluctari, ac combibones fallere. Interim constituat sibi quisque, ante oculos, huius illaudatae consuetudinis, errorisq; inueterati praemia. Perspiciet luce clarius, quid noxae, quidue detrimenti tum corpori, tum anime mentique inferat vini intemperantia. Haec illo omnia.

Obiectio
contra ea
que dicta.

At inquit; Fraudes huiusmodi sunt illiberales & Christiano homini minime conuenientes: si sobrietatem tueri velis, aperto pugnandum Marte potius, quam dolis; Nam teste Poeta --

Nulla est victoria maior,
quam qua confessos animo quoq; subiugat hostes.

Et

Et Florus Historicus ait. *Eam vir sanctus & sapi-* *Li. 1. c. 12.*
ms sciet esse veram victoriam, quæ salua fide, & integra
honestate parabitur. Quare non subdolè, non callidè
eludenda pocula, sed apertè respuenda, si sobrietatis
dignitatem seruare velis.

Hæc sunt quæ ab iis dicuntur. Ego contrà repo- *Qui doli*
no, primum; Hostis est Ebrietas, quem perdere ius *ad Ebrie-*
falsq; fit, & quid refert, quo modo? Tritum illud Vir- *tatem sine*
gili innotuit. *liciti.*

Dolus an virtus, quis in hoste requirat? *Virg. 2.*
Æneid.

Non hîc dolum accipio, qui mendacio fit coniu-
ctus, q; semper auersandum; sed fictionem aliquam.
que, Vlpiano teste, apud veteres olim Romanos quo-
que, *solertia* nomine insignita erat, maximè si ad- *Lib. 1. de*
uersus hostem latronemûe, quis machinaretur. At *dolo.*
quis Ebrietate hostis crudelior? quis latro atrocior?
Ergo Homeri consilio eum.

Κτείνηε δ' ὄλω, ἢ ἀμφαδ' ὄρ' ὄξει χαλκῶ. *Odys. 10.*
Confice siue dolo, seu stricto cominus ense.

Nam vt Diuus Augustinus ait. *Cum iustum bellum* *In quest.*
incipitur, vt apertè pugnet quis, aut ex insidiis, nihil ad *super Iosue*
institiam interest: Idq; præsertim, si publica vis ac ro- *quest. 10.*
bur nihil præualeant; quod in huiusmodi sympo-
sius maximè locum habet, vbi, si sobrietatem publicè
profitereris, (quod ahâs magis approbandum fo-
ret, si tutum esset) conuitiis, atq; scommatibus, te ex-
cepturi essent, quos Ebrietas deuinctos habet. quas
âte vexationes, vt reicias, hæc tibi ad sobrietatem
via panditur, qua victor quoq; si voles euadas, nec
tua priuaberis laude, vt nec Spartani duces suos qui
rem stratagemate confecissent. Nam vt Thucydides

auctor est, ei qui dolo hostem fregerat, bouem im- *Lib. 8.*
molabant; qui aperto pralio, Gallum
Gallinaceum.

EA

CAPVT XXIV.

Quomodo sub Epulis, tùm aliàs quoq; bibendum
vt sanitas conseruetur.

Lib. de tu-
enda va-
letudine.

Qvod Plutarchus suppeditat, consilio, nihil aptius, nihil ad sanitatem roborandam accommodatius, meo iudicio, afferri posset; eiusmet itaq; hic verba subnecto. *Vinum & potus est vtilissimus, & pharmacum suauissimum, & obsonium, quam minimè noxium, siquidem Temperatum esse contigerit. Idq; magis, vt in tempore modicè sumas, quàm vt aqua diluas. Aqua verò, non solum si vino admisceatur; Verùm, si subindè inter vina diluta per se sola bibatur, magis innoxium reddit id, quod dilutum est. proinde consuefacere nosmetipsos oportebit, vt extrà quotidianam victus rationem, duos, tresuè aquæ Cyathos addamus, quibus & vini vis, vigorq;, lenior redditur, & corpus assuescit aquæ potandæ, quò si quando necessitas intererit, non offendatur insolentia nouitateq;, neq; renuat ut recuset: Fit enim vt nonnulli tum maxime vinum appetant, quum maxime est opus aquæ potu, siquidem quoties sole æstuant, aut contrà frigore rigent, aut vbi vehementius dicendo laborarunt, aut acrius cogitationem intenderunt, in summa, post labores ac delassationes, excipiant bibendū esse vinum, perindè quasi natura solatium aliquod corpori postulet adhiberi, quò à laboribus refocilletur. At natura solatium quidem haud postulat, si dilutias solatium appelles, sed refocillationem postulat, quæ media sit inter voluptatem & laborem. Quapropter istiusmodi minuendus est cibus: Vinum aut omnino subtrahendum, aut adhibendum est, multa subindè aqua potione temperatum, ac dilutum: Etenim cum vehementer*

Optimum,
Plutarchi
consilium.

Post graues
labores v-
bi rebe-
menter in-
calueris
non biben-
dum po-
rens vinū.
sed aut di-
lutū aut a-
qua mera.

Et velocis efficacia sit vinum, corpus iam turbatum, magis exagitat, quaeque commota sunt, magis exasperat, atque exacerbant, eum mitigatione potius egeant ac lenimine, ad quae maximè conducit aqua. Nam si quando, non cum sitimus, sed alioqui post fatigationem, calidam biberimus aquam, aut post vehementem calorem aestumvè, protinus in intimis laxamentum ac lenimentum sentire solemus; propterea quod lenis est humor aqua, minimeq; adstringens; Contra, vini potus multum habet impetum, vimq; nequaquam amicam, ut placidam morbis nascentibus. Ista conuenientissimè Plutarchus, ad omne tempus, quo vini potu est vtendum.

Propius verò ad coenam ac prandium Leuinus Lemnius: Nemo se inter ciborum initia, primoq; mensae accubitu, auidè potu ingurgitet. Nam sic stomacho, alimonia, absq; concoctione vlla, ac fructu nutritionis, expelluntur. Quamobrè consultū arbitror, inter edendū, non confestim nec auidè, sed sensim ac paulatim bibendū, quò commodè vtraque misceri queant, parique concoctione perfici, illis praesertim, qui meatus amplos habent, venarumque conceptacula laxa. Qui verò ea vtuntur consuetudine, vt ad prandii medium sibi potu temperent, affatim bibere debent, quo potus penetret, ac per cibum vndique diffundatur. Et eodem capite superius paulò. Moderatam esse decet, omnis liquoris, qui temulentiam infert, potationem; in eaque salsamentarios, ac lanios, nos imitari par est, qui vbi recondunt, in frustra concisas carniū pisciumque partes, ac segmenta, salsuginem per singulos ordines ac series infundunt, digestaque sale condiunt. Sic nos quoque, modo valetudini consultum cupimus, cibum, decenti ordine ac quantitate ingestum, potu, vbi res poscat, irrigabimus. Ego, quod

Lib. 2. de
occul. na-
tur. mirac.
cap. 38.
Quomodo
sub pran-
dio bibe-
ndum, & in
coena.

Simile

X

quod exquisitissimo, huius Medici consilio, hic ad-
dam, vix habeo. ac proinde ad extremam huius li-
bri partem cursum flecto.

CAPVT XXV.

*Sacrorum Antistites ac Ministros clericos præ-
cipuè sobrietatem docere.*

*Cur præci-
puè cleri-
cos doceat
sobrietat.*

Osee 4.

*Sacerdotū
veteris
Testam.
abstinētia
à vino.
Ezech. 45.
Leuit. 10.*

*Nazaræo-
rū abstinē-
tia à vino.*

CVM facer hic ordo vicinior Deo sit, quàm alio-
rum hominum, quicumq; status, eò potissimū,
quod perpetuo Dei cultu occupari debeat, & quasi
medius inter populū Christianum, atq; ipsum De-
um, pro peccatis, absq; vlla intermissione, tūm ora-
tionis, tūm laudis sacrificium offerre teneatur, vnde
& in sacris à Deo audiunt; *peccata populi mei com-
dent*, qui huic statui sunt adscripti, quod eorum E-
leemosynis sustententur, par est, vt præ aliis quoq;
sobrietatem colant, clerici atque sacerdotes, sine
qua nullum sacrificium Deo placere potest. Cum
rei typus præcessit, in testamento veteri, vbi Deus,
gravi mortis intentato supplicio, interdixit sacer-
dotibus vini vsum, quando sacrificium oblaturi, a-
trium interius, ac templi penetralia ingressuri erant.
Et vinum, inquit Propheta, *non bibet omnis sacerdos,
quando ingreditur atrium interius*; confirmans præ-
ceptum, quod antea tulerat in Leuitico Deus. *Vini
& omne quod inebriare potest, non bibetis, tu & filii
tui, quādo intrabitis in tabernaculum testimonii, ne mo-
riamini, quia præceptum sempiternum est in generationes
vestras. Et vt habeatis scientiam discernendi, inter sac-
rum & prophanum, inter pollutum & mundum.*

Nazaræis quoq; peculiari religione Domino cō-
secratis præceptum erat, à vino & ficera abstinere,
toto

no sanctificationis tempore; quod & argumento
 est, percipere Deum, vt Clericalis ordo, præcipuè
 dedicatus, atq; consecratus in eius cultum, sobrieta-
 tem omni studio complectatur.

At proh dolor, hoc deplorando sæculo, vix vi-
 lum hominum genus magis est addictum Ebrieta-
 ti, atque cômestationibus, vt sunt permulti Clerici,
 qui ob vini ingluuiem, sese transformant in omni-
 um horarum homines. Vt cum Diuo Augustino
 merito lamentari possis: *Quod peius est, multi sunt et-
 iam maioris ordinis clerici, qui, cum aliis sobrietatis bo-
 num deberent iugiter prædicare, non solum hoc non faci-
 unt, sed etiam se aliosq; inebriare non erubescunt. Sed ag-
 noscant & doleant, qui tales sunt, quia si sese noluerint e-
 commendare, & pro se, & pro aliis, necesse est, eos aeterna
 supplicia sustinere.* Nec Religiosos in plerisq; mona-
 chis, præsertim opulentioribus, hinc excipio; nam
 & ii, per fractis patrum suorum sanctionibus diui-
 nissimis, totos ad Epulas, atq; omnem luxum, præ-
 ferunt, qui in vino cernitur, sese transtulere. Vt illa
 Domini, apud Prophetam Isaiam, lamentatio, si vn-
 quam aliàs, ita nunc præcipuè locum habeat. *Hi quoq;
 pro vino nescierunt, & pro Ebrietate errauerunt, sacer-
 dos atque Propheta, nescierunt pro Ebrietate, absorpti
 sunt a vino, errauerunt in Ebrietate, nescierunt videntē,
 ignorauerunt iudicium. Omnes enim mensæ repletæ sunt
 vomitu sordiumq; ita vt non esset ultra locus.*

Tales ergò, cum sint Deo sacrati homines, quos
 virtutum exemplo salutari, cunctis prælucere o-
 portebat; nec mirū, tantam in reliquum vulgus ho-
 minum, corruptionem peruasisse. Nec non & hinc
 facile æstimandum erit, quale Deo sacrificium
 sint oblaturi, quorum abominandas Ebrietates adeo

X 2 pero-

Nullū ferè
 hominum
 genus, ma-
 gis temu-
 lentia in-
 fame, atq;
 Clerici &
 Monachi.
 Ser. 232. de
 Temp.

Isaie 28.

perofas habet. Deo fanè, nil nifi fanctum, nifi purum, nifi incontaminatum, placere poteft, quod de Pythagoras, Ethnicus Philofophus, illo fuo eleganti Prouerbio explicatum voluit, quando dixit:

*Maiores
sobrietatis
deceat
nouam
quam
veteris
legis
sacerdotes.*

ΜΗ ΠΩ ΕΝΔΕΙΜΘΕΟΙΣ ΕΞ ΑΜΠΕΛΩΝ ΑΥΤΗΜΑΤΩΝ.

Ne libaueris Diis, ex vitibus non amputatis.

*Lib. 2. de
Monarchia,*

Quod si in veteri lege, qua carnales tantum victimæ atque holocaustomata de pecoribus immolabantur, tanta vini sobrietas requisita fuit, ab illorum sacrificiorum ministris, vt sanctè munus illud obirent, quid à nouæ legis sacerdotibus, Deus exposcet? De illis sic Philo Iudæus: *Posthac Legislator præcepit, vt qui acedit altare, contrectaturus victimas, redeuntibus ad se sacræ functionis vicibus, à vino temerique abstineat, quatuor de causis: scilicet, vt effugiat pigritiam, obliuionem, somnum, amentiam. Merum enim, laxatis viribus corporis, facit id minus agile, & in somnum, velit, nolit, pertrahit, animi quoque intentionem remittens, fit ei causa obliuionis, ac desipientia. Contrà verò, sobriorum & membra sunt leniora habilioraque, & sensus puriores, syncerioresque, & mens ipsa perspicacior, ad prospiciendum futuris negotiis, & ad præteritorum reminiscenciam. Et post pauca: Merito igitur institutum est, sacrificium abstemium, vt discrimen sit, inter sacra & prophana, pura & impura, legitima & illegitima. Haud multum dissonantia Origenes commentatur in eadem verba: Et locutus est Dominus ad Aaron, dicens: Vinum & siceram non biberis, tu, & filii tui tecum, cum intrabitis tabernaculum testimonii, aut cum acceditis ad altare, & non morimini. Audistis edictum Regis æterni, & lamentabilem finem ebrietatis, vel crapulæ, didicistis. Si quis*

*Hom. 7. in
Leui,*

lis peritus & sapiens Medicus præciperet, & diceret
his ipsis verbis; Attendite vobis, ne quis, verbi gratia
de illius, vel illius, herbae succo avidius sumat, quod si fe-
cerit, subitus ei superueniet interitus; Non dubito, quin
vni quisque propria salutis intuitu, præmonentis Me-
dici præcepta seruaret. Nunc verò animarum & cor-
porum Medicus, simulque & Dominus, iubet ebrietatis
herbam, & crapulam, vitandam, & nescio si quis nostrum
non in his consumitur, nedum sauciatur.

Dicent nobis forsitan aliqui, hanc legem esse gratiæ
legisat; illud vetus præceptum, de vino, sacrificii tē-
pore non bibendo abolitum esse, & antiquatum, eoque
Christianos sacerdotes non obligari. Ego contra hæc
nihil feram. Esto, in lege gratiæ degamus; Lex illa fit
abolita; vinum sacerdotibus tempore sacrificii bibere
liceat: At sanè Ebrietas, ab ipsis quàm longissimè re-
mota esse debet, & vel eò maximè; quod sacerdoti-
um istud, tantò sit præstantius illo, quantò corpus
vmbra suam, dignitate præcellit. Id ipsum, quod
dico, sanctus Hieronymus indicare voluit, hisce ver-
bis: Miramur autem Apostolum, in Episcopis siue Pres-
byteris, damnasse vinolentiam, cum in veteri quoque lege
præceptum sit, Sacerdotes cum ingrediuntur templum, mini-
strare Deo, vinum omninò non bibere; Et Nazareum, quã-
diu sacrã comã nutriat, nihil contaminatum, & nihil mor-
tale aspicere, & à vino abstinere, & ab vva passa, & à
dilutiori, quæ solet ex vinaceis fieri, potione, & ab omni
sæcra, quæ mentem ab integra sanitate euertit. Quare &
alio loco clericum instruens, qua ratione sobrietatè
tueri debeat, sic ait: Nunquam vinum redoleas, ne au-
dias illud Philosophi: Hoc non est osculum porrigere, sed vi-
num propinare. Vinolentos sacerdotes, & Apostolus dam-
nat, & lex vetus prohibet. Qui altari deseruiunt, vinum &

Obiectio
& eius di-
lutio.

Commene
super cap.
1. Epist. ad
Titum.

Epist. ad
Nepotianum
de vita
clerico.
Rectè in-
telligenda
D. Hieron.
sice-
verba.

Reſte in-
telligenda
D. Hieron.
verba.

Ser. 231. de
Temp. qui
eſt l. de vi-
tandā E-
brietate.

siceram non bibant. Quod non intelligendum puto, quasi voluerit D. Hieronymus omnem vini vsum, altaris ministris adimere, sed tantum superfluum Ebrietatis abusum.

Contra eos demum clericorum, qui non solum ipsi Temulentia sunt obstricti, sed & alios ad potandum cogunt, seuerè loquitur D. Augustinus: *Et quia quod peius est, aliqui etiam clerici, qui hoc deberent prohibere, ipsi cogunt bibere aliquos, plus quàm expedit, amodo incipiant, & seipsos corrigere, & alios castigare, ut cum ante Christi tribunal venerint, nec de sua, ne de aliorum Ebrietate, incurrant supplicium: sed magis, dum ipsi se emendant, & alios castigare non cessant, perueniant ad aeternum premium mereantur.*

CAPVT XXVI.

Pena Ebriosis sacerdotibus atq; clericis statuta à Conciliis & Pontificibus.

Quantoperè verò Ecclesia olim, sacerdotibus & clericis sobrietatem commendatā esse voluerit, constat è grauisimis pœnis, quas Ebriosis decreuit irrogandas.

Grat. dist.

35. cap. 1. ex

can. 42. &

43. can. A-

posto.

Punitio E-

briosorum

clericorum

à concilio

illata;

Can. 41.

Can. iidē

41.

In primis Apostolorum Canones sic habent: *Episcopus aut Presbyter aut Diaconus, alea atque Ebrietati deseruiens, aut desinat, aut certè damnetur. Subdiaconus autē aut lector, aut cantor similia faciens, aut desinat, aut communionem priuetur; similiter & laicus.*

Concilium quoq; Carthaginense, sub S. Cypriano Episcopo, tempore Cornelii Papæ: *Episcopus aut Presbyter, aut Diaconus, qui vel alea vel Ebrietatibus indulget vel desinero, vel deponitor.*

Concilium Agathense sic decernit: *Ante omnia*

cle-

clericis vetetur Ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac
matrix est. Itaque eum quæ ebriū fuisse constiterit, (vt ordo
paritur) aut 10. dierum spacio communionē statuimus
solumuendum, aut corporali subdendum supplicio.

Can. 2.

Concilium Turonense I. tempore Leonis Papæ I.
Sed vt hæc valeant obseruare, fomitem omnium vitio-
rum oportet abscindi, Apostolo præcipiente, Nolite ine-
briari vino in quo est luxuria. Et quàm graui Ebrietas
supplicio expietur, eadem Apostolica manifestat doctri-
na, inter cætera dicens: Neque fornicatores, neque Idolis
seruientes, neque Ebriosos, Regnum Dei possessuros. Si
quis verò in officio clericali Deo militans, ab Ebrietate
se non abstinere, secundum status sui ordinem, competens
in eum vindicta tribuatur.

Concilium Wormaciense: A crapula & ebrieta-
te omnes clerici diligenter abstineant, vnde vinum sibi
temperant, & se vino. Nec ad bibendum quispiam incite-
tur, cum Ebrietas, & mentis inducat exilium, & libidi-
nis prouocet incendium.

Can. II.

Concilium Treuerense. Ebrietas insignium incita-
trix vitiorum, & flagitiorum scaturigo, quæ in cõmessi-
onibus, & cõuenticulis dominatur, Ecclesiasticum gra-
dum, summa cum turpitudine, passim infamauit. Qui er-
gò illo vitio turpiter indulgent, immorigeri, ab officio &
beneficiis, ecclesiastica censura, & synodi autoritate,
primùm suspenduntur; Deindè, si ei impudenter detestan-
da consuetudini, dictu pariter, & visu fædissima vlti-
mus inhaerent, omnibus bonorum gradibus exutos, ad
quadrupedum sortem, quæ natura prona atq; ventri obe-
dientia finxit, maioribus suppliciis affectos, statuit abii-
ciendos.

Tit. de Te-
mulentia
Clericorū.

Inter Pontifices, Eutyhianus Papa in clericos

X 4

temu-

In Decre-
tu quæ cõ-
diat; &
habentur
in lumina
Cõciliorũ.
Pontificum
Decretis
Ebriosi
Clerici
vindicati.
Luc. 21.
Cap. A.
Crapula
de vita &
honest. cle-
ric.

De hũ in
cap. Non
oportet. in
cap. nulli
clerico. &
in cap. cle-
rici. 44.
dist.

De reb. an-
tiquis, lib.
2. c. 2.
Ægyptii
sacerdotes
quã sobrii.

temulentos, hanc legem tulit. *Episcopi, sacerdotes, ac Dei ministri, non debent cõmessationibus, & vinolentiis nimis, incumbere, considerantes sententiam Domini dicentis: Attendite, ne grauentur corda vestra, crapula & ebrietate; moderatè enim cibum & necessarium sumant, & potum, vt iuxta Apostolum sobrii sint, & parati ad seruitium Dei.* Eadem de re Innocentius tertius, in celeberrimo illo generali Concilio Lateranensi sic disposuit: *Clericum à crapula & ebrietate non abstinentem, & qui à superiore commonitus, non paruerit, suspendendum iudicamus.*

Vnde, vt Clerici ab hoc vitio cauerent, & eorum honestati consuleretur, antiquiora quædam conciliorũ loca, quæ hũc breuitatis ergò non allegata præmittimus, etiam tabernarum ingressum illis inhibuerunt, nisi peregrinationis, vel itineris necessitate compulsis. Vt Concilium Laodicense, sexta synodus, & Carthaginense tertium.

Quod autem eiusmodi Conciliorum, ac Pontificum decreta, ingenti Ecclesiasticæ disciplinæ ruina tam parui fiant, imò quasi penitus contemnantur, atq; vt vanissima abiiciantur, dolendum potius, quàm fusè explicandum. Res ipsa, vt ego taceam, loquitur. Inde scandala, è luxuria potissimum orta, quæ si amota essent, haud dubium, quin quamplurimi ex iis, qui Ecclesiam Catholicam iam non agnoscunt, ad eius vnitatem propediem redituri forent.

Sum admiratus persæpè quod apud Diodorum Siculum legi. *Ægyptii, inquit, sacerdotibus suis, certũ cibum, certamq; vini portionem dabant, ne cibo corpus grauaretur, & vini immodica ingurgitatione desiperent, & indigna sacerdotibus facinora perpetrarent.* Nunc è contra, inter Christianos Sacerdotes atque Cle.

Mericos, quis cibi modus? quæ potus mensura? Et Hieronymus sic scribit. *Cheramon Stoicus, vir eloquentissimus, de vita sacerdotum antiquorum narrans, ait. Quod omnibus postpositis negotiis, in templo fuerunt, rerum naturas causasq; , ac siderum rationes, contemplati sunt; nunquam se mulieribus miscuerunt. Carnibus & vino semper abstinerunt, ob tenuitatē sensus, & maxime propter appetitus libidinis. In his omnibus Christianorum Sacrorum præfides ac ministri, diuino cultui atque diuinarum rerum contemplationibus mancipati, ab Ethnicis illis longè superantur, dum maiorum sanctissimorum, leges optimæ, pedibus proteruntur.*

L. i. contra Iovinianum.

CAPVT XXVII.

Reges, principes, Magistratus vino sobriè uti oportere.

Rex Salomon, omni sapientia illustratus à Deo, sapientiozem se euasurum putauit, si abstemius vitam ageret. *Cogitavi, inquit, in corde meo, abstrahere à vino carnem meam; ut animum meum transferrem ad sapientiam, deuitaremque stultitiam, donec viderem, quid vtile esset filiis hominum. Ex quo satis liquet, eum statuisse, quocumq; vini vsu, sapientiam impediri, stultitiamq; nutriri: Nam si modicus haud noceret, ab ea non ita penitus abstrahere se cogitasset omnibus, quorum curæ, principatum ac Regnorum gubernacula sunt commissa, ad perpetuū Exemplum. Quare idem Rex alibi sic ait. Nolite Regibus dare vinum: Quia nullum secretum, ubi regnat Ebrietas; ne forte bibant & obliuiscantur iudiciorum iustorum, & mutant causam filiorum pauperis.* Ad quod aptè Val-

Eccl. 2.

Sobrietatis principii necessaria.

L. 5. ca. 11

X 5 Ieri-

Li. 5. c. 11. *lerius Maximus. Princeps enim, debet esse omni tempore sobrius, & potens uti usurationis, ad causas subditorum diiudicandas, & ad dandas responsiones populis. Et præclare Plato. Nunquam in Castris quisquam gustare vinum audeat, sed toto illo tempore aqua bibatur; Et in ciuitate, nunquam vini usum seruo vel serua concederem. Sed nec magistratibus, toto eo tempore, quo Magistratu funguntur. Gubernatores etiam atq; iudices, manus suum subdituros, à vino penitus cohiberem. Ac deliberaturos quoq; de rebus non omnino negligendis; Et nulli penitus interdum, vinum concederem, nisi exercitationis corporea, morborumq; causa; hoc potu opus fuerit. Quæ propter secundum hanc rationem, nec multis ciuitati vineis opus esset. Atqui & reliqua agriculturas, omnisq; viuendi norma, ordinem suum teneret, ac vini usus, ferme omnium moderatissimus ac parcissimus esset. Et quibusdam interiectis hæc subdit verba, notatu longè dignissima. μεθύωμ κυβερνήτης, καὶ τῶ ἀρχιστρατῶν, ἀνατρέψαι πάντα, εἴτε πολέου, εἴτε ἀγροῦ, εἴτε στρατοῦ, εἴτε ὅτι ποτὲ εἶν κυβερνήτου ἢ ἀρχιστρατῶν. --- hoc est,*

Gubernator Ebrius, & quibus, cuiuscunq; rei perfectus, omnia subuertit, siue nauigium, siue currum, siue exercitum, siue quamcunq; rem, fidei suæ commissam. Id Lib. 4. Genial. cap. 6. Carthaginenses quoq; olim suboliti ut Alexander ab Alexandro commémorat, toto imperij tempore magistratui vinum interdicebant. Abstemios enim & frugales principes Reipublicæ prodesse; Temulentos autem & luxuriosos, maximè obesse, dictitabant. Quin etiam, ait idem author alio in loco; Egyptiorum legum principum, ut certa vini subtaxata mensura, Regi quotidianis ferculis daretur, ultra quam excedere non licebat, ne sui

impos per occasionem & licentiã, turpitudini & sordibus vacaret: Sicut proditur de Messinæis, ultra Carambum fluvium, qui Regem, quem delegere, si quid prave deliquisset, aut ultra vetitum vino usus fuisset, totius diei inedia mulctabant. Indi adeo abstemijerant, ut nisi factorum causa vinum bibere nulli fas foret; quibus erat constitutum, ut si Temulentum Regem mulier occidisset, hoc donaretur munere, ut successori nuberet. Ibidem quoq; ex Diogene Laërtio subdit. Solonis instituto, licuit Atheniensibus, Ebrium principem morte mulctare. Exemplo nostra ætate non imitando.

Refert Valerius Maximus historiam, qua temulenti principes, non parùm redarguuntur. Philippus Rex Macedo, Ebrius aliquando mulierculam quandam, indicta causa damnauerat. Illa autem prouocante; cum, ad quem prouocaret, interrogaretur; ad Philippum; sed sobrium, respondit. Quo ille non parum perculsus, sententiam mutauit.

De Zenone Imperatore testantur historiar. monumenta, quod tantum plerumq; biberit, ut sensus omnes amitteret, atq; ita horridus aspectu fieret, ut cadaveri potius, quàm homini, assimilari potuisset. Quadam die cum supra omnem modum vehementius potasset, ac præ crapulæ grauedine, vino ad cor regurgitante, iam iam animam ageret, Ariadne Imperatrix, coniunx eius, propter Ebrietatem ei plurimum infensa, Ebrium in sepulchro Imperatorio effertiuissit, ac reponi sub grandi saxo. Edormita tandem crapula, cum ad se rediisset, validissimè in sepulchro vociferatus est, à neminè tamen, Ariadnes Imperatricis metu adiutus, ut miserimo supplicio, Ebrietatis, pœnas vxori dederit.

In Solone. quod idem habet. Cælius. Rho. dig. lib. 28. cap. 31. Li. 6. ca. 1.

Conrad. Lycosth. in Theatro vit. hum. lib. 5. Titulo. vini in temperantia.

Zenonis, Imp. temulenti funestus interitus.

Me-

Modus igitur, omni, qui præest Reipublicæ, tenendus est in vino ac bibendum semper ad necessitatem, non ad Ebrietatem. Anacharsidis imitandum illud, ac præ oculis habendum, qui *primum poculum necessitatis esse dixit; secundum Ebrietatis; tertium furoris atq; insanie*. Turpe est principem omnem, aut senatorem, aut iudicem, vultum habere plenum furoris, oculos iracundiæ, sermonem arrogantis, que vniuersa, cumulo yno, Ebrietati perquam familiaria sunt. Et minus eum decet vino grauatum, in longam lucem somnum producere. Nec animo tantum, sed corpore, etiam vtetur obsequentiore, moderando vinum; illaq; vini impletio, qua nunc pleraq; imò omnes principum aulæ ac mensæ madent, aliud nihil est, quam viua sepultura prudentiæ, qua Duces ac principes, aliis, inferioris conditionis hominibus, eminere par esset.

CAPVT XXVIII.

Exempla sobriorum principum.

VT ad vini moderationem, qui Rempublicam gerunt promptius afficiantur, amore virtutis, quædam hic Exempla principum, ea virtute insignitorum, subiiciemus, eaq; pauca, ne iusto prolixiores, in Odio habeamur.

Diuo Samueli, Iudæorum principi, ac Prophetæ hoc testimonium perhibet Philo Iudæus, hisce verbis. *Quamobrem, & Samuel, Regum Prophetarumque maximus, omne vinum, & quicquid potum inebriat, nunquam bibit, sicut sacra Eloquia testantur, atque ita laudandum in modum filios Israhel gubernauit.*

Philo Iudæus lib. de Temul. circa medium, Sobriet. s. Samuelis Prophetæ,

Pulcherrimum est, quod de Cyro refertur à Xenophonte. Is necdum ex Ephēbis egressus, adhuc habi-

habitans cum auo, inter prandendum quadam vice *Xenophon*
 cum ipso, vidit Sacam Regium Pincernam, summa *in Cyri-*
 cum admiratione, dexteritateq; vinum coronare, *pad. Cyri*
 Rogauit ergo licentiam ab Aftyage auo, pari ratione *Regu so-*
 ad mensam standi, vinumq; solitis cæremoniis pro- *bricitat.*
 pinandi, ratus tam benè se, ac dextrè atq; ipse, id mu-
 neris obiturum. Arridebat Aftyages, acquiescens
 nihilominus petitioni Adolescentis, accepto proin-
 dè Scypho Cyrus, cum affabrè eluebat, elegantiq; cæ-
 remonia, Regi porrigebat.

Verùm, quia non Reges tantum, sed & principes
 in more habent, vt mandent Pincernis vina deliba-
 re, ne potui venenum immisceri queat, ab æmulis,
 Cyrus hoc vnum, aut studio, aut culpa omisit. Inter-
 rogatus: *cur vinum non delibasti? Verebar,* inquebat,
venenum inesse Cyatho: Nam cum nuper Natalem tuum
celebrares, vidi multos ex amicis, qui hausto è poculis
veneno, vt mihi videbatur, amentes euasere, ac talia pa-
trauere, que nec mancipiis impunè permittenda. Saga-
cissimum generosi iuuenis responsum, à nobilissi-
ma indole profectum. Constat sanè, cum potentissi-
mus demùm Monarcha electus esset, in vini mode-
ratione, vt & in omni virtutum genere, præ aliis emi-
cuiffe.

Romulus primus vrbs Romanæ conditor vt *Erasm.*
 supra quoq; meminimus, legitur, vino vsus parcif- *Apophteg-*
 simo. Is ad cœnam vocatus cum ibi minimùm bi- *mat lib. 6*
 bisset, ed, quod postero die, de Repub. consultan- *Romuli*
 dum foret, dicentibus sibi familiaribus. *Si ad istum sobrietat.*
modum bibant omnes homines, vinum multò foret vili-
us, respondit. Imò carius, si quantum quisq; volet, bibat:
Nam ego bibi, quantum volui.

Eiusdem argumenti & illud est, quod à Phocio- *Erasm:*
 ne, Demadi Oratori admodum luxurioso, dictū fer *ibidem.*

BUR,

tur: hic prandens apud Phocionem, cum tam vini quam ciborum apparatus exhiberetur, satis tenuis Demiror, inquit, O Phocion, te Rempub. administras, cum possis ad istum prandere modum. Imò verò, inquietabat Phocion, ideo ad istum prandeo modum, quia Rempub. administro; indicans, Rectores aliorum, moderatos in cibo & potu esse debere.

Phocion
sobrius
pr. ceps.

Erasm. l. 5.
Apopht.
Ex Plurarcho. in lib.
aduersus
Ducem im-
peritum.
Epaminon-
da insigni-
nu sobrie-
tas.

De Epaminonda Thebanorum duce clarissimo, ferunt, cum festum diem celebraret Thebana ciuitas, omnesq; comotationibus, & vini libidini indulgerent, ipse cibo abstinens ac potu, cuidam è familiaribus factus est obuius, tristi ac meditabundo vultu, demissis oculis, quo admirante, ac rogante, quid tandem rei esset, quod solus ad eum affectus modum obambularet. Ut vobis inquit, omnibus E-brios ac socordes esse liceat. O Vocem principedignam; qua constat, tum præcipuè vigilandum principi, cum populus maximè indulget genio.

L. 4. c. 3.
Hannibalis
sobrie-
tas.

De Hannibale Pœnorum Imperatore, Vegetius memorat hisce verbis. De nocte semper surgebat; ante noctem, nunquam quiescebat; crepusculo demum vesperino, cœnæ vacabat; vino vix vlllo si tamen utebatur, parcissime utebatur, nunquam amplius duabus horis apud eum discumbebatur. Testatur itidem Policrates Scipionem Æmilianum, cum aduersus hostes iturus esset, toto belli tempore, nec vino vsu, nec mensa, sed hinc indè ambulans, pane vesci sicco, & Lympha, è fonte proximo suppeditata, sitim restinguere, solitum.

Scipionis
sobrietas
item Cato-
ni ex Au-
gustu. lib. 5.
cap. 7.

M. Catonis
sobriet. n.

Marcum quoq; Catonem, eodem vino, quo Remiges, id est tenuissimo, & vilissimo contentum, neque vnquam preciosius ac fortius, dum gereret Rempub. bibere voluisse, Refert idem de Augusto Casa-

cesare, quod minimi cibi fuerit, tenuissimique potus.

Alphonfus deniq; Aragonum & Siciliae Rex, affe- L. 2 de re-
bus ab ipso
gestu.
Alphonse Re-
gis tempe-
ratis ac
sobrietatis.
rante Panormitano, cum in terrogaretur, cur vini
expers viueret; aut vino dilutissimo contentus sit in ex-
pers, contra omnium Regum ac aulicorum morem? Re-
spondit. Vino sapientia obscuratur, ideoque non decet
Regem, vt hoc, immodica potatione, in animo extin-
guat, sine quo Imperatoris ac Regis nomen ritè tueri non
possit.

Horum & similibus exemplo, si moderni princi-
pes inducti, sobrietatem conseruarentur, tum deni-
que omnes Respub. florere incepturas, haud du-
bè sperandum esset.

CAPVT XXIX.

Vini vsus feminis olim aut nullus, aut planè exi-
guus.

Diu Ambrosij verbis, hoc caput non incitè L. de Helia
et reuolui
cap. 18.
exordior. Sed quid de viris loquamur, quando e-
tiam feminæ, quas oportet sollicitiorem castitatis, sobrie-
tatisq; adhibere custodiam, vsq; ad Ebrietatem bibunt?
Vnde non immerito ait sapiens ante nos quidam. Mulier Eccl. 16.
Ebriosa, ira magna, et contumelia, et turpitudine eius nõ
tegetur. quomodo hæc patienter loquar, pie præteream,
conuenienter desleam? Nam verissimum est, quod S. Homelia,
55. in Mat.
Ioan. Chrysostr. ait. Nihil turpius Ebriosa femina, quæ,
quando vasculum est infirmius, tantò maius naufragi-
um fit.

Ex sacris proinde atq; prophanis pariter autho-
ritatibus constat, vinum quendam, mulieribus bibere,
neu-

Mulieres abstemia.
Lib. 4. c. 2. ne utiquam licuisse. Agar ancilla Abrahamæ, si Marco Marulo, ex Genesi id Exemplum inducente, credimus, cum Ismaële filio eiecta, panem tantum & v. trem aquæ secum in solitudinem defert. Consumpta deinde aqua, puer & ipsa siti vexati, fonte Angeli pietate ostenso, refocillantur. Abrahami diues erat, & inuitus eam emittebat, in Angelo diuina virtus omnia poterat. Sed & ille egrè dimittens, & hic multum miserans, aquâ solum ad potum ei concessisse dicuntur, vt hinc facile coniecere possis, iam tunc ne-

Marulus ibidem primo Reg. 1. fas fuisse mulieribus, vinum bibere. Eodem loco habendum; quod Anna Helcanæ vxor, Samuelis mater, vinum, & quod inebriare potest, nunquam se bibisse, dixit. quod si coniugalis pudicitia minus tantam se putauit, si vinum gustasset, quomodo virginalis, aut vidualis castitas, eodem gustu corrumpi non formidaret. Cum hæc, illa tenerior sit, difficiliusq; seruetur?

Noët. Attic. l. 10. cap. 23. Ex prophanis authoribus, ea de re Aulus Gellius sic loquitur. *Qui de victu, atque cultu populi Romani scripserunt, mulieres Romæ atq; in Latio etatem abstemias egisse, hoc est vino semper, quod temetum prisca lingua appellabatur, abstinuisse dicunt. & paulò inferius, & Marcus Cato mulcetas à Iudice mulieres refert, minus, si vinum bibissent, quàm si probrum, & adulterium admisissent.*

Lib. 3. Genial. dier. cap. 11. Id confirmat Alexander ab Alexandro. *Vini vsus, inquit, ad eò mulieribus interdictus fuit, vt vinum bibisse, perindè esset, ac si in adulterio, aut graui crimine deprehensa, capitali iudicio plectenda foret. Inolentique vsus ex lege Marci Catonis, vt cognati affinesq; mulieribus osculum ferrent, scilicet, vt an vinum bibissent, ore explorarent. Idem commune fuit Massiliensibus, pluri-*

busq; Græcorum & barbarorum gentibus, apud quos Hydropotæ fuere mulieres.

Ælianus quoq; sic scribit: *Messalotica lex fuit, vt Lib. 2. de mulieribus non liceret vinum bibere. Quæ lex, vt Theophrastus affirmat, etiam viguit apud Milesios. Vnde Ignatius Metellus vxorem, quod vinum bibentem inuenerat, iuxta dolium fuste necauit. Cneus Domitius mulierem aliam quod vini biberat, dote mulctauit. Alia itē, quod clauis cellæ vinariæ apud eam inuentæ essent, inedia mori coacta fuit.*

Author est Sabellicus, Romulum vrbis conditorē hanc legem, ne mulieres vinum bibant, ciuibus suis tulisse; eò præsertim, vt fœminæ castius viuerent, quod cum vini vsu, qui nimius fieri non rarò conuenit, etiam apud hunc sexum, ne vix quidem obseruari posse, putaret. Quod ipsum quoque, Fridericum Imperatorem, temperantiæ studiosissimum, pernouisse, exindè liquidum est; quia cùm audisset, vt Æneas Syluius refert, Leonoram vxorem, quæ paterna in domo vinum nunquam gustauerat, facile filios parituram, si in Germania, tam frigida vtporè regione, vinum biberet; dixisse fertur. *Malle se sterilem vxorem habere, quàm vinosam. Non ignora- bat enim sagacissimus Imperator, quàm multa vinolentiam mala comitentur; & tùm præsertim, quando fœminea leuitas, nimio sepelitur mero.*

Non immeritò igitur, tam pleno ore sobrietatem in fœminis laudat Diuus Augustinus; *Sobrietas, inquit, in fœminis, ad terram deponit aspectum; Ebrietas autem, amisso pudore, inuerecundos erigit vultus. Sobrietas, cum summa trepidatione, & silentio, irreprehensibile emittit verbum; Ebrietas verò immoderatum facit, fœminæ & vultum, & sermonem.*

Y Et

Lib. 2. de varia historia.

Idem habet Valer. Max. lib. 6: cap. 3.

Lib. 6. c. 1.

Lib. 2. de rebus gestis Alfonſi.

Dignum generoso Imperatore verbū.

Ad sacra virg.

Et illud certum est, foeminas mero madidas, magis gestire atque ineptire, ipsis viris, cum ob cerebri plerunque imbecillitatem, ratio maiori impetu turbetur, atq; in viris. Qua de causa illa mihi consuetudo minimè probatur, qua foeminis, virorum instar, potare permittitur, cum plurimorum, hoc incentiuum non rarò sit flagitiorum.

CAPVT XXX.

Adolescentibus ac pueris, vini potus non parum est noxius.

Cur pueris negandum vinum?

Cum pueros humido, calidoq; temperamento esse constat, ex Medicorum doctrina, atq; ipso indiciorum experimento, censuerunt olim veteres, ipsis vini vsum, omninò nullum, permitti oportere, quippè quod humectet nimium, & corpus exalefaciat; tum caput, halitu crudo facillè repleat, iis, qui alioquin calido atq; humido temperamento sunt, quale est eiusmodi puerorum. Atq; nec repleti his caput est vile, nec suprâ, quàm par est, humidos calidosq; fieri; quoniam eò iam caloris humorisq; peruenerunt, vt si paululum, vtramq; qualitatem auxeris, iam modum excefferint, vnde permultis morbis sub-

Lib. de inter. com. 2.

iaceant, necesse est. refert huius rei quoddam exemplum Galenus, puerum quendam Pergamenum, qd vinum bibisset perpetuis laborasse vigiliis, & febre subsequente, cum mentis alienatione, ab Epilepsia vita functum. Quare hoc alibi dat consiliù parentibus, idem Galenus. *Pueros ne gustare quidem vinum*

I. de sanita. tuenda. cap. 11.

suaferim, quippè quod & humectat nimium, & corpus calefacit, & caput suo halitu obrundit, quæ superflua

Cur adultioribus?

tas vtraque in pueris valde noxia est. Quin imo neque iam adultioribus concedendum, nisi admodum modicè sumptum, atq; dilutissimè; nimium enim, & ad iras præcipue

vidit, & incontinentes facit, & partem anime rationalem hebetat, ac turbat. Hinc orta quondam consuetudo, vt vini vsus, pueris omnino veritus extiterit. Sic enim ait Heraclides: Veterum memoria, pueri puellamq; donec ad coniugium accederent, aquam bibebant. Et Alexander ab Alexandro: Perse, licet natali die, summo semper studio, conuiuuiis celebrarent, filiis tamen omnino vinum, indulgentissimi etiam parentes, prohibebant. Plutarchus quoq; sic ait: Lacones, pueris ostendebant seruos temulentos, quò magis abominarentur Ebrietatē, videntes, quàm deforme sit spectaculum, homo temulentus, quàmq; dementi similis. His accedunt summi quoq; Philosophi, Plato & Aristoteles. Plato quidē sic scribit: Principio, lege sanciemus, vt pueri, vsque ad decimum octauum annum, vini vsus prorsus ignorent, Nemp̄ eos monebimus, non oportere ignem igni, in corpus atque animam suggerere, antequam viri effecti, subire labores incipiant. Furiosum namque habitum iuuentutis, cauere oportet. Deinde vino moderatē vtantur, vsque ad annum trigessimū. Ab Ebrietate verò, & vini repletione, iuuenes omnino abstineant. Sanè, quod prudenter hæc à Platone dicta sint, exemplum Cyrilli Iunioris, ex Diuo Augustino superius allegatum, euidētissimè contestatur.

Is enim parentum indulgentia, vino à teneris vnguiculis assuetus erat; ex Ephebis postea cum vixit excelsisset, ebrius quadam die, patrem contrucidauit, matri vterum gestanti, vitium intulit, ac duas sorores violare itidem tentans, sed recusantes tamen, ad mortem vsq; vulnerauit.

Aristoteles quoque decernit: Nec pueris, nec nutribus impertiendum vinum. causam & noxas edixit

In politici.

Lib. 2. genial. dier. cap. 25.

In Laconibus.

Lib. 2. de legib.

Ser. 33. ad fratres in Erema.

7. Politico. Lib. 8. de hist. animalib. mal. cap. 6.

alibi: *Quod eos ad Epilepsiam, (quem caducum vocant morbum) reddat obnoxios. Ut non mirum, si hac nostra tempestate, in Germania, hoc præcipue sæuissimum morbo, pueri atque infantes, ita frequenter infestentur, ac repente intereant multi: quia tam genitores ipsi, quàm infantium nutrices, licenter nimium, sibi vino indulgent.*

Lib. de præcept. conjugal. & in præcept. de valetud.

Nec absq; causa Plutarchus vinum pueris inhibet. ἵνα οὐ μὴ πῦρ ἐπὶ τῷ ὄρε φάσι πλῆσμονήτις ἐπὶ πλῆσμονῆ, καὶ ἀκράτῃ ἐπὶ ἀκράτῃ γένηται. *Uti ne igitur ignis ad ignem, quemadmodum Prouerbio dicitur, expletio ad expletionem, merum ad merum addatur, ided vinum pueris negandum.*

Epist. ad Eustoch. de virginitate seruanda.

Ex alio quoq; capite, quod vinum, in adolescentibus præcipue, luxuriam vehementer inflammare solet, vinum prohibet ætati iuniori, Diuus Hieronymus his verbis: *Si quid itaque in me potest esse consilii, si experto creditur, hoc primum moneo, hoc obtestor, ut sponsa Christi vinum fugiat, pro veneno. Hac aduersus adolescentiam, prima arma sunt Dæmonum. Non sic auaritia quatit, inflat superbia, delectat ambitio. facile aliis caremus vitiis: hic hostis nobis inclusus est, quocumque pergimus, nobiscum portamus inimicum. Vinum & adolescentia, duplex incendium est voluptatis. Quid oleum flammæ adiicimus? quid ardenti corpusculo somenta ignium ministramus? Et alio in loco, hoc ipsum consilium*

In cōment. super cap. 5. Epist. ad Galat.

confirmat, inquit: *Licet me quidam in eo libro, quem de seruanda virginitate scripsi, reprehendendum putent, quod dixerim, adolescentes ita vinum debere fugere, ut venenum; non me sententiæ pœnitebit: opus quippe ibi magis vini, quàm Dei à nobis creatura damnata est: & licentiam abstulimus iuuetuti, proprio ætatis calore seruanti, ne sub occasione parum bibendi, plus biberet, &*

periret. Nec non & alibi, in hanc sententiam sic loquitur: *Non Ethnei ignes, non Vulcania tellus, non Vesuvius & Olympus, tantis ardoribus aestuant, ut iuueniles medullæ, vino plene, & dapibus inflammata.*

Quæ cum ita sint, nemo miretur, Germanam iuventutem ad eam corruptam esse, quod ab ineunte ætate, parentes vino ipsam imbuant, ut quodammodo in vino nata, in vino educata, dici possit.

CAPVT XXXI.

*Virilis ætas quoque vino moderatè
viti debet.*

Non omninò reiiciendum Platonis illud dogma, quod aliqui, nimium licetiosè, ad luxum, sed perperam facto, detorquere voluerunt: *Iuuenes, ait, cum ad annum quadragesimum peruenerint, tunc in conuiujs liberius discumbentes, cum alios Deos, tum Dionysium, ad sacra senum, & ludos, inuocent, qui hominibus vinum, quasi remedium aduersus senectutis duritiem est largitus, ut reiuuenescere videamur, & mœstitiæ nos obliuio capiat, ipsaque affectio animi, sicut ferrum in igne, ex duritie in mollitiem deducta, flexibilior fiat. Non inquam contemnendum. Nam Platonis statutum non est, virilem ætatem, ebrietatibus ac temulentis imbuere, sed quod ei vino liberius, quam pueritiæ, quam adolescentiæ liceat vti, docere. Immoderator enim vini vsus, si Aristoteli credimus, præsertim calidioris, & potentis, quo nunc pleriq; locupletiores, mensas suas ornari volunt, labefactat mentem & ingenium, ac virilem protinus eneruat vigorem. Contra, si moderatè sumatur, concoctionem iuuat, cor exhilarat, cerebrum roborat, spiritus animales fouet,*

*Lib. 2. de
Legib.*

*Explicata
Platonis
verba.*

*Sec. 3.
Probl. 30,*

suauem somnum conciliat. Hinc memoriam & intelligentiam adauget, sensuum implexam habitudinem reddidit puriorem, excitat animum ad altas speculationes.

Grandiorum vinorum usus dissuadetur.

Grandia sanè vina, & fortia, medicorum testimonio, etiam si stomacho videantur principio gratiora, mox tamen, tractu temporis relaxant, ac in marcorem deducunt multos, vel in ardentibus febres, vel lethales, hepatis, aliorumque viscerum, gignunt inflammationes. Nec mirum. Primo quippe occursum suum in ventriculo, excitant calore suo, sollicitatque, quæcumque alimenti succum, siue bonum, siue malum, quam citissime ad iecur, atque inde ad diuersas venas transire, vnde facillime ipsa viscera incenduntur, fitis inar-

Capiti nocent & stomacho fortia vina nimium bibita.

descit, obstructions exurgunt. Quod & illud accedit, quod generosiora vina, quæ Medicis magis calorifica dicuntur, quantum ex tempore iuuant ventriculum, sui naturæ frigidum & humidum, tantum in processu, si nimium, vt nobis Germanis moris est, potentur, & lædunt, & inde capiti grauissimè obstruunt ac nocent; tum sui qualitate vaporosa & calida, quæ opplet ac dissoluit substantiam cerebri; tum quia virtute sua exhalans ad caput, quidquid in corpore & humoribus concretum, & crassum reperitur, id liquat, quodammodo, instar ceræ ad ignem, & in memoriam vaporum copiam conuertit; qui coaceruati, in ventriculis quasi, accellulis cerebri, omnigenos, effluxionibus periculosissimis, causant morbos, Synanches, destillationes, quos Catharros vocant, hæmorrhoidas, sanguinis profluua, articulares morbos, Ophthalmiã, Peripneumonias, pleuritides.

Morbi enim nimio ac fortiori vino exsistentes.

Atque hæc non ex mea, sed omnium passim Medicorum sententia putentur allata. eò potissimum, vt & ætatis maturæ viri, sibi à nimio temperare vino perdiscant, si diu se superstites velint, atque incolumes.

CAPVT XXXII.

*Senectuti præcipue vini potum con-
gruere;*

Senibus Auicenna liberè, quantum ferre queunt, *Tertia*
vini concedit. Quod aduentitium vino recalescat fri- *par. doct. 2.*
gus, spirituum discutatur tristitia, bilis atra reprimatur *cap. 2.*
vis inuidans, somni inducatur appetentia, præfæcti re-
cludantur meatus, huiusq; ætatis vniuersa succumbat las-
situd. Cui adstipulatur & Galenus. vinum, inquit, si- *5. de sanit.*
cut pueris est alienissimū, ita senibus est aptissimū. Id enim *tuenda c. 5.*
commodi præstat senibus, natura frigidis, & humoribus
noxiiis repletis, vt excalescat, ac serum sanguinis, quo
maximè senecta abundare solet, per vrinas expurget.

Hæc equidem vera sunt, & sic se habent, cum & à *Senes mo-*
senibus moderatè bibitur. Nā intemperatè haustum *derari o-*
eos ob virium & caloris naturalis imbecillitatem, *portet vi-*
haud maiori difficultate lædit, atq; opprimit, quàm *ni usum.*
Iuuenes. Meminit hinc Strabo, apud Alexandrū de
Alexandro, in Choo quondam Insula, sexagenarios *Lib. 2.*
senes, egregiè, potos, ac conuiualibus coronis ornatos, ne- *Genial.*
cessariis spectantibus, adhuc feruentius decertasse pocu- *dier. c. 25.*
lis. Cui, cum aliquot horis acriter insitissent, pugna, tan-
dem, ac si cicutam bibissent, repente commigrabant è vita,
conuulsionibus è temulentia exortis, enecli. Lac senum, Vinum
quidam dixere vinum; id non improbarim si mo- *lac senum.*
deratio, superfluitatem abigens, comitetur, qua
absente, non minus officit, quam nimia lactis copia,
infantibus, præter omnem modum, ingesta.

Neq; eò effugiunt Ebrij senes turpitudinis notam
quod vt lac infantia, ita vinum sit nutrimentum se-
nectutis. Non, inquam, excusantur à vitio. Vt nec
ille senex qui vt Panormitanus refert, Alfonso Regi,

*Lib. 1. de
rebus gestis
Alfonsi.*

multo vino madidus occurrens, in publico, vidensq; à Rege notari vinolentiam: *Lac senum est vinum* ô Rex, clamabat; Ebrietatis crimen excusaturus. Contra Rex: *Et tu, quod lac est senū, tuomet vitio vertisti in venenum.* solertissimè notans, senibus etiam vinum nimis affluenter haustrum, obesse.

Quare convenit, vt & hæc ætas iam iam ad occisum vergens, sobrietatem, efficacissimo in iuuentutem exemplo, complectatur.

CAPVT XXXIII.

Festi dies agendi sobriè.

Pestifera inter Germanos, iam dudum viguit consuetudo, vt si vllò alio totius anni die prophano, in festis certè, potationibus impigrè vacent, quasi hi potissimùm Baccho sacri forent, ac dicati. Vt mihi libeat verbis D. Augustini eos compellare. *O quàm plures sunt ex vobis, qui plus tabernam die festo visitant, quàm templum? Prius corpus reficiunt, quàm animam, prius Dæmonem sequuntur, quàm Deum? O fideles, non fideles, quid vobis cum vino? Nunquid vinum factum est, vt deficiatis maledicentes nomen Domini?*

*Ser. 37. ad
fratres in
Eremo,*

*Num. 15.
Pæna vio-
lantium
dies festos.*

*Cur festa
ab Ecclesia
instituta.
Lib. 10. de
ciuitat. c. 4.*

Meminerint isti, primùm, velim quod si Deus in veteri Testamento pauperculum hominem, ligna ad victum parandum, die Sabbathi colligentem, illicò lapidari iussit, quale ipsi, vt Sabbathorum violatores magis nefarii, sint olim iudicium subiturum sanè, non inultam ferent hanc à Deo temeritatem.

Recordentur deindè, cur à Deo, cur ab Ecclesia sancta, festi dies instituantur? *Beneficiorum Dei, inquit S. Augustinus, solennitatibus, festis, & diebus statutis dicamus, sacramusq; memoriam, ne volumine temporum, ingrata subrepat obliuio.* De festis quoque in me.

memoriam sanctorum dicatis, alibi sic loquitur: *Sollemnitates Martyrum exhortationes Martyriorum sunt, ut imitari non pigeat, quod celebrare delectat. Unde nobis sollicitius providendum est, inquit S. Hieronymus, ut solennem diem, non tam ciborum ac potus abundantia, quam spiritus exultatione celebremus; quia valde absurdum est, nimia saturitate velle honorare Martyrem, quem scias Deo placuisse ieiuniis. Ita tibi semper comedendum est, ut cibum & oratio sequatur, & lectio.* Non ergo ad vacandum genio, festa, ex prima institutione tendunt, sed ad seruiendum Deo, ad colendam imprimis pietatem, ad laudandum rerum omnium conditorem optimum, eiq; gratias agendas, quæ tam mirabilis fuit in sanctis, quam apparet in cogitatione vitæ, ac mortis illorum.

Et ipsi Ethnici, festos dies Idolis nuncupatos, sobriè agi voluerunt. *Quid est, rogat Plutarchus, quod venerabilibus, qui est dies Veneri festus, multum vini ex templo Veneris profunditur? Et post pauca respondet: Hoc signum est, diem festum sobriè agi oportere, quod Dii longe magis vini effusione, quàm ingurgitatione gaudeant.*

Faceffant itaq; Lurcones, illi, qui festos dies totos, in popinis terunt, atq; tabernis; Et Baccho potius, quàm cultui diuino, ad quem tamen creati sunt, indulgent, Faceffant inquam, à nobis, debitas olim atq; condignas, quandoquidem à Magistratu impunè tolerantur, Deo pœnas daturi.

Hic vela contrahenda nobis, ac tertius iste liber, auspice Deo finiendus, Nam cõuiuorum cupedia, quas sequenti apponemus libro, suo nos tantum trahunt nidore, ut ad eas ardentius properemus.

Y 5 DE

S. Hier. E-
pist. ad Eu-
loch. de
munuscu-
lu ab ea
acceptis.

In Proble-
matib.



DE TEMV.
LENTIA.
LIBER IV.

Præfatio.

QUID ad Temulentiam conuiuia? annon potius ad gulam? & ad Gulam, & ad temulentiam inducunt. Gulæ filia est Ebrietas; huius excultrix est conuiuium, & omnis ad illud pertinens apparatus. Visum proinde consentaneum, nostro, quem suscepimus, labori, ut de conuiuio eorumq; luxu, illecebrisque, ad extremum agamus, ne truncum quasi, ac mutilum, huius opusculi corpus, relinquamus.

Ac primum laudabitur cibi moderatio, damna-
ta gula. Tum liquidum fiet quo tempore, quibusq;
circumstantiis, agitari conuiuia licite possint: por-
rò quid à conuiuio amotum oporteat; Demum
quæ Acroamata atq; oblectamenta, absq; reprehen-
sione possint adhiberi. Suo singula ordine, Laco-
niceq;.

CA-

CAPVT I.

Laus & vtilitates Temperantiae cibi.

DE conuiuiorū apparatu ac caeremoniis hoc libro quarto nobis erit sermo; cui aliquid, quasi praeambuli cuiusdam loco, de cibi Moderatione, praemittendum, non inconcinne, arbitramur.

Hæc virtus, tametsi à plerisque in postremis habeatur, vulgaris tamen est haud quaquam. Curenim, indigna foret, aded, cum in scripturis sacris, tum in prophanis, & à sanctis præcipue patribus, in cœlum vsq; laudibus elata esset? Cur tot eius commoda, ni certò explorata, recenserentur? *Qui abstinens est adiciet ad vitam*, inquit sapiens. Et alibi. *Qui diligit Epulas, in egestate erit; qui amat vinum & pingua, non ditabitur.* Et omnia quæ passim de ieiunio prædicantur, huic abstinentiæ primario iure conueniunt. quid enim aliud ieiunium, quàm cibi abstinentia? *Beati*, *Lucæ. 6.* (ergò) *qui nunc esuritis, quia saturabimini, ait Christus: Beati, qui nunc ciborum illecebras respuitis: Nam alibi, ad cœlestes Epulas accubituri, æternis voluptatibus explebimini.*

Eccl. 37.
Prou. 21.

Lucæ. 6.

Immense laudes

Temperantiae in cibo.

In quaestione Mixta

ex utroq; Testamento

quæst. 120.

L. de Helu & ieiun.

plina cap. 2.

Hæc ciborum abstinentia Diuo Augustino asserente, *Intemperantiam corporis mitigat, motus aduersos reprimat, pressuram animi aufert, sicut ait Dominus: Nolite dediti esse in esca & crapula, ne grauentur corda vestra. Cum enim anima ab esu & potu nimio fuerit liberata, tunc se melius recognoscit.* Et S. Ambrosius in huius virtutis commendatione, quasi raptus in extasim, loquitur; *Abstinentia cibi, continentiae Magisterium est, pudicitiae disciplina*

plina, humilitas mentis, castigatio carnis, forma sobrietatis, norma virtutis, purificatio anime, miserationis expensa, lenitatis institutio, charitatis illecebra, senilis gratia, custodia iuuentutis, infirmitatis alleviamentum, alimentum salutis. Nemo crudelitatem, abstinendo ac ieiunando, incidit; nullus per continentiam ictum sanguinis sensit; imò nullus non repressit & repulit. Bonum itineris viaticum: Bonum totius vitæ, bonum in mari; sed et naufragia, cibum seruat; qui grauem dicunt, hanc à cibo abstinentiam esse, respondeant, quis ieiunio defecerit? Multi in prandio, pleriq; dum vomunt epulum, fuderunt animam. Et infra. hæc sobrietas, mentis est continentia, hæc sensus vigent, hæc iudicia tractantur. Idem alibi, plures itaq; gula sua occidit, nullum frugalitas.

L. de Cain
& Abel.
cap. 5.

Homil. de
resurrect.

Elegans si-
mile Chry-
sostomi.

Serm. de
ieiun. &
le. Genes.
Abstinen-
tia cibo-
rum ver

Docet S. Ioannes Chrysostomus, eleganti similitudine eos, qui huic virtuti student, fortissimos reddi, ad pugnandum, contra Dæmonum validissimas acies. Sicut miles, si gestarit arma se grauantia, non est terrori hostibus, qui sciunt, armaturæ grauitatem pedum velocitati, & bellantiam vsui obesse: Sin leuia acceperit & tractabilia, sicut avis aliqua, obuium se feret hostibus. Sic & qui carnem suam, non Ebrietate neq; indulgentia, neq; cibo delitiis incrassarit, sed abstinentia & precibus, diurnaq; afflictionum sustentia, leuiorem & tenuiorem effecerit: Sicut volucris aliqua, superne deuolans, ita valido impetu in phalanges Dæmonum irrui, & occurrentes virtutes facile inuadit, sibiq; subicit. Et alibi, ciborum moderationem, ver quoddam animi spirituale, dicendum probat. Iucundum quidem, inquit, nautis ver, iucundum quoq; & agricolis: Sed neque nautis, neque agricolis, ita iucundum est veris tempus, vt his qui Philosophari volunt, iucundi sunt ab-

stin-

Abstinencia ac ieiuniorum dies, spirituale animarum ver, animi spi-
 & fidissima tranquillitas animarum. Nam agricolis ver rituale.
 circa iucundum est, quia delectat aspicere tunc, depi-
 tam floribus terram, & variis floribus, virgulta co-
 mantia. Nautis vero acceptum est ver, quod dorsum ma-
 ris, deductis nauibus, tuto licebit ascendere, nec vndarum
 pericula formidare. Nobis autem iucundum ver tempe-
 rantia ciborum, quod tunc non vndarum, sed cogitatio-
 num & concupiscentiarum Carnalium fluctus ac turbi-
 nes, mitigantur, & corona nobis, non florum, sed spiritu-
 alium gratiarum, parantur. Et in alia quadam Homi-
 lia. Sicut crapula, humano generi, innumerorum malo-
 rum causa est, & adductrix: Ita etiam ciborum absti-
 nentia, ventrisq; neglectus, omnium nobis bonorum sem-
 per causa fuit. Et veluti leuiore naues, maria velocius
 transeunt, & multis oneribus grauata, facilius submer-
 guntur: ita ieiunium quidem, leuiorem reddens mentem,
 efficit, vt facilius huius vite pelagus transmittat, & in
 celum, ac ea quæ in caelis sunt respiciat, & nihili faciat
 presentia, sed vt umbras diffugere sentiat. Huc vsque
 Chryso. Pulchrè etiam Climachus. Exsiccatum grad. 26
 latum, iam non porcis vsui esse, vt vbi se volutent, potest: Similia.
 Ita & caro, per abstinentiam marcida effecta, Dæmoni-
 bus vltra non præbebit in se quiescendi locum. Et inferi-
 us paulo. Vt oleum, mare inuitum etiam, tranquillum
 facit: Ita ieiunium, volentia quoq; & reluctancia incen-
 tiva corporis, extinguit. Hæc & plura alij patres, quæ
 breuitatis studio relicta sunt.

Quare S. Augustinus, ne istis priuaretur, abstinen-
 tiæ commodis atq; vtilitatibus, prouidè, atq; cautif-
 simè periculo gulæ propulsando, alimenta sumptu-
 rus, mensis accumbat. Hoc me docuisti, inquit, vt abstinentia.
 quem-

Homilia
de Iona;
Propheta.

Similia:

De discre.
grad. 26

Similia.

Vtilitates
abstinentia.

L. 10. con. quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumptuosa
feß. cap. 31. accedam. sed dum ad quietem satietatis, ex indigentia
 molestia transeo, in ipso transitu insidiatur mihi laqueus
 concupiscentiae, ipse enim transitus voluptas est, & non
 est alius, quàm transeat, quàm quò cogit transire neces-
 sitas; Et cum salus sit causa edendi, adiungit se tanquam
 pedissequa, periculosa iucunditas, & plerùmque praereco-
 natur, ut eius causa fiat, quod salutis causa, me facere vel
L. 30. Mo- dico, vel volo. Nec idem modus utriusque est. Vnde
ral. in Iob consilio Sancti Gregorij Magni; Ea sumenda, quae na-
cap. 27. turæ necessitas quærit, non quæ edendi libido suggerit.
Homi. 2. de Nam ut sapientissimè Basilii. Quod in equis accide-
ieiun. re solet, hoc in hominibus quibusdam; ut quo copiosius se-
 bi ipsis suppetunt necessaria, hoc euadunt ferociores.

Simile. Memini me olim à spirituali quodam & sanctissimò
 viro audiuisse; Sicut fames lupum expellit à sylva;
 sic hæc ciborum abstinentia lupum illum infernalem et
 truculentissimum ex anima. Quod & verbo suo Chris-
 tus confirmat, de quodam pestilentissimo Dæmo-
Marci. 9. niorum genere. Hoc genus Dæmoniorum non expelli-
 tur, nisi in ieiunio & oratione.

Hinc quoque sanctissimi doctores, tam ardentè
 nos ad hanc virtutem cohortantur, S. Basilii pri-
Homil. 1. de mùm hisce verbis. An ignoras, quod perinde, atque in a-
ieiun. cie, hinc atque hinc instructa ad conflictum, qui alteri par-
 ti fert suppetias, facit ut altera vincatur? ita qui carni se
 adiungit, expugnat spiritum, & qui stat cum spiritu, car-
 nem in seruitutem redigit. Proinde si cupis mentem red-
Homi. 2. de dere validam, fac carnem domes ciborum abstinentia. Et
ieiun. alibi. Qui bellicis in rebus exercentur, quiq; in palestris
Pulchra luctando desudant; conuenit ut copia ciborum reddant
Similia. se ipsos

seipfos corpulentos & obesos, videlicet, quò validiori-
 bus neruis labores queant capessere. Contra verò quibus
 non est colluctatio aduersus carnem & sanguinem, hoc
 est aduersus alios homines, sed aduersus principatus, ad-
 uersus potestates tenebrarum harum, hos oportet per ab-
 stinentiam & sobrietatem, ad certamen exerceri. Ete-
 nim, quemadmodum oleum oblinat Athletam; Ita absti-
 nentia robur addit ei, qui ad pietatem se exercet. S. Au-
 gustinus iterum hisce verbis virtutem eam nobis
 suadet. Sicut Equis frana sunt imponenda: Ita cor-
 pora nostra abstinentia epularum, orationibus, & vigi-
 liis, sunt infrananda. Nam quemadmodum auriga, si
 frana laxauerint, per precipitia deiiciuntur: Ita anima
 nostra, cum ipso corpore, si ei frantum non imposuerit, ad
 inferni precipitia delabatur.

L. de salu-
 tarib. do-
 cumentis.
 cap. 10.
 Similia.

Elegantissimè deniq; Petrus Chryfologus. Quan-
 do aliqui in vrbe obsidentur, eis cibus duntaxat, ad vite
 sustentationem prestatatur, & non ad voluptatem, siue a-
 bundantiam. Id vides in afflictione, quam ciues Bethuli-
 ces in obsidione ab exercitu Holofernis patiebantur.
 At, quot tu crudelissimis hostibus circumdaris? à carne,
 mundo, ac Demone, inquam, obsidione cingeris. Ergò tibi
 necessaria ad victum è cibus sumenda tantum; superflua
 omninò rescanda. Id te docuit Apostolus cum dixit. Fra-
 tres sobrii estote & vigilate, quia aduersarius vester Dia-
 bolus, tanquam Leo rugiens, circuit, quærens quem deuo-
 ret, quasi dicat. Siquidem circumdati estis à tam potenti
 hoste, abstinentiam obseruate.

Serm. 8. de
 isium. &
 Eleemo-
 syna.
 Similia.
 Iudith. 7.

1. Petri. 5.

Sanè, homines à bestiis vinci ac superari, non est
 æquum, præsertim in cibi & potus continentia. Leo-
 nes,

*acap. de
Aphrica
6. l. 8. c. 16.
Leonum
abstinen-
tia:*

nes, vt Solinus ac Plinius scribunt, alternis diebus potum, alternis cibum capiunt, ac frequenter, si con- coctio non est insecuta, solitæ cibationi, superpo- nunt diem. Hominem verò mentis compotem to- ties in die cibis superingestis, ad summum ita reple- ri, vt respirare vix possit, ita turpe est, vt hoc in gene- re nil sædius, meo iudicio, excogitari possit. Qui ergò virtutis huius, tum summam, quam ad salutem consequendam importat, necessitatem, tum infini- ta, quæ gignit emolumenta, animi cogitationes pa- rumper intendendo, penitus dispexerit, ad eius a- morem haud dubiò inflammabitur. Nostri non e- rat consilij, omnia, vt potuisset enucleatissimè fieri, discutere accuratius, quæ è S. Patribus deprompta, hîc ponuntur; sed potius lectorum sedulæ indaga- tionis relinquenda videbantur, ne omnem illis, con- templandæ eius dignitatis atq; pulchritudinis, an- sam præcinderemus.

Nunc transeundum ad Exempla eorum, quibus cibi parcitas cordi fuit, atq; in studio perpetuæ ex- ercitationis; idq; eò libentius, quò exempla verbiis accendunt efficacius.

CAPVT II.

Daniel. 1.

Exempla abstinentiæ ciborum, sacra.

*Ananiæ,
Azariæ &
Misaëlis
abstinen-
tia.*

INter Sacra, licet non ordine, dignitate tamen pri- mum sibi locum vendicare potest, trium pue- rorum, Ananiæ Azariæ ac Misaëlis abstinentia, qui cum de mensa regis, prohibitos in lege cibos, auer- sarentur, à Malasaro, quem constituerat princeps Eunuchnum super ipsos, obnixè contenderunt. *Tenta nos obsecro seruos tuos, diebus decem, & dentur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum. Et contemplare vultus nostros, & vultus puerorum, qui*

vescuntur cibo regio. Et infra: Post dies autē decem, appa-
paruerunt vultus eorum meliores & corpulentiores, præ
omnibus pueris, qui vescabantur cibo regio. In hos ergo
continentissimos iuuenes sic scribit S. Basilius: Est
lapis quidā eius naturæ (quem hic Amianthon Græci vo-
cant) ut inquinari non possit. Is ab igne non vincitur, sed
impositus igni, videtur ignescere, & in prunā verti; rur-
sum exemptus igni, perindē, quasi aqua candidatus, appa-
ret purior. Huiusmodi erant trium illorum puerorum
corpora apud Babylonios, illud abstinentia consecuta, ut
nulla vi possent inquinari. Siquidem in vehemēti fornaci-
tis flamma, quasi natura fuissent aurei, ita apparuerunt
innocia, ut igni superiores ipsi. Qui & auro potentiores
deklarati sunt, neq; enim illos liquefecit ignis, sed integros
illibatosq; seruauit.

Hom. 1. de
ieiun.
Amian-
thon, lapis
admirabi-
li naturæ,

Moyles bis fuit in monte cum Domino, quadra-
ginta diebus & noctibus, & non manducauit neque
bibit; tumēd, quod abstinentia sit optima longē dis-
positio, ad percipiendas reuelationes diuinas; tum
verō, quod homo diuina iucunditate perfusus, de-
lectias facillē respuat corporales.

Exo. 24. &
34.
Abstinen-
tia Moylis.

Vxori quoq; Manue, liberatorem populi conce-
pturæ, angelus apparens abstinentiam indixit. Isra-
helitæ à duodecim tribubus, primò, deindē à filiis
Beniamin prælio superati, fleuerunt coram Domi-
no, atque eo die abstinentes à cibo, ieiunauerunt, &
redintegrata pugna hostes vicerunt. Achab, audiens
ex Helia Propheta, minas à Domino sibi intentatas,
operuit cilicio carnem suam, atque à cibo abstinens,
dormiuit in sacco: qua pœnitētia placatus Dominus,
pœnā mitigauit. Congregatæ quodā tempore, Moa-
bitarū & Ammonitarum cohortes, pugnatum ibant
in Iosaphat Regem Iuda. hic omne præsidium in

Varia a-
liorum ex-
empla.
Iudic. 13.
Iudic. 10.
3. Reg. 21.
2. Para. 20.

Z. Do-

Domino collocans, *indixit à cibis abstinentiam atque ieiunium* in regno vniuerso. Concepta ergo ingenti fiducia, inito tandem prælio, victor euasit. Sara filia Raguelis, à seruula domestica grandi petita improperio, in inferius conclaue domus paternæ se contulit, *ac tribus diebus noctibusq; nec manducauit,*

Thobie 3.

Thobie 1. nec bibit; & tandem à Domino est saluata. Laudatur quoq; senioris Thobie in cibo sumendo moderatio, quod in vrbe Niniue captiuus, & iugo seruitutis oppressus, nunquam vt gentilium escis inquinaretur, animum induxerit; ritumque eorum spreto, semper Dei sui legitima obseruarit. Panem & pulmentum

Thobie 1.

Daniel 14. misit Dominus per Prophetam Habacuc, Danielsi posito in lacu Leonum, non carnes aut alia cibaria delicata. *Iudith 8.* Iudith viduæ mirabilis in cibo abstinentia fuit. *Ieiunabat enim omnibus diebus vitæ suæ, præter Sabbatha & Festa, & Neomenias domus Israhel.* Et per eam Dominus, Israheliticum populum, à Tyrannide Holofernis eripuit. Hester placatura Regem Astuerum, Mardocheo ait: *Congrega omnes Iudeos, quos Susis reperies, & orate pro me: non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus, &*

Daniel 14.

Iudith 8.

Hester 4.

2. Mach. 7. ego cum ancillis meis similiter ieiunabo. Et tandem placato Rege, populum ab internecone liberauit. Eleazarus vir ætate prouectus, maluit crudeli morte

2. Mach. 7.

trucidari, quam carnes porcinas contra legem manducare, vel etiam simulare se manducasse. Nec septem fratres cum matre, ad id compelli potuerunt; quin potius atrocissimis, omnes ad vnum supplicii interire voluerunt. Plura eiusmodi veteris Testamenti exempla coaceruari possent; sed parcendum prolixitati. Nec in nouo desunt. Christus liberator noster, à baptismo statim, in desertum conductus à sancto spiritu, *quadraginta diebus, & totidem noctibus*

2. Mach. 7.

Exemplū

Saluatorū,

Baptistæ

& Apostolorum.

Matth. 4.

Matth. 4. & totidem noctibus

omnis cibi expertus remansit. Eius prodromo Ioanni Baptistæ, cibum præbuerunt, locustæ ac mel sylvestre. atq; ob id abstinentiæ genus maior habitus est omnibus, q; ex mulierib; prognati sunt. Et ipse itidè cū Apostolis seruator, perpetuam ferè ciborū abstinentiam coluere. Nam cū nō haberent vnde alios pasceret, præter paucos panes, paucioresq; pisciculos, non potuerunt & ipsi lautius epulari, Et Petrū Apostolū, in domo Simonis Coriarij, à cibis se cōtinuisse liquet, vnde cum esuriret, cecidit super eum mentis excessus, & aspexit cælum apertum, ac visione quadam admirabili sibi cibos exhibitos, ad manducandum.

Matth. 3.
Matth. 11.

Matth. 15.
Marci 8.
Ioann. 6.
Actor. 10.

Actor. 13.

Actor. 14.

Commemorat itidè S. Lucas, in Antiochena Ecclesia, Prophetas & Doctores plurimos extitisse, qui cum ministerio Domini insistentes, atq; à cibis abstinentes ieiunarent, Spiritus sanctus eos est allocutus: Segregate mihi, inquit, Paulum & Barnabam ad opus, ad quod assumpsi eos. Hi ipsi quoq; cū constitissent in diuersis ciuitatibus, per singulas Ecclesias Presbyteros, & orassent cum ieiunantibus, commendarunt eos Domino, in quem crediderunt.

Ex quibus apertū esse arbitror nihil vnquā prosperè, feliciter, ac Deo auspice gestum, nisi abstinentia, seu, quod idem est, ieiunio, quasi secundatum.

CAPVT III.

Exempla quædam abstinentiæ cibi, quorundam sanctorum.

Damnât moderni sæculi luxū, atq; epularū varietatē, nō modò, quæ ex Scripturis sacris depromptissimus, sed & q; passim apud historicos notari possunt, exempla sanctorū; & quidè, tot numero ac multitudine, vt de illis omnibus hic pertexendis, ingens

Z z

ingens volumen conficiendum foret. Ergò tædii les-
gentium metu, quædam tantum à nobis delibanda
& furtim quasi, vt canes è Nilo bibunt.

*Euseb. Ec-
cles. hist. li.
2. cap. 23.*

*Abstinen-
tia SS. A-
postolorum
Jacobi &
Petri.*

*Marcus
Marulus,*

*lib. 2. ca. 2.
Epist. ad
Eustoch. de
custod.*

*virgin.
Anacho-
retarū E-
gypti absti-
nentia.*

*In vita
Pauli pri-
mi Eremi-
te.*

*In vita Hi-
larionis.*

*Lycosth. in
Thea. vit.
hum. vol.
1. lib. 5. tit.*

*Abstinen-
tia.*

*Palæmonis
& Onu-
phrii ab-
stinentia.*

Iacobus frater Domini Hierosolymorum primus
Episcopus, carnem nunq̄ comedit, simplicissimo ac
parabili victu contentus. Petro Apostolorū Princi-
pi, post Seruatoris nostri triumphantē ad cælos eō-
migrationem, panis cum oliuis, rarò cum olusculis,
cibus fuit; vt moderati victus exemplum daret iis,
quibus abstinentiæ præcepta dabat, iam piscator ho-
minum factus, qui fuerat antea piscium.

S. Hieronymus de exercitiis Monachorum Egi-
ptiorum scribens, inter cætera sic ait: *Viuuntur panes, lu-
guminibus, & oleribus, quæ sale solo condiantur.* Idem
testatur de S. Paulo, primo Eremita; multo tēpore,
cibum ac vestimentum, palmam ei præbuisse, q̄ ne
cuiquam incredibile videri possit, ibidem subiūgit:
*Ieiun testor, ac sanctos Angelos eius, in ea Eremi parte,
quæ iuxta Syriam Saracenis iungitur, vidisse me Mon-
chos, de quibus vnus, per triginta annos clausus, horde-
ceo pane, & lutulenta aqua vixit. alter in cisterna vet-
ri, quam gentili sermone, Syri, Cubā vocant, quinq; cari-
cis, per singulos dies sustentabatur. Quin etiam Hila-
rion Abbas, eodem attestante, quindecim tantum
Caricas post solis occasum comedit.*

Haud minorē admirationem merentur, q̄ aliis ex
authoribus hausta, hic subdam, exempla duo. Palæ-
mon Monachus in Thebaidis deserto habitas, cele-
bri pasche die, Pachomiū contubernalē suum roga-
uerat, vt solito largius obsonaret. Coxit ille Olus, o-
leoq̄ & sale condidit, sed posita mensa, Palæmon pa-
rum per suspēsus stetit, ingemuit, lachrymas effudit.
*& Dominus meus crucifixus, inquit, felle & aceto po-
tatus est, & ego oleum edam? Auertentem ac lugen-
tem*

tem Pachomius hortabatur, vt sumeret, & illam olei lauticiam, non tam sibi, quàm festi solennitati cōcederet: Tantùm tandem vrgendo profecit, vt nec ipse aliud gustarit, quàm quod aliàs consueuerant, panem scilicet cum sale. Sic refecti, Deo gratias egerunt; Hoc duntaxat festo tribuentes, quod escas tunc sapidiore parauerint, quàm comederint.

Onuphrius Abbas, cum sede incerta, per solitudinem vagaretur, diu herbis tantùm, & fructibus sustentatus dicitur. demùm pane & aqua nutritus fuit ab Angelo.

De multis aliis admirabilis in victu parsimoniam, scribit Marcus Marulus, ad quem Lectorẽ remitto. Dorotheo Abbati in Ægypto, vnciz panis sex, & olusculorum fasciculus, refectio erant.

Ammonius Alexádrinus, Philosoph⁹ & Christianus, tãta victus parcitate fuit, vt nunquam nisi panẽ assum ederet; nec non & sic animi cupiditates fregit, vt nunquã iratus, nunquam menturus sit. Romuald⁹ Abbas, ordinis Camaldulensis institutor, dum in Eremo vitam ageret, panem & fabam aqua maceratã comedit. Nicolaus Tolentinas abstinentissimus omnium sui temporis, procul ab omni ocio & verborum vanitate, nemini vitæ austeritate secundus fuit. De Honorato Fundensis Monasterii Abbate, iucundissimam historiam refert B. Gregorius in libris Dialogor. Is puerulus adhuc à parentibus inuitatus, vt carnes comederet, recusauit. cùm itaq; derisionis ergò interrogaretur, an piscari in montibus vellet, qui tam procul à mari & fluminibus constitutus, nõ carne, sed piscibus vesci exoptaret? subticuit sanctus puerulus, & ecce is, qui ad hauriendam aquã perreuerat, piscẽ de puteo, situla captũ, attulit, quo miraculo, omnes conuuiã, cuius cõtinentiã irriserant antea, venerari postea cœperunt. Pambo Abbas, cùm

Sabellie.
lib. 2. ca. 2.
Lib. 4. c. 2.

Volatera.
Anthrop.
lib. 2.
Plurima
aliorum
exempla
confertim
recensita.

Euseb. lib.
6. hist.

Breuiar.
Roman. in
eius vita.
Idem Bre-
uia. in eius
vita.

Ex S. Gre-
go. Marul.
lib. 4. ca. 2.

Lycosth.

Thea. vit. hum. vol. 2. lib. 5. tit. Abstinen. Ibidem. animam ageret, confessus est, q̄ ab eo die quo solitudinem ingressus fuerat, panem haud vnquam gustarit; neq; quicquam, cuius ipsum p̄citeret, prolocutus fuerit. Philoromus presbyter in Gallia, annos duo deviginti in cella clausus, pane & cocto omnino abstinuit: Deindè duobus & triginta annis, nullum pomi genus gustavit, vt omni ciborum dulcedine seposita, edendi auiditatem coërcere facilius posset. Apollonius Abbas, panem, olus, herbas, edere solebat; sed ita sanè, vt ea sale condiret, vel aceto maceraret, coctum gustavit nihil. Theonem Monachum, cruda comedisse accepimus; nec in eduliorum apparatu ignis opera vnquam vsurpauit. Hor Abbas, quamdiu solitudinem incoluit, herbis, radicibus, & aqua sustentatus est; pane abstinuit, donec monasterio p̄positus, communi cum aliis cibo vti cepit, tùm vt ipsos lueri faceret, tùm vt quadã vitã aequalitate, sub disciplina contineret. Helix Eremita in finibus Antinoes, quæ est Metropolis Thebaidis, iam ætate decrepito, exiguus panis, & paucissimæ oliuæ, cibus erat; robustioribus verò annis, solidarum interdum hebdomadarum in ediam tolerauit.

Marcus Marullus lib. 4. ca. 2.

Atqui verò hæc, & huiusmodi, stupendæ abstinentiæ exempla, potius à nobis cum admiratione excipi, quàm imitatione exprimi possunt. Illud certe hic admonemur ne ciborum lautitias tantoperè contemur, quin potius parabili ac frugali obsoniorum apparatu, vitæ necessitati pareamus.

CAPVT IV.

Prophana Abstinentiæ cibi exempla.

Lib. 3. de varia hist.

Sacris, Politica subnectimus Temperantiæ paradigmata, eaq; vt satietatem ac tædium euitemus, nostro more, haud multa.

Lace-

Lacedaemoniis iuxta Romanis lex erat, inquit Aelianus, ne cui licitum esset cenare, quæ, vel quantum ipsi liberet. Nam cum per alia ciues ad temperantiam reuocare voluerunt, tum non minimè per rationem mensæ. Idem de Lyfandro sic scribit: Lyfandro Spartiatæ, in Ioniâ proficiscenti, hospites quos habebat in Ionia, cum aliis multis, etiam bouem & placentam, dono miserunt. Qui placentam contemplatus rogauit, quid cupediarum id esset. Cui, cum is qui attulerat, responderet, ex melle, caseo, aliisque rebus confectam esse, sed hoc, inquit Lyfander, is date, qui nouerunt. Non enim hic est liberi & ingenui hominis cibus. Bouem verò acceptatum, patrio ritu macclauit, apparandumque curauit, & ex eo cum voluptate comedit.

Philinus, tantæ abstinentiæ fuisse traditur ab Alexandro, ut nullo cibo, nisi lacte victitaret. Eodem teste Moschus Antimolus Sophista, solis caricis vesci solitus est. Et Plato ille diuinus, tantæ fuit frugalitatis, ut in lautissimis cœnis, salem, oliuas, caseum, porrum, atque olera tantum ex agris, adponi iusserit.

Huius virtutis laudem, & Cyrus senior est affecutus. nam cum ad hospitem diuertisset, rogareturque quid sibi cœnæ instrui vellet? Respondit: panem tantum, & sperare se propè fluentem aquæ riuulum cœnaturum.

Perfarum Magi, ad cibum planè nihil, præter farinam & olera recipiebant. Eorundem Reges, pane tantum, pulre, cardamo, & sale vesci solebant, si Alexandro credimus & aliis. Idem liberos suos in summa semp frugalitate & victus parsimonia educabant, ut qui uentutem, Nasturtio tantum, pane, aqua & sale, velut exquisitis valde obsoniis, vesci voluerint. De Ægyptiis quoque constat in cœnarum Magnificentia,

Lacedaemoniorum Romanorum victus moderatio. Ibidem,

Plurimæ aliorum exempla. Genial. di. lib. 3. cap. 11.

Guid. Bistur. ritu. Tempera. ex Xenophonte. Persæ & Ægyptiis hac virtute admirabiles. Fulg. lib. 2. c. 1. Alex. ab Alex. Genia. li. 2. c. 25. & lib. 5. cap. 21.

Z 4 & Re-

Lib. 2. ca. 2.
de reb. an-
tiquis.

Samanai,
Essei, Rhodii.
Ex Barde-
sane, Ba-
bylonio
Historico
Theat.
vit. hum.
vol. 1. lib. 5.

Tit. Tem-
peran.

Lib. 2. de
bello Ju-
daico, c. 3.

Alianus
de varia
hist. lib. 1.
Frontinus
lib. 4. c. 1.

Lib. 2. c. 2.
& li. 4. c. 3.
Fulgos. lib.
2. cap. 2.

Egnatius
lib. 2. cap. 3.

& Regali luxu, nihil præter vitulum, & anserem, ap-
ponere permisisse. Idem, Diodoro Siculo referen-
te, Scirporum, aliisque radicibus, quas sub cineribus
coquebant, caulibus quoque palustribus, quas partim
coctas, partim assas igni, partim crudas pro cibo
præbebant, liberos nutriebant.

Samanai populi, tantæ erant continentia, ut cum
cibus vesci exquisitissimis possent, arborum tamen
pomis iuxta Gangem fluvium uterentur. Essei quo-
que Iudæorum secta quædam, ut ex Iosepho constat,
vino carnis & vxoribus semper abstinerunt. In
Rhodo insula, qui pisces edebant, quasi liberales
commendabantur, qui carnes, agrestes habeban-
tur, & calumnia causa γασέεε, id est, ventres appel-
labantur.

Huc pertinet & illa belli ducum temperantia, qui
ita milites continuere suos, ne quicquã cibi, præter ius
& fas, appetere auderent. Quintus Metellus, inquit
Frontinus, bello Iugurthino, lapsam militum disciplinam
restituit, cum insuper prohibuisset, alia carne, quam assa-
elixavè milites uti. Marcus Scaurus, cum pro populi
Romani salute bellum gereret, adeo suos, inquit Ful-
gosus, milites sub disciplina retinuit, ut dum castra mo-
ueret, in ipso castrorum aggere, arborem optimis & ma-
turis fructibus onustam, intactam tamè reliquerint. Bel-
lisarius Constantinopolitanus, ut penè antiquos Ro-
manos, omni virtutis genere æquavit, ita militari
virtute, ac disciplina, superavit. Is cum ad recupe-
randam, è Gothorum manibus, Italiam, à Iustina-
niano missus esset, adeo ab omni maleficio milites
continuit, ut cum iter facerent, quanquam defessi, ad
decerpendos fructus, qui in via ab arboribus pende-
bant, nunquam manum extenderint, neque in opacum locum, pa-
bula-

bolatum iuerint. qua re effectum, vt Itali singulari eius continentia moti, spretis his malis, quæ ab hoste poterant perferre, miro omnium consensu, Belisarij virtutem, paruasque eius copias, Gothorum multitudini, in omne cupiditatum genus corruptæ, anteposuerint,

Possent & huius generis, non pauca, isthic exempla produci; sed hic modum facimus. qui volet, in istis sat multum habebit, eximie pulchritudinis, quod imitetur. ea ergo haud limis oculis aspicientes, moderatè

Viuite, lurcones, comedones viuite ventres.

Lucilius.

CAPVT V.

Gulæ detestatio.

VT pestiferam hanc vitiorum segetem, GVLAM, in herba opprimamus, quod aiunt, non solum eius inimicæ frugalitatis armis oppugnanda, sed & suis met telis confodienda erit, dum eius nocumenta ac fæditatem breuiter in publicum statuimus, atq; ad clarum solem exponimus.

Principiò, ab hac lue vt nobis prospiciamus, grauius admonet Sapiens. *Noli auidus esse in omni epulatione, Et non te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit ad choleram.* quibus verbis innuere voluit, tum latentem in hoc vitio turpitudinem, tum omnis generis morbos, aliaque nocumenta exindè originem ducuntia.

Turpitudo tanta est; vt eam cogitando assequi, facile non possis, adèd, vt Epulones eiusmodi, bestiarum potius, quàm hominum mores, exprimere cernantur. Vnde Clemens Alexandrinus.

ζ 5

Licet

Lib. 2. Pa- dag. cap. 1. Licet videre gulosos, sive in canibus, propter voracitatem, assimilari potius, quam hominibus, qui adeo festinant ut saturantur, ut ambae maxillae simul instentur, elatis vasis, quae sunt in facie. quin etiam sudorem praetera diffundi, dum propter insatiabilitatem ardeat comprimuntur, & propter intemperantiam anhelant, festinatione indecora, & ab honesta consuetudine aliena, intruso in ventrem nutrimento, & tanquam ad viaticum, non ad digestionem edulia reponunt. Et ibidem post pauca Gula deditus, cor habet in ventre, admodum similis pisci qui Graece Onos dicitur, hoc est asinus, quem solum, ait Aristoteles, ex aliis animalibus, cor habere in ventre.

Cor in ventre habet Gulosus.

Hæc ille, quibus indicat, gulosos cor in ventre quasi gestare, hoc est omnes animi cogitationes committere, quod ventris ingluivici cupiditatem exaltare possint, ut mihi elegantissime videatur locutus Plutarchus, cum dixit. Velut Mathematici centro ac spacio. Ita quidam omnem voluptatem ventre circumscribunt, nec quicquam iucundum putant ac delectabile, nisi quod cibo & potu conficitur. Quod, quam sit fedum, quam pestiferum, his verbis declaratur à sancto Ioanne Chrysostomo. Stercus appellari, non alimentum, delicias voracitatis. Quod enim necessitatem in edendo exc-

Homil. 45. in Matth. dit, id non alimentum, sed lurida pestis est. Quemadmodum seruus, quando supra vires quicquam impositum est, Domino impudenter maledicit: Sic & venter nimium plenus, mentem & cogitationem corrumpit. Et alio in loco, adnectens quoque morbos, quos ista ciborum impletio gignit. Tale est in ventrem cibos mittere, quale, si quisquam eos in cloacam proiciat. Magis autem non tale, sed multò peius. Hic enim finum operatur, sine tua

Homil. 29. in epist. ad Hebr. refertur Can. Nihil de conse. rat. dist. 5.

Lesio-

lesione; illic autem plurimos morbos, plurimasq; procreant aegritudines.

Quod facit fames, hoc facit & plenitudo ciborum, magis autem, multò peiora. Fames quippè in paucis diebus aufert hominem, & liberat ex hac vita pœnali. Excessus verò ciborum, consumit, & putrefacit corpus humanum, & macerat aegritudine diuturna, & tunc eum morte crudeli consumit. Nec non & alibi hoc vitium ideò grauius execratur, quod hominem, ad res agendas, ineptum atq; inidoneum efficiat. *Annò videtur, inquit, lumenta iugū ferentia, posteaquam ad praesepa pasta sunt, iter agere, onera gestare, suum explere ministerium? Tu verò, sublata mensa, ad omne opus inutilis, num vitare poteris, quò minus videaris a sinis deterior? Quamobrem? Quia tum maximè conuenit esse sobrium; nam post mensam agendi gratias tempus est. Non decet autem agentem gratias, stupidum esse ac Ebrium. A mensa ergò ad deprecationem vertamur: non ad Lectum; ne brutis animalibus simus magis bruti.*

Concio. 1.
de Lazaro,

Quantis verò ipsam animã detrimentis obnoxiam reddat, breui temporis tractu, difficile est explicatu. Leuiter ergò quædam, ac summatim tangenda. Mentem primò euertit, ac rationè irreparabili naufragio mergit. Sicut nauis, inquit idem S. Ioannes Chrysoptom^o, Quæ aquis impletur, vt exhauriri nequeat, statim submergitur: ita homo, cū crapula & Ebrietati seipsum exponit, in praecipit vadit, & rationem suam submergit. Et alibi: Quæmadmodum nauis, quæ maiorem, quam pro modo suo, mercium vim receperit, oneris magnitudine depressa submergitur, ita & corporis nostri natura, si plus alimèti, quam pro virtute sua, acceperit, obruitur, & pondus mercium non ferens, in profundum inter-

Cula nocu-
mentæ.

Homil. 10.
in Genes.

Homil. de
ingluuie
& Ebrietate.

internecionis demergitur, nautasq; & gubernatorem, & proretam & nauigantes, ipsum denique onus perdit.

Nec hoc mentis ac rationis interitu, gula fatiatur; quin & anime facultatibus, diuini spiritus influxum omnem, quasi obsidione cinctis commeatum, &

Serm. de
ieiunio.

que ad victum pertinent, hostiliter adimit. Nam e copioso pastu, inquit S. Basilius, fumi quidam, seu vapores exhalantur, qui lucem S. spiritus, in hominis mentem irradiantem, quasi densa nubes interueniens, interceptiunt.

Serm. de
abdicat. re-
rum.

Vnde quid mirum si omnis generis vitia pululent? Vt fons aqua, ait idem Basilius, si in plures riuulos dissectus, vicina riuulis illis loca omnia, herbarum viriditate conuestit, & quasi pubescere facit: sic vitium gula, si per cordis tui venas se effuderit, atq; distraxerit, indeq; permeans, sensus tuos omnes irrigarit, vbi libidinum multarum in te syluam conueuerit, animum tuum flagitiorum habitaculum efficiet. Nec id mirum valde. Nam si Climachro credimus, sicut stercoreis copiam multitudinem gignit vermium: Ita multitudo ciborum, lapsuum, malarum cogitationum, atq; somniorum, operatur multitudinem, ac virtutum omnium ruinam. Quod ipsum & Nilus confirmat hisce verbis. Gule vitium, appellat Hieremias, coquorum principem. Sicut enim ille omnem adhibet diligentiam, vt gula ventriq; satisfaciat, & innumerabiles voluptatum artes excogitat: Sic vitium gula, omni studio, querit gutturis voluptatem exple- re. Et ciborum varietas euertit ac diruit virtutum propugnaculum; Suauitas enim condimentorum, tanquam machina bellica, prosternit munimenta iam a virtute constructa, & firmum ac solidum robur ipsius, affigit humi.

De uisite-
zione grad.
26.

In libro
Ascetico

Qua de re quoq; perpulchre S. Bernardus. Omni studio,

Serm. 24.
ad sorore.

studio, inquit, debemus despicere gulam ciborum: spernenda est concupiscentia esearum, cauenda est cura ventris. Quando enim venter immoderate reficitur, corpus ad luxuriam excitatur. Non debemus concedere, vt ventrem impleamus, sed vt corpus sustentetur. Vbi venter est cibus repletus, ibi est ignis luxurie accensus. Et paulo post eodem loco, Sicut per abstinentiam omnes virtutes spirituales radicanur atq; adificanur in anima; ita per suauitatem ciborum, omnia vitia nutriuntur, & confortantur in corpore. Et bene Isidorus. L. 2. soliloq. Ciborum saturitas carnis luxuriam suscitatur. Edacitatis vitio, crescit omnis carnis tentatio. Saturitati semper libido adiuncta est. At abstinentia contra, libido restringitur, ieiunio luxuria superatur. Lib. 2. de summo bono. c. 42.

Superuacaneum existimo, plura patrum Testimonia produxisse, cum ex allatis, quæ gulæ naturam, meridiana luce clarius appareat.

CAPVT VI.

Gula cur, & quomodo cauenda?

Habet hoc vitium, quædam quasi incitamenta in natura, quæ nisi impendio reprimantur, facile vires acquirunt, vt rationi preualere possint. Ex Cassiano id constat, historia quadam notabili, quam recenset; Eam, operæ precium reor, vt hic commemoremus ipsius verbis. sic itaq; inquit. Iam huius vitij naturam, quidam senum, cum Philosophis disputans, qui eum simplicitate Christiana, velut rusticum crederent fatigandum, sub hoc problematis figurans colore, eleganter expressit. Multis, inquit, creditoribus pater meus me reliquit obnoxium; Cateris ad integrum soluens, ab omni conuentionis eorum molestia liberatus sum. Vni satisfacere, quotidie licet soluendo, mens. Collatio- nes cap. 21. Elegans Problema Gula importunitatem exprindo, mens.

do, non tamen possum. Cumq; illi ignorantes vim propositæ questionis, absolutionem eius precario postularent. Multis ait vitiis sui naturali conditione constrictus, sed inspirante Domino, desiderium libertatis, cunctis illis, tanquam molestissimis creditoribus, renunciatis huic mundo, & omnem substantiam, que mihi successione patris obuenerat, à me pariter abiiciens, satisfeci, atq; ab eis sum omnino absolutus. Gastrimargia vero importunitatibus, nullo modo carere preualui. Nec enim, quamuis eam in paruum modum, vilissimamq; redigerem quantitatem, vim quotidiana compulsionis euado, sed necesse est, ne perpetuis eius conuentionibus perurgeti, & interminabilem quandam solutionem, iugi functione dependere, que inexplebile, indictionibus eius, inferre rectigal. Hæc ille apud Cassianum Cœnobita, Gulæ impugnatorem acerrimus, è cuius verbis, quàm difficilis gulæ sit expugnatio, ad eam nisi summi conatus afferantur, nemo non deprehendet. At non agendum segniter, nec lentè; habendum præ oculis illud Diui Pauli monitum. *Noli propter cibum destruere opus Dei.* Quasi dicat; Noli propter gulam eaduci corporis, animam perdere. quare, licet arduum sit ac permolestum, eius omnes fibras, ex appetitu sensitiuo euellere, nihil morandum equidem, nullo parcendum operi ac labori. Si tamen quis huic consilio, quod suppeditabo, non meis, sed potius grauisimorum virorum verbis, promptas aures præbere velit, haud magno labore, illud vitium, si non omnino explantabit, saltem ita vincet vt ita facile deinceps nequeat appetitum rationalem labefactare.

Gulæ remedia.
Tom. I.
orat. 59.
I. cura in-
terioris ho-
minis.

Et primo loco, tanquam efficacissimum huius mali Alexipharmacum captato, quod Isidorus Clariorius præscribit hisce verbis. *Maximè verò efficax remedium est ad cohibendam nimiam illam edendi ac bibendi*

bendi appetitionem si alendo interiori homini studeamus. Id enim accidit, quod in stateris, ut quod vni additur, alteri fiat detrimentum. Quo enim magis corpus alitur, ad animi infirmitatem redundat, qui tamen vnus curandus esset.

Huic proximo addendum loco, quod S. Hieronymus ad extirpandum hoc malū suadet. Qui Christum desiderat, & illius cœlesti pane vescitur, non querit magnoperè, quomodo de preciosis cibus stercus conficiat. Et planè res ita habet, qui Christo adhærere volet, qui supersubstantialem illum panē, anhelañti mentis fame ardentè concupiscet, nō studiosè laborabit, luteū corpus hoc, vermibus ita opiparè saginare.

Exemplis quoq; id admirandis quibusdam liquidū fieri potest. De sanctissimo quodam viro Liberiali nomine, vulgatū; quod singulis dieb⁹ dominicis, sacra Eucharistia sumpta, tota hebdomade absq; omni cibo manserit, notissima sanctitatis opiniōe. De Niccolao quodam Heluetio idem legitur, nam is eodem cœlesti epulo refocillat⁹, statutis quibusdam, ac certis diebus, multos annos, in horrida solitudine contempsit incredibili sanctitatis fama. Eodem modo, absq; cibo sustentatā fuisse longo tempore Beatā Catharinā Senēsem, sola corporis Dominici sumptione Surius testatur. Et Mariam Egniacensem Marulus affirmat, huiusmodi ciborum abstinentiam, interdum ad trigésimum, non rarò ad quinquagesimum diem, produxisse.

Demum & illud præclarum est, quod Ludouicus Blossius ad resistendum Gulę suggerit. Cum necesse sit, inquit, singulis diebus cibo potuq; uti, ingluuies à pleurisyq; superari difficilior solet, quam cetera cordis vitia. Vigilet igitur vir spiritualis, in quotidiana aduersum gulam pugna, & Dei auxilium sedulo imploret, ne vincat.

Epist. ad Paulinum. II. cœlesti pane vesci.

Licoff. in Theatr. vita hum. volu. 1. L. 5. Titulo abstinentia.

Licoff. Ibid. Et Ravi. in officina Tir. Temperant. In eius vita. Lib. 6. 4. c.

In Enchirid. parunlorum Document. II. III. inuocatio diuine opū.

1169

tur. Indecentem aviditatem, turbulentamq; cupiditatem inter edendum, etiam in simplicibus escis, fraxner, ipsam cibum modeste sumens, & eum honeste sensimq; mandens. Et quanquam delectationem terrenam sentiat, sine qua refectio corporalis, ab homine famente, vel sitiente, nequaquam sumitur, non tamen eidem delectationi inhaereat, neq; eam ad intima sua admittat. Et ibidem paulo inferius, aliud remedium suppeditans. Qui pie cum retractat atq; recogitat, Dominum IESVM se acetum pro nobis gustasse, facilius gula illecebras spernit, facilius delitiosis escis, ac potibus carere potest; atq; ipsa delitiosa edulia, aequè temperanter & inculpate sumit.

4. Meditatio felis & acetum a servatore gustati.

De hoc vi- de Exem- plum Pale- monii Ere- mitæ supe- rius cap. 5.

cut minus sapida ac vilia. Hæc Blossius pie simul atq; efficaciter.

Possent plura huiusmodi remedia enumerari, quibus plerisque superi⁹ Ebrietatem sanandam docuimus; Ea igitur huc transferre, & conatibus exterminandæ gulæ, quæ temulentia mater est, aptat, cui placet, licebit.

Nunc quædam Pamphagorum exempla commemorabimus, non, ut, ea, quis imitetur; Sed ut Gulæ, qua se contemnerant, fæditate inspecta, Temperantiæ sectatores, ab ea facilius amoveantur.

CAPVT XII.

Gulosi Helluones quomodo puniti, è sacra scriptura.

Genes. 3.

Qvam homini calamitosa sit, atq; exitiosa hæc lues, primorum parentum infelix, atque omnium hominum lachrymis deplorandus, commonstrat lapsus, qui à diuino mandato exorbitantes, sibi & omni posteritati, æternam pœnam pepererunt.

rere. Iussi fuerant hi ab initio ligno vitæ abstinere; non potuit contumax animal, & pronum in vitum, aut certe noluit, ab eo gustu, gulæ incitamento, abstinere. Mors itaque authoribus culpæ hinc fluxit; per eos clades illa dimanauit in omnè humanum genus. pauci ea gula, deliquere, sed pœnam innumerè luerunt.

Esau & ipse gulosissimus, primogenituræ iura, lentis edulio vendidit fratri Iacobo, at inquires, in eo forsam fames plus deliquit, quàm luxus. Vt ut fit, ea certè voracitas, illum à summo bono, ad extrema impietatis mala præcipitauit.

Israhelitæ, ex Ægypto, ductu Moysis egressi, quamuis præsentem numinis benignitatem experientia ipsa assequerentur, primùm tamen aquæ defectu, deinde cibi inopia, contra Moysen & Dominum ipsum murmurarunt. Aquas igitur de petra cibumq; celesti manna desuper plente, habuerunt. Idem ollarum Ægypti memores, seruitutis oblitæ, carnes flagitare cœperunt, Manna pertæsi, quæ illorum importunitatem misericors Dominus æquo tulit animo, coturnicum copiam submittendo; ipsi autem, carnis esu luxuriam stimulatæ, quid voracitatis querela sunt assecuti? Dauid id in Psalmo docet. *Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum.*

Philistæi epulabantur, & choreas ducebant: Samson verò implorato Dei auxilio, concussis senatorum domus columnis, vltus est iniuriam, ab inimicis dudum irrogatam, simulque cum ipsis periit. Nolebant filii Heli carnes coctas ab offerentibus accipere, sed crudas exigebant, vt eas lautiori condimento præpararent. turpissimè tandem in prælio, contra Philistæos, occubuere,

Gula primorum parentum.

Gen. 25. Gula Esau & aliorum punita.

Israhelitarum Gula vindicta. Exo. 15. 16. & 17. Psal. 77.

Num. 11. Psalm. 77.

Exempla alia quam plura. Iudic. 16. 1. Reg. 22.



Nouerat Iob multa gulæ peccata in conuiujs admitti; idcirco postquam epulati fuerant filii eius cõsurgens diluculo, & ad expiandum edacitatis flagitium, si quod patratũ esset, holocausta Domino offerrebat. Gula tentatus est Seruator noster à Diabolo. In guloso conuiuio, innocens eius præcursor, Iohannes, caput amisit. Gula diuitem epulonem in inferno sepeliuit. Atq; vt vno fasce omnia comprehendam, non legitur vsquam, hoc à Deo peccatum impunitatẽ reportasse. Vt mirũ dictũ sit ac visũ, nostri æui homines nunquam non comestationibus vacantes, his exemplis à tanto malo non absterrenti.

Matth. 4.

Marc. 1.

Luc. 4.

Matth. 16.

Mar. 6.

Luc. 11.

CAPVT VIII.

Gulorum portentosa quædam historia variis & authoribus collecta.

Iam supra satis monitum, hæc exempla, non ad imitandum, sed ad fugiendum hoc vitium, à nobis induci. Subiacuere huic voracitatis malo, inægræ quoq; nationes. *Beotii, Græcorum semper luxuriosissimi, & voracissimi habiti sunt,* inquit Alexander ab Alexand. *quare ab Atheniensibus fatui, rudes, & pingues dicti sunt, propter ἀδυσκάρων, quippe cum à conuiujs crudi discederent, distenti, rursus se ingurgitabant.* Hinc ius *Thesalis etiam iniusta voracitatis nota, vt & Phari-* Beotica, in *lis. vnde Mnesimachus apud Cælium: Pharsalorum* genũ Beo- *venit aliquis, vt mensas voraret ipsas.* ricũ, cõmu- *Myconii Ligurito-* ni paræ- *res famosi erant, & alienæ appetentissimi mensæ-* mia vulgò *Hinc adagium. Myconius vicinus, in eum, qui non* dicitur, pro *vocatus ad conuiuium, accedit. Tarentini molles &* stupido. *delicatulũ extitẽre, non minus in cibo quàm sues, &* Cæl. Rho- *fiduè grunnientes. De quibus haud ineptè illud Sa-* dig. lib. 28. *tyricum celebratur --* cap. 28. *Ibidem.*

atq; coronatum, & petulans, madidumque Tarentum.

Barbaris gentibus testatur idem Cælius, hi tantū
viri dicebantur, quibus vorandi plurima facultas es-
set, quod etiam Aristophanes, in fabula, cui titulus
ἐκζεῖνε, asseuerat. Consueuerant Siculi, præter antiq-
uitatis morem, bis in die epulis saginari. Templū quin
etiam saturitati extructum, dicauerant eius nomini.
Vnde *Sicula Mensa*, & *Syracusana delicia*, lautissimæ
& luxuriosissimæ, in Prouerbiū abierunt. Et Pla-
to quoq; Siculas Dionysii Tyranni mensas admira-
tus est, quod porcis magis, quā hominib⁹ conueni-
rent. *Sauromata*, ait Stobæus, *triduo ad saturitatem se*
ingurgitant, & *uxoribus ceu dominis, per omnia parēt.*

Insigniores præ cæteris Gulones, apud authores in-
uenio, propemodū infinitos, vt & hæc ætas eorum
est fertilissima. Erisichthon Thessalus, ita gulæ dedi-
tus fuit, vt Poëtarum fabulis occasionem dederit, q-
eam omnia deuorasse fingunt, adeo vt filiam Mne-
stram prostituerit, & ex eo quæstu se sustentaret. Mo-
rychus Poëta Tragicus, & Ctesias quidam, gulæ vo-
luptati mirum in modum addicti, notantur ab Ari-
stophane, apud Volaterranum. Timocreonti Rho-
dio, propter cibi & vini auiditatem, sequens Epita-
phium inditum legitur.

Multa bibens, tum multa vorans, mala plurima dicens

Multis, hic iaceo Timocreon Rhodius.

Aristoxenus Cyrenæus, ita præter modū Gulæ stu-
diosus exiit, vt hortenses lactucas vespere mulso
irrigaret, quod luxuriosius cresceret, & saporis essent
delicatoris. Herculem & Vlysses, Polyphagæ,
& edacitatis crimine famosus exiit, passim
hæc docent. Illorum prior quadam vice, cum
Leprea Rege de Gula contendit, vicitque, tauro
paulatim integrè vorato, breui temporis tractu He-

Aa 2 tere-

Ibidem.

Alexan. ab Alex. loco citato paulo ante.

Ser 42 ex Nicolai de morib. gentium historia.

Gulosis cōplures. Ælian. li. 1. de varia hist.

Lib. 17. Anthropolog.

In Theatro vitæ hum. vol. 1. lib. 3. ritu. voraces. Ibidem.

Ibidem.

terognathus, ob voracitatem, vtraque mandibula, alternatim comedebat, Theagenes Athleta Taurum vorabat solus. Aristydamas Milesius, à Persa Ariobarzane vocatus ad conuiuium, solus deuorauit, quidquid conuiuis reliquis appositum fuerat.

Ibidem.

Gnosippus, hac voracitatis infamia sic laborauit, vt Athenienses liberis suis interdixerint, ne cum eo v-

Ibidem.

scerentur. Milo Crotoniata, carniū minas viginti deglutiuit vno pastu, & panis totidem. Idem in Olympia, quadrimum solus absumpsit taurum, quem per stadium, retēto anhelitu, portauerat suis humeris. Charilus Poëta, cū quatuor minas quotidie ab Archelao Macedonum Rege acciperet, eas tamē obsonando perdebat; atq; ita vt sufficerent ægerri-

*Gyraldus
Dialog. 9.
hist. Poëta-
rum.*

*3. Esheor,
Fædisuni
guloni ex-
emplum,*

mē. Philoxen⁹ Erepsius parasitus, Leucadii filius, ob gulæ & ganæ disciplinam Philodipnos, & Philichthyn, vulgò dict⁹, Ab Aristotele quoq; Fachemeros, & in Ethicis ὀψοφάγος appellatus; collum longius, (quod etiam de Melanthio fertur) gruis instar sibi dari optabat, vt gustu diutissimē delectaretur. Mucum quoq; in paropsidibus cibariorū emūgere solebat, vt reliqui conuiuæ ea auersarentur, & ipse solus absumeret. Idem cū cœnaret aliquando apud Dionysium, & breuis illi Trigla fuisset apposita, illā ipse sibi admouit auribus, tanquam aliquid de Nereo Deo marino sciscitaturus, vel de Galatea. Tūm hoc intuens Dionysius, & subridens, ait, quid hoc sibi veller? Cui Philoxenus: de rebus marinis, cū nescio quid fortē rescire cuperem, minor & iunior mea Trigla, ad tuā longē natu maiorem me relegabat. Delectatus salso ioco Dionysius, maiorem ei Trigla apposuit. Obiit tandem Syracusis, cū duorum cubituum Polypum totum, præter caput absumpsisset.

*Lib. 10. de
varia hist.*

De eo, Ælianus refert, aliud insigne voracitatis indi-

indiciū : Nam cū olla coqueretur obsoniis plena, in caupona, ad quā diuerterat, tantisper delectabatur, & seipsum odoris conuiuiam præbebat: cū verò magis magisque appetitus insurgeret, neque iam deprauatæ naturæ frænum iniicere posset, iussit filium ollam cum cibus emere. Qui cū respondisset, valde magno vendi precio: *Hoc suauior, inquit, & iucundior erit, quo maiori precio eam parauero.* Et Zeno Citriæus Philosophus, hoc vitio non parū diffamatur. Nam eo, quodam in cōuiuio immoderatus vorate appositæ dapes, neque quicquā aliis reliquū faciente, piscem ingentem, qui apponebatur è patina sustulit, quasi solus ipsum absumpturus. Quū alter quidam, intuens Zenonem, significaret, se mirari impudentiam. *Quid, inquit, putas conuictoribus tuis accidere quotidie, si meam opsophagiam ferre non potes?* De Curtio Romano Equite, molli ac stomachoso, clarissimus ac doctissimus orator Franciscus Petrarcha, hisce verbis scribit: *Ei cū ad mensam Cæsaris fortè macer turdus obuenerat, (nihil autem importunius diuite delicato; mediocria cuncta fastidit, dante animo gula) quæsiuit Curtius, numquid mittere liceret?* *Quidni?* inquit Cæsar. *Non expectauit ille amplius, protinusque per fenestram turdum misit; propè dignus qui pari proteruia iocandi, post turdum mitteretur.*

Laërt. lib.
7. cap. 1.

Lib. 1. de
remed. &
triumq. for-
tuna, Dial.
18.

a Anthro-
pol. lib. 14.
cap. 2.
b Lib. 10.
cap. 10.

Clodius Albinus Imperator in Gallia, authoribus Volaterrano & b Sabellico râtæ traditur fuisse Gulæ, vt vno accubitu solitus sit edere, quingentas ficus passarias, quas Græci καλλισητίας vocant; centum Persica Campana; Melones Ostienses decem; vuarum Labieanarum pondo viginti; ficedulas centum, ac Ostrea quadringenta, & capones viginti. Monstrum hominis, exterminandam ab hominum consuetudine.

A a 3 Quin-

Rauisus in
officina
ut Gule.
Idem ibid.

Ibid.

Quintus Hortensius orator, studio Gulae primus omnium Romanorum, pauonem mensis apposuit. Domitius Afer, cibi præter modum accepti, superfluitate redundans, in cœna perit. Vedius Pollio seruos coniciebat in piscinas, ut pisces ipsi humano cruore pasti, deliciores efficerentur. Neronem, ferunt quandoque, à meridie vsque ad mediam noctem, Epulas protrahere consueuisse, ad inexplebilem ventris ingluuiem. M. Apitius, nepotum omnium fuit altissimus gurgis: Is cum audisset grandes caricas nasci in Lybia, nauigauit illuc, quod demum cum falsum deprehendisset, Lybiam eiusque habitatores diris imprecationibus deuouit. Hic omnium primus iudicauit, linguam Phœnicopterium, esse optimi saporis. Magnus insuper ardello, libenter apud alios ditiores cœnitabat. quare de eo Martialis:

Lib. 2. Epigram.

*Ipsè quoq; ad cœnam gaudebat Apitius ire;
Cum cœnaret, erat tristior ille, domi.*

Hic & congiaria Principum, & ingens Capitolii vectigal comestationibus hausit.

Sueton. in
eius vita.

Caius Caligula, si Suetonio credimus, maximam partem thesauri, à Tiberio relictæ, cœnis & comestationibus, cum lenonibus & scortis deuorauit. Idem de Claudio Tiberio Nerone scribit, quem supra quoq; commemorauimus, quod cum Pomponio, Lucio Pisone, & Flacco, noctem biduumq; integrè, epulando truiuit. Conuiuia celebravit palàm, tanta plerunque populi frequentia, ut sexcenti simul discumberent. Sedens in tribunali, cum olfecisset nidorem prandii, quod in proxima Martis æde parabatur à Salis, deserto foro cœmeauit ad Salios ipsos, & vnà discubuit. Nec vnquam à Triclinio abscessit nisi dissentus & madens vino.

Idem Suetonius.

Vitel-

*Suetonius
in eius vi-
ta.*

Vitellius Imperator, & ipse erat cibi plurimi, quē hiberno tempore capiebat ante lucem; Epulas quadridariam dispartiebat, in ientacula, prandia, cœnas & comessationes. Cœnam quodam tempore instruxit, in qua variorum piscium iecinora, phasianorum ac pauonum cerebella, murenarum lactes, à Carpathio vsque freto Hispaniæ, per nauarchos ac Triremes petitarum commiscuit. Is demum, non profundæ solùm, sed etiam intempestiux fœdidæque Gulæ, cibos vix dum è foco distractos, mandebat: fumantia quandoque obsonja, quandoque pridianana, quandoque, quod Imperatorem maximè decebat, semesà deuorabat.

Plautianus, militum præfectus, qui Seuerum Imperatorem longè superabat crudelitate & insolentia, vomebat in conuiujs, quod nihil posset propter cibi, viniq; maximam copiam concoquere.

*Xiphilin.
in vita Se-
ueri.*

Antoninus Heliogabalus cum monstris conuiujs Vitellium & Apitium superaret, sæpè è linguis Phanicopterorum, cerebellisque anserum & pauonum, sibi cibum præparari iussit.

*Idem in
Heliogab.
Et Lam-
prid. quoq;.*

Firminus Selucius Struthiocamelū, quo nullum volucre est maius, vno die comedit. Huius ductu, Ægyptus ab Aureliano Principe defecit.

*Sabellii. li.
10. cap. 10.*

Galienum Augustum voluptatibus miram operam dedisse, hoc vel solum dictum declarare potest. Nam cum ei relatum esset, populum Romanum indignè ferre, quod Valerianus pater eius, apud Partos seruiret, conuersus ad astantes: *Ecquid nam habemus, inquit, quod prandeamus? O vocem Principis abominandam, qui cibum potumque saluti parentis preposuit.*

*Iouia. Pon-
ran. de cõ-
nientia.*



*Aeneas
Sylvius lib.
2. de rebus
gestis Al-
phonfi.*

Suitrigalum Lithuaniae Ducem, nunquam è do-
mo pedem mouisse affirmat Aeneas Sylvius, quin
dispensatorem percontaretur, an librum, quem sibi
de arte popinaria accuratissimè componi iusserat,
secum ferret? quasi Apitius alter, nullius rei, præ-
terquam exquisitarum cultor epularum. Sex ho-
ris quotidie cœnæ assidebat; non minus, quam cen-
tum, & quadraginta fercula, sibi apponi sinebat. **A-
ge**, finem tandem facio, catalogo similibum epulo-
num: nec illis vltius enumerandis, modò vacare
liber, quorum flagitiosa vita, ab omni penitus imi-
tatione deterret.

CAPVT IX.

De nomine conuiuii.

PROfitebor, haud actum nos agere, si, priusquam
ad conuiuiorum apparatus transferatur cala-
mus, quid *Conuiuii*, quid *Ientaculi*, quid *Prandii*, *Me-
rendæ*, *Cœnæ*, atque *Comessationis* nomina importent,
declarauerimus. nam ea lucis non nihil afferent iis,
quæ sequentur. De conuiuiio primùm; & in ge-
nere.

*Non omne
epulum re-
cte dicitur
conuiuium.*

*Definitio
conuiuii.*

Longè gentium erroneam sequuntur opinionè,
qui conuiuium dici volunt, quoduis lautum epu-
lum; siue ab vno, siue pluribus frequentatum. Nam
ipsa nominis Etymologia, repugnat, quæ multos
conuiuere, & simul degere, atque vnis & eisdem pa-
riter vesci dapibus, indicat. Græcè *συμπόσιον* ap-
pellatur; & conuiuiæ *συμπόσιαι*. Est quæ, vt Varro
definit, *conuentus hominum, qui ab amico inuitati, ad
easdem epulas, conseruandæ mutua beneuolentiæ atque
amoris causa, accumbunt.*

Pri-

Primum verbum, *Conuentus hominum*, subindicat, pauciores in conuiuio, tribus, esse non posse. Vnde Aulus Gellius non incongruè. *Marcus Varro* dicit, *conuiuiarum numerum incipere oportere, à Gratiarum numero, & progredi ad Musarum; id est proficisci à tribus & consistere in nouem; ut cum paucissimi conuiuæ sint, non pauciores sint quàm tres; cum plurimi, non plures quàm nouem. Nam multos, inquit, esse non conuenit, quia turba plerumq; est turbulenta.* quibus Varro nis verbis ab A. Gellio allegatis definitum euidenter, eas epulas, quibus tanta hominum turba adhibetur, à propriè dicti conuiuij notione excludi.

L. 13. *Noſſium Assu- carum.*

Dictum porrò; *Qui ab amico inuitati, ad easdem epulas accumbunt.* ut separent ardelliones illi, qui seip- los prandis ac cœnis ingerunt, non vocati; Nam, ut qui tales sunt, exhibeant se præsentibus epulis, non est quod scindas eis pænulam, quemadmodum veteri parcemia loquitur Cicero: Imò etsi subindè truciore vultu præ te feras, non gratos esse, Leones tamen larua terres, perfricta ipsorum frons haud vnquam verecundatur.

Eorundem qualitas.

Lib 13. ad *Assu-*

Finis deniq; conuiuiorum, illis exprimitur verbis. *Conseruanda mutua beneuolentiæ atq; amoris causa.* Nam ut benè Iouianus Pontanus orator clarissimus; *Qui ostentationis ergò, amicos ad dapes inuitat, & non potius, amoris mutui excitandi, atq; roborandi causa; is non conuiuium; sed spectaculum amicis præbet.* Quisquis ergo conuiujs instruendis operam nauat, illud vnice curet ut qui mutuum amorem lædunt, procul illinc ablegentur. Hæc, quam tradidimus, conuiuij, tum significatio tum descriptio, etiam Francisco Petrarchæ placet. *Conuiuium, inquit ipse, sic accipiatur ut verbum sonat, & ut senserunt maiores,*

Conuiuij finis.

L. de con- *uiuientia. cap. 2.*

De remed. *uiriug. fortune. l. 1. dialog. cap. 2.*

Ad 3 res,

res, nominis huius authores, non modò non arguam, sed laudabo. Dulce est enim & optabile, & honestum amicis conuiuere. Sed comeffationem conuiuium appellatis, turpissimæq; rei pulcherimum nomen imponitis; quasi de- rò cum amicis non possit viui aliter, quàm comedendo & bibendo solùm, ni ad:it mutui amoris excitatio.

In Cato. Major.

Illud hic non prætereundum, huiusmodi coitio- nes amicorum, ad communes epulas, melius à no- bis appellari conuiuia, quàm à Græcis Symposia. Etiam ipso Cicerone aditipulante. Is quippè sic hac de re loquitur. Benè enim maiores nostri accubationem epularum, quia vite coniunctionem haberet, CONVI- VIVM nominarunt, melius quàm Græci, qui hoc ip- sum modò Symposium, quasi comotationem, modò Syn- dipnon, quasi concœnationem vocant. Et hæc de no- mine conuiuij. Nam de rebus, quæ sub ipso latent, plura deinceps.

CAPVT X.

De ientaculo, Merenda, comeffatione, quanquam & de hac superius quoq; disertum.

Ientaculum Græcis ἀρξαιεμόν, dictum: & ientare, vt ex Isidoro constat, ieiunis erat cibus matuti- nus; cuius horam & vsum, Martialis lepido versu complexus est. -

Quid ien- taculum.

In Apo- phoreti.

Surgite iam pueri, vendit ientacula pistor; Cristataq; sonant vndiq; lucis aues.

Georg Pi- storus suc- ciptuarum

Sed vtrum ista victus ratio cuilibet, nullo ætatis habito discrimine, primo statim manè, cum è nido tepido euolârit, semper expediat? Non existimo. Nam de ea sic iudicat, medicus quidam rarissimæ eruditionis. Concesserim istam diluculo edendi consue- tudi-

rudinem, tenerioris ætatis pueris, ac puellis, in quibus vi-
gore maximo feruet calor naturalis, semperque exigit,
quod coquat ac digerat, ne omnino ventriculus euacuetur.
In adultioris verò ætatis hominibus omninò est im-
probanda: obtundit quippè cerebrum, fumis è somno re-
liclis, nondum benè discussis, atq; serenatis, & somno-
lentos, atq; ad negotia gerenda, tardos ac pigros efficit.
Hæc ille. A qua lege non immeritò exemerim illos,
qui difficiles laborum operas tractant atq; exercent;
vt agriculturam, vel alia, magnam virium contenti-
onem exigentia, mæchanicorum opificia.

Merenda. Cibus est post meridiem, ante cœnam,
ab ipso usu nomen consecutus: Nam operariis Me-
renda communiter est propria, vt qui pomeridia-
nis laboribus Merendam, hoc est dandam aliquam,
merentur refectiorem. Ideoq; tùm ipsis tùm pueris.
vt ientaculum præcipuè permittitur. *Comestationem.*
à comitate dictam putant, quod post cœnam, & in-
tempesta nocte vigilantes, vel etiam stantes, & ne-
quaquam accumbentes, comiter comestarentur
atq; perporarent. Hinc apud Lium Demetrius iam
cœnatus. *Quin comestatum,* inquit, *ad fratrem imus:*
De hoc ipso victus genere superiori libro dictum sa-
tis. ea hic nolimus iterare.

quæst.
Dial. 4.

Ientacu-
lum adul-
toribus
haud sua-
detur.

Quid me-
renda?

Quid co-
mestatio?

Liu. l. 10.
Dec. 1.

Lt. 8. ca. 24.

CAPVT XI.

De prandio & cœna.

Alexander ab Alex. De prandio atq; cœna sic
scriptū reliquit. Apud priscos seruatu est, vt pran-
dia in usu non essent, sed qua hora cœna apparabatur,
ea prandium fieret, quod tempus nona esse consuevit,
sepe octaua. ante mediam verò diem pranzum fuisse,
vel

L. 5. Geni-
al. cap. 21.

vel antelucanam cœnam fecisse, crimini dabatur. Indi horam prandij aut cœnæ non nouerunt, sed vt cuiq; libitū, comessabantur. Ethiopū mos erat, vt vnico cibo contenti, diebus singulis alerent, non saginarent corpus. Persis in meridie semel tantum vesci consuetudo. Fuere ergo quidam ea in opinione, veteres prandere nunquā solitos, sed cœnare tantum; cui vt sententiæ meum quoq; suffragiū elargirer, adduci fortassis, haud ægrè potuissem, ni tot vicissim antiquitatis testimonia in contrarium suppeterent. vnica hîc contentus ero Macrobij, plures accedent postea, autoritate

Lib. 7. Saturnalium cap. 17. Inter leges, inquit, de cœnis, & sumptibus imperatorum est, vt patentibus ianuis pransitaretur, & cœnaretur.

Non iam commemorabo antiquissimos Medicorum coriphæos, Galenum & Hippocratem, qui prandia legibus quibusdam certis desinierunt. quamobrem res hæc nullam admittit dubitationem.

Illam modò se nobis quæstio discutienda dat. Vtrum expediat semel de die comedere, id est aut prandere aut cœnare, vel vtrumque, corporis refectioi permittere.

Plato sanè, prandendi consuetudinem grauitervituperat. Sic enim ait. *Quò cum peruenissem, nullo modo probare potui vitam illam, quam vocarent Italicarum & Syracusanarum deliciarum; nempe, qui bis in die saturi fierent.* Nec dissimili affectu Cicero reprehendit luxuriosam illam vitam, *Bis homines fieri saturos, quæ incontinentia, nec animo, nec corpori, nec valetudini confert, quin imò maximè aduersatur.* En ergo Platonem cum Cicerone, bis in die, reficiendi corporis ritum improbantes.

Prandendum verò interdiu, & cœnandum eque, volunt multò plures, ij deniq; non minus graues aucthores

thores. Sufficiat hic vn^o Medicorum Princeps Hippocrates; nec enim, quæ medicorum Officinas oportet, hic ex professo venamur, sed tantum precario, ab ipsis mutuata, vsurpamus.

Atq; ille geminam diei refectioem, vni ac simplici, preferens, sic ait. *semel de die comedere, emaciat, siccatur, aluum reddit duriores: Prandere verò & cenare, moderatius vtrinq; non sic.* Vndè suadenda potius bina comestio, quàm vna; nam hæc præter recensita ab Hippocrate damna, vel illa carere non potest noxa, quod interposito viginti horarum interuallo, ventre tum famelico & exhausto plerunq; ex illa vnicæ cœna, maior repletio fit, ac valdè noxia, quam si bipertitis vicibus, & horis suis, & pransitatum fuisset, & cœnatum, vndè minus propterea venter grauaretur, ac vires promptius reparata, aufererent. Addo tamen & hoc; nonnunquam interpolari non malè diem vnum, quo semel tantum cibo te reficias: Id enim ad stomachi cruditates absumendas; tum ad noxios humores auferendos, plurimum afferet momenti.

CAPVT XII.

Exercitationes corporis, prandio atq; cœnæ Sanitatis emolumento quàm maximo præmitti.

Sentiunt plerique hominum, corpus à cibo sumpto mouendum esse; ita enim fore putant, vt is melius confidat in stomacho, & excitato calore, facilius concoquatur. Quæ persuasio, si plerisq; medicis habenda fides, haud meo solùm iudicio, non minus perniciofa est; quàm erronea.

Nam motus, repleto stomacho vehementior, alimentum ingestum traiecit, & expellit, non sistit; relaxat quippè Orificium ventriculi inferius, atq; ita non

z. de vi-
fluratio-
ne.

Bina de
die come-
stio mode-
rata præ-
stat vni,
que est
affluentior.

Non exer-
citandum
corpus im-
peruose,
statim à re-
fectioem.

non

non satis fideliter sibi commissum alimentum detrahere, multò minus concoquere potest. Deindè distrahit ista cibum subsequens, violentior membrorum agitatio, naturalem calorem, eumq; ab officina coctionis, in totum corpus dispergit. Vndè etiam stomachus probè sit clausus, mala & imperfecta coctio sequetur. Adhæc talis motus à cibo, quod omnium damnosissimum est, non solum calorem distrahit, sed etiam cruda atq; indigesta alimenta, è ventriculo in venas hinc inde distribuit. Testatur insuper experiètia, multa incommoda intempèstivas corporis motiones sequi. Lassitudinem, sitim, dolores capitis, caliginem oculorum, & mentis. Exhalant enim è ventriculo non probè clauso, crudi & crassi vapores, qui spiritus animales turbant.

Postremò deniq; videmus, bruta animalia sine ullo monitore, pasta quiescere. *Ex quibus omnibus deduco: A cibo quiesendum potius, quàm vehementioribus corporis exercitiis insistendum.*

Non ergò inertis vulgi opinionem, sed doctissimi Hippocratis consilium, velut oraculum quooppiam sequantur, qui sanitatem tueri volunt. Is ita scribit, in quodam Aphorismo. *Labores cibos antecedant.*

L. 6. Epidem. sect. 4. aphor. 28.

Exercitia corporis præmittenda refectioni.

Nam si desint eiusmodi exercitia, diu sanitas non consistet, sicut ignis sine ventilatione, haud difficulter extinguitur, atque evanescit. Sunt autem huiusmodi exercitia. Quicumque corporis motus vehementiores, valetudinis causa suscepti. Eorum hæc cum primis utilitas; excitare, augere, & custodire calorem naturalem; alimenti concoctionem, atque in totum corpus digestionem adiuuare, membra corroborare, superfluitates humorum expellere. Quæ an ita succedant, nemi-

nemini dubium erit, qui ad dies aliquot experiri
volet.

Id respexisse videntur ij olim veteres, q nec pue-
ros vnq̄, ad refectiōem, aut prandiū admittebant,
ni prius, aliquo corporis in labore strenuè se exer-
cuisent. Lycurgus enim, vt Iustinus refert, pueros
impuberes non in forum, sed in agrum deduci præcepit;
eoq; laboribus ante comestionem egregiè fatigari. Gym-
nosophistæ adolescentes, vt Alexander commemorat,
nunquam ad cibum potumè admittebant, nisi prius,
quid ea die laborassent, & quod effectum esset, coram se-
nioribus recitassent. Amasis edicto vt author est Dio-
dorus Siculus, Aegyptiaca iuuentus non prius cibum
capiebat, quàm centum & octoginta stadia percurrisset:
indignos quippè cibo & potu omni rebantur, qui
non aliquid prius laborassent, quod ad vitæ emo-
lumentum prodesset. Apud Baleares Insulas, matres
pueros, à prima statim infantia, hoc labore assuefa-
ciebant, vt nisi oblatum cibū baculo aut funda pri-
us attigissent, eo vesci prohiberent. Lucani filios su-
os in labore assiduo educabant, vt nullum alium ci-
bum illis apponerent, nisi quem è venatione do-
mum reportassent. Cyrus Persarum Rex vt memi-
nit Xenophon, non ad prandium, aut cœnam se
conferebat, nisi antea ex multo labore corporis, &
exercitatione sudasset. Idem, cum non ignora-
ret, ocium esse exercitus pestem præsentissimam,
voluit vt milites semper opus in castris facerent, &
nunquam quispiam, nisi sudore præuio, cibum su-
meret, quo & ocium exterminari, ac sanitatem con-
seruari animaduertebat. Quin & appetitum cicut
huiusmodi exercitia, & cibos multo reddunt sapi-
diores, licet simplices ac vulgares. Quod Cicero de
Dionysio Tyranno memoriæ prodidit. *Is cum cœ-*

*L. 3. ex Tro-
go Pom-
peio.*

*L. 5. Geni-
al. diar.
cap. 21.*

Li. 2. ca. 1.

*Alexan-
der ab A-
lex. lib. 2.
cap. 25.*

*L. 1. de in-
stit. Cyri-
Stob.
serm. 27.*

*Exercitiū
eiusmodi
appetitus
cōciliatur.*

*L. 5. Tus-
naret, cul. quest.*

naret oppiparè lautissimeq; pluribus apportatis ferculis, pernegabat vllam se exindè delectationem haurire. Cocus verò ei respondit. *Minimè mirum: Condimenta desunt.* quærens Tyrannus quænam essent illa? Hoc responfi tulit à Magiro. *Labor, sudor, cursus, exercitatio, fames, sitis.* Socrates itidem, cum ad vesperam vique strenuè deambulasset, interrogatus cur id faceret? respondit. *Quò melius cœnem.* Ostendens, & per huiusmodi exercitia, corpus ad cibum sapidius capiendum, & fructuosius digerendum, disponi. Non possum verò non monere; cauendum ne modum excedant hæc exercitia, sed pro cuiusq; vsu ac natura temperentur. sin secus fiat, corpus vehementer exiccant, bilioso humore replent, vndè febres atq; calidi affectus enascuntur.

Cic. ibid.

Moderata inambulatione, post cœnam prandiumue nō improbat,

Nec omnem post prandium aut cœnam ambulationem reiecerim, sed eam tantum, quæ in contentiori pedum cursu consistit. Nam si sit mediocris, absumpta paulatim alimenta confident, ac melius vniuntur, & ventriculus rectius clausus, officio suo commodius defungetur:

CAPVT XIII.

De abbreviandis moderandisq; prandio atq; cœna.

Mirum, quàm hac in re quidam excedere solent, vt ad solis occasum prandia, cœnas in multam noctem producant. Aliter longè, Romani olim, qui omnibus diei horis, sua quæq; munia distribuebant, & vnica tantum ad cœnam insumpta, contenti erant. complexus est id Martialis venusto Epigrammate.

Epigrammat. lib. 4.

*Prima salutantes, atq; altera continet hora:
Exercet raucos tertia caustidicos.*

*In quintam varios exercet Roma labores;
 Sexta quies lassis, septima finis erit.
 Sufficit in nonam nitidas octava palæstras;
 Imperat extructos frangere nona thoros.
 Hora libellorum decima est Euphemæ meorum,
 Temperat Ambrosias cum tua cura dapes.
 Et bonus æthereo laxatur nectare Cæsar,
 Ingentiq; tenet pocula parua manu.
 Tunc admitte iocos: gressu timet ire licenti,
 Ad matutinum nostra Thalia Iouem.*

In quo breui Elencho, mirandum lepidi Poëtæ ingenium, horæ explicantur diei naturalis, quæ erant tam hyeme quàm æstate duodecim, longiores æstate breuiores hyeme, quibus Romani in totam diem dispensarent vitæ munia, vt à prima hora in tertiam, salutationes adirent Principum ac Magnatum, à tertia in quartam frequentarent curias, quinta & sexta circa res domesticas vacarent, exiguoque se prandiolo reficerent, ac septima adhuc parumper requiescerent. Ab octaua in nonam in palæstris exercebantur, ac lauabant in Thermis, decima instituebantur cœnæ.

Obseruandum hîc, ac pro certo tenendum, ex diuersis authoribus, tametsi inter istas diei horas non nisi de cœna fiat mentio, aliàs tamen, statuto tempore, solitos refectioni operam dare: nam aut ientari, aut prandere moris erat: utebantur tamen tunc, non epulis, sed escis, vel *extemporariis*, vt Alexander ab Alexandro loquitur, vel popularibus, & facillè parabilibus. Hinc vitio datum Vitellio Imperatori apud Suetoniũ, qui epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiret, in lentaculum, prandium, cœnam & comestationes.

Distributio temporis apud Romanos.

Lib. 5, Genial. dier. In Vitellio.

Longè moderatiores hac in re nostrates, qui meridiè accumbunt mensis, nec surgunt vsque ad cenam, quam nonnunquam ad mediam quoque noctem protendunt. Plumbeos putes, ad eò, nec si mille bouum iuga iunxeris, à mensa auellentur, nisi alia necessitas coëgerit. De talibus Seneca. Nonnulli maiorem partem noctis in conuiujs exigunt. Vino verò madentes & merfi, vsque ad horam sextam dormiunt. hoc est matutinum eorum, quod alijs meridies. Minatur

Epist. 58.

hisce Propheta, æternum vœ, inquiens: Væ qui cõsurgitis manè ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque in vesperum, vt vino astuetis. ad quæ verba S. Ambrosius: Non immeritò vœ illis, qui manè Ebrietatis potum

Lib. de Helia & ieiunio, cap. 15.

requirunt, quos conueniebat Deo laudes referre, præuenire lucem, & vacare orationi, occurrere soli iustitie, qui nos visitat, & exurgit nobis, si nos Christo, non vino & siceræ surgamus. Meritò vœ, qui salutem & vitam relinquís, mortem eligis. Vix diluculum, & iam cursatur per tabernás, vinum queritur, dapes indagantur; Tapetes excutiunt, accubitum festinant sternere, lagenas argenteas, auratos calices, patinas epulis infertas, exponunt. Væ ista querentibus; magis vœ, totum diem ista tractantibus. Hæc Ambrosius.

Abbreviatio refectio-
tionum.

6. de sanitate tuenda.

Epist. 83. ad Lucil.

Suadetur ergò à Medicis, vt altera saltem refectio sit moderatior, atque ad saturitatem, stomachus, non inferciatur; nec altera superueniat, altera nondum digesta, vt impediatur cruditates, & quæ ex illa oriuntur morbi. Ea se victus ratione vsum affirmat Galenus, vt parcissimum sumeret prandium, cenam largiorem. Seneca quoque id de se testatur. Et Plutarchus autor est; Romanos veteres, vt de die negotijs securius vacarent, pranos parçè, cenatos libe-

liberius, adhibitis quoque conuiuantiis, omni li- *Symphos. 8.*
 xus superfluitate remota. Quem morem quoque, *In vita Cy-*
 Xenophon, seruasse Persas, meminit; damnatq; eos, *11,*
 qui summo manè epulari incipientes, finirent no-
 ctu, cubitum concessur; atq; ad eò benè Poëta:

Ne uè diu præsume dapes, sed desine citra

Quam cupias, paulò, quàm potes esse, minus.

Quibus denique prandium fuit largius, si minus
 comedant in cœna necessum est, si valetudinem
 conseruare velint, quietumque ac placidum som-
 num captare; Ni etenim sobria, in hoc casu, frugali-
 tas, præcedentis immoderatæ refectionis damna
 refarciat, venter onerabitur, corpus totum aggra-
 uabitur, vires ad exercenda debita officia impedi-
 entur. Vnde somnia & illusiones variæ fluunt. Qua-
 rè optimè schola Salernitana.

Ex magna cœna stomacho fit maxima pœna;

Vi sis nocte leuis, sit tibi cœna breuis.

CAPVT XIV.

Liceatnè Christianis conuiuia agitare?

DAmnantur à nonnullis conuiuia, & omninò à
 Christianorum cœtu exterminanda iudican-
 tur, quod vix vllum legatur antiquitus celebratum,
 in quo non insigne aliquod malum notetur perpe-
 tratum. Conuiuium, inquiunt, celebrauit Dæmon *Gen. 3.*
 in Paradiso, inuitans primos parentes, ad comeden- *Damna*
 dum de fructu verito, arboris ligni vitæ, at exindè *conuiuio-*
 quæ pœna? quod contagium? quæ infectio diman- *rum,*
 auit in totum genus humanum? Conuiuium Noë *Genes. 9.*
 agitauit, atq; inebriatus, iacens in Tabernaculo, nud^o
 aspicitur à Chamo filio, in quem id eò ppetui male-

Bb 2 dicti

Iob. i.

dicti sententiam tulit, ad posteros vsque deriuatam. Conuiuium Loth habuit cum filiabus, & quem Sodomam non vicit, conuiuium strauit. Conuiuiis filii Iob identidem vacabant, quorum noxas, etiam si sollicitus pro liberorum salute pater, holocaustis atque sacrificiis expiaret, tandem tamen domo corruente, ruinis omnes oppressi, casu infelicissimo occubuere. Absalon in conuiuium fratrem Amnon trucidauit, eò quod olim Thamar sororem suam

4. Reg. vii.

oppressisset. Godolias, quem præfecerat Rex Babylonis terræ Iudæ, cum conuiuium Ismahelem filium Narhanæ, multosque cum eo excepisset, post prandium ab eis interfectus est. Rex Pharaon, in conuiuium, quod suis aulicis ac Sarrapis exhibebat, suspendi iussit præfectum annonæ & pistorum. Assueri conuiuium occasio fuit, repudiationis Vasthi Reginæ, atque condemnationis Iudaicæ gentis, ad crudelissimam egedem, Rex Balthasar à Cambyse obfessus, cum vxoribus suis atque concubinis, conuiuium assidens, expugnata repente ciuitate, occiditur, concubinæ atque vxores omnes captiue, in seruitutem abripiuntur. Ex conuiuium Holofernes temulentus, caput amisit. Ptolomæus filius Abobi, gener summi

1. Macc. 16.

sacerdotis, fecit conuiuium Simoni & duobus filiis eius, & cum inebriati essent, occidit eos. Herodis conuiuium, Christi Baptistam atque præcursores obrucavit. Theudegisillus, V Visigothorum Rex, inter conuiuandum à suis interemptus est. Clytus ab Alexandro sibi familiarissimo, & omnium charissimo, in conuiuium percussus telo, occubuit. Quæ omnia & his similia plura, hæc à nobis intacta, quid arguunt? quid important? sanè vix aliud, quam periculosum non modò, sed & valdè damnosum esse, conuiuia exercere. Quare homini Christiano non esse licitum autumant, conuiuiis operam dare. Hinc & Augustum

Sueton. in Augusto.

Cæsa-

Cæsarem, conuiuiorum licentiã Romanis ademisse ferunt, nõ alia de causa, quàm quia sciebat, iis plurimum labefactari, tùm in Deum religionem, tùm in patriam pietatem, atque omnem politicam disciplinam eneruari. Hinc & Cato ille Censorinus, animam agens, harum se rerum pœnitentia duci conquestus est; quod diem vnum prætermiserit, quo nec Deos honorarit, nec communi bono laboris aliquid impenderit; quod, cùm iter quoddam terra conficere posset, mari se summa temeritate crediderit, quod secretũ vxori commiserit; quod denique, persuasus olim, apud amicũ cœnauerit, nam id omnium maximè dedecere arbitrabatur. *Vir enim fortis, inquiebat, aliena mensa difficile fructur, absq; lesione libertatis, granitatis, authoritatis.* Optimũ ergo illud sapientis cõsiliũ. Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuũ. Sed rigida est nimium, ac penitus inurbana hæc sententiarum opinio, nimisque inhumanum iudicium, omnino conuiuia velle exterminare. Primum enim, cùm homo animal sit rationis capax, cui societas cum aliis hominibus, quàm maximè conueniat, eaq; præsertim in cõmuni vtu cibi ac potus, ac maximè quidem consistat, quis eum mutux benevolentix, fomitem quasi, nobis eripiat? Quamobrem & Christum seruatore nostrũ, conuiuũ non raro interfuisse, cõstat. Et eius omnis actio, cùm nostra sit instructio, quid ni conuiuia inter Christianos ineunda, nonnunquã cõprobaret? Neesse tamẽ in iis modũ seruari, tùm in epulis, tùm in bibedo, tùm aliis omnib. in rebus, vt modestia in omnibus obseruata, nihil neque in Deum, neq; in proximũ, perperam admittatur. Quod bene indicatum fuit à sancto Gregorio Magno: *Conuiuia communia, inquit, quæ ex intentione impendenda cha-*

Agid. Albertin. lib. de cõporat: & cõuiuio ex Guenar. tit. 3.

Eccl. 7:

Li. 2. Epist. 27. ad Natoralem Episcopũ. habetur cap. conuiuia. dist. 44.

Bb 3

rita-

ritatis fiunt, rectè vestra fraternitas, in suis Epistolis laudat; sed tamen sciendum est, quia tunc ex charitate veraciter prodeunt, cum in eis nulla absentium vita mordetur, nullus ex irrisione reprehenditur, nec in eis inanes secularium negotiorum fabula, sed verba sacrae lectionis audiuntur; cum non plus quàm necesse est, seruitur corpori, sed sola eius infirmitas reficitur, ut ad vsus exercenda virtutis, idoneum habeatur. Hæc itaque, si vos in vestris conuiujs facitis, abstinentium, fateor, Magistri estis. Huiusmodi conuiuia lobria tamen & sacra lectione aut historiarum recitatione aut pijs colloquutionibus & disputationibus condita, & S. Augustinus crebrò celebrasse legitur. Et sanè nullo pacto sunt reprehendenda, cum & luxus omnis absit, & quidquid peccatis materiam præbet, atq; exinde conuiuantium animi, plerunque ad pietatem excitentur, quam solùm ob causam, seruatorem nostrum conuiuia frequentasse, ex iis quæ conuiuando gessit, euidens relinquatur.

Possid. in
eius vita,
cap. 27.

Clericorū,
quod mu-
nus ad con-
uiuia si vo-
centur.

Quare, tùm omnes Christiani, tùm præsertim in sacro ordine clericorum constituti, quos mundi lucem, ac terræ salem, & dici, & esse Dominus voluit, si ad conuiuia vocentur, honesta tamen; inhonesta namq; omninò ad inferos damnamus, in eam vnicè curam incumbant, ut vel peccata aliqua & excessus, præsertim in potu euitentur, vel detractiones, & lasciuia verba omittantur, vel ad aliquod aliud bonum, conuiuantes inflammentur.

Quam ad rem non parùm iuuabit, sacras quæpiam historias, cum dexteritate aliqua introducere, vel nonnunquam de diuinis rebus, carprim tamen, ac succinctè, ne tuum id studium deprehendatur, sermocinari.

CA.

CAPVT XV.

*Plurimorum peccatorum occasiones
conuiuuii inesse.*

Licere Christianis conuiuia instituere iam datum, atq; ex altera parte non negâri, quod verisimum comperio, atq; ipsius experientia quoddam quasi germen; conuiuia innumeris flagitiorum occasiõibus abundare. Id præter superiori capite recensita, Christus diuitis Epulonis exemplo voluit testificari: eamq; ob causam, Diuus Petrus Apostolus reprehendit quosdam, *in conuiuuiis suis luxuriantes.* Et S. Iudas in epistola Canonica, cum inquit: *Hi sunt in epulis suis, macula, conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes.* Et in Euangelio quoq; liberator noster omnes eos carpit, ac minis terret; qui absq; vlllo futuri iudicii timore conuiuuiis vacant. Ait enim: *Sicut factum est in dieb. Noë, ita erit & in diebus filii hominis. Edebant & bibebant, vxores ducebant, & dabatur ad nuptias, vsque ad diem, qua intrauit Noë in arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes.* Et inferius eodem capite: *Si autem dixerit malus seruus in corde suo, Moram facit Dominus meus, venire, & cœperit percutere conseruos suos: manducet autem & bibat cum Ebriosis, veniet Dominus serui illius, in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemq; eius ponet cum hypocritis; illic erit fletus & stridor dentium.*

Quare Sancti, & orthodoxi Patres quoque, conuiuia plurimum auersati sunt; non vt per se omnino mala, ac detestanda; sed propter complures occasiones peccandi, quas inibi passim occurrere dispiciant. Vnde monet S. Gregor. de conuiuio filiorum Iob loquens: *Hoc nobis solerter intuendum, quod peractis*

Bb 24

die.

Scaturigines variorum flagitiorum conuiuia.
Luc. 16.
2. Pet. 2.

Matt. 24.

Conuiuia Patres excruciantur, ob emergentes illine peccatorum plurimas occasiones.
Lib. 1. Moral. in Iob. cap. 5.

diebus conuiuii, purgatio per singulos fit holocausti. Vir quippè sanctus nouerat, quia celebrari conuiuia sine peccato vix possent; nouerat, quia magna purgatione sacrificiorum diluendæ sunt epule conuiuiorum; & quidquid in semetipsis filii conuiuantes inquinauerant, pater, sacrificium immolando, tergebat. Nonnulla quippè sunt vitia, quæ à conuiuio separari vix possunt, aut certe nequam possunt. Nam cum corpus in refectiois delectatione resoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Vnde scriptum est, sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Et alio in loco: Veraciter nouimus, quia etsi per disciplina quisque custodiam, necessitatis metas, edendo non transit, accensa tamen mentis intentio, inter conuiuia torpescit; & minus, in quanto sit tentationum bello considerat, qui se per securitatem relaxat. Et quia abundare in conuiuio loquacitas solet, is qui malè hic conuiuatus dicitur, apud infernum grauius in lingua ardere perhibetur. Prima namque, malè conuiuantibus, famulatur culpa loquacitatis; post loquacitatem verò, ludendo etiam, leuitas sequitur. Nam quod edacitatem lusus sequatur, testatur scriptura sacra, quæ ait: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, sed priusquam ad lulum moueatur corpus, ad iocos & verba inania mouetur lingua. Hac de conuiuiorum periculis Gregorius.

Nec intempestiuè, monitum illud Clementis Alexandrini, huc affertur; cum ait: Plurimi dicunt oportere se in conuiuio relaxare, & quæ sunt seria, in auroram differre. Ego autem censeo, tunc maximè rationem esse in conuiuio adducendam. Quemadmodum nemo, qui sapit, æquum censuerit, claudere oculos, antequam eat dormitum: Ita nec rationem abesse à conuiuio,

Lib. 2. Moral. cap. 16.

Lib. 2. pedag. cap. 2.

uio, neque ante res gerendas eam præfopire, rectè insti-
tuerit. Et Beatus Petrus Chryfologus, à conuiuuiis,
ob pericula, ex ipsis, præfertim immoderata si sint,
impudentia vehementer abhorret. Sicut tetræ, in-
quit, nubes caligant cælum; sic obscurant animas, intem-
perata conuiuia, sicut ventorum turbines Elementa con-
fundunt; sic fercula congesta stomachum perturbant &
rationem. Considerandum itaque, vt Iſidori verbis v-
tar, quàm vehemèter arguantur comeſſatio & ſumptuo-
ſa conuiuia. Nam per Prophetam comminatur Dominus,
ſe hanc iniquitatem non relaxare his, qui eam libenter
ambiunt. Dicit enim per Iſaiam; Ecce gaudium & lati-
tia, occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere car-
nes, & bibere vinum; ſi dimittetur iniquitas hæc vobis,
donec moriamini. Non ergò ad luxuriam, vel ad ſa-
tietatem, ſed tantummodo vt corpus ſuſtentetur: epulis
eſt vtendum. Nam vt Philoſophi dixerunt, cibandus eſt
venter, vt contineat animam, non vt corrumpat. Hæc
Iſidorus.

Ser. 41. de
ieiun. &
eleemoſina

Lib. 2. de
ſummo bo-
no. cap. 42.

At ego, inquiet quiſpiam, tamenſi conuiuuiis in-
terſim, nec me voluptati dedo, nec vllis me noxis
contamino: nam id impenſè allaboro, vt à labe om-
ni purum me ſeruem. Permittã ita id ſe habere. Sed
eorum qui in conuiuuiis lapſi ſunt, veſtigia me terrèt,
accedente præfertim eo, quod metuit Iſidorus: *Et ſi*
ab omni ſlagitio te contineas, periculum tamen volupta-
tis, ne vix quidem effugies. Plerunque voluptas ve-
ſcendi, inquit ipſe, ita ſub obtentu neceſſitatis ſubre-
pit, vt dum putatur ſeruire neceſſitati, voluptatis deſi-
derio ſeruiatur, nec facile diſcernitur, vtum quod
accipiat, gula, an indigentie deputetur. Volupta-
tem verò, quaſi matrem eſſe, quam numeroſa ſe-

Excusatio
quorundã
conuiuato-
rum.

Ibidem.

quatur proles malorum, ita lippis & tonforibus notum est, vt à me non opus habeat explicari; ab omnibus verò caueri.

*Apud
Stob. ser. 5.
de Tem-
perant.*

Quod si tamen per fas & nefas conuiuio carere nolis, Epicteti monita ne contempnas. *Conuiuio vitior, inquit ipse, non sumptuosus cum tristitia, sed hilaribus cum frugalitate; vt neq; per corporea, animæ decepta perturbentur, neq; corporeas voluptates contemneres, & deinde lædantur, diuitiis quidem ad præsens luxuriantia, in posterum verò morbis affligenda corpora.*

*Conuiuia
Coronaria
an licita?*

Est verò quoddam conuiuij genus, admodum familiare Germanis, quod *coronarium* vulgò vocant, vel à *Corona*, quam symposiarcha, illius imponit capiti, qui proximè sequens, eodè modo omnes præsentés, conuiuio excipere debet, vel quod quidam ex condicto pactoq; conueniant, istiusmodi conuiuationes in circum omnes, & quasi coronatim instructuros. Iustus Lipsius. *Mutationes*, cum antiquis scriptoribus vocat, quasi mutuas conuiuiorum agitationes.

*L. 1. Satur-
nal. serm.
cap. 19.*

Subdubitatum ergò à quibusdam, an licita sint Christianis?

Ego si quod sentio proferre debeam: iudicarem non illicita esse, si mutua charitatis gratia fiant, si nimius absit luxus, si ebrietas ab illis exulet, & quæcunque Christianorum conuentibus labem aspergunt, rogitas quo fundamento nitar? Sa cræ scripturæ. Agitarunt eiusmodi epulationes filij Job ad fraternam concordiam fouendam alendamq; quæ si licita non fuissent, sanè vir Sanctus, ipsorum pater non permisisset. Cur ergò pro filiorum peccatis Deo sacrificia obtulit? *Ne fortè, inquit, peccauerint filij mei; quod animaduerteret, etiam licitissimas hominum* in

in cibo potuq; conuersationes, vix ab omni lapsu immunes esse.

CAPVT XVI.

Conuiuia clericis & periculosa, & aliquando prohibita.

CLericos à conuiujs, vtpotè quæ peccatis fecundissima sint, alienissimos voluere concilia & Patres. Concilium primò Laodicænum sic statuit. *Non oportet Ministros altaris vel quoslibet clericos, aut etiam Laicos Christianos, ex Symbolis, quæ vulgus comestitia appellat, hoc est quando plures contulerunt, ad Symposia facienda, conuiuia celebrare.* Hanc ob causam quoq; sexta Synod⁹ clericis tabernarum ingressum & usum voluit interclusum. *Nulli clerico liceat tabernam aut ergasterium habere. Si enim huiusmodi tabernam ingredi prohibetur, quanto magis ministrare in ea? Si quis verò tale quid fecerit, aut cesset aut deponatur.* Alibi etiam ex concilio Carthaginensi 3. denuò prohibetur, Ingressus in tabernas, edendi, vel bibendi causa, nisi peregrinationis necessitate. Nec non in concil. Carthaginensi quarto illis interdicitur conuiujs hæreticorum, & Schismaticorum: Et in concilio Agathensi, conuiujs nuptiarum.

Quare clericum Salubriter monet S. Hieronymus. *Conuiuia tibi vitanda sunt secularium, & maxime eorum, qui honoribus tument. Turpe est, ante fores Sacerdotis Christi crucifixi, & pauperis, & qui cibo quoq; vesceretur alieno, lictores consulum & milites excubare, iudicemq; prouinciæ melius apud te prandere quam*

Can. 55,

habetur c.

Nó oportet

dist. 44.

Cap. 9, ha-

betur. Can.

Nulli cle-

rico dist.

44.

Clerici

prohiben-

tur ingredi

tabernas.

Cap. 27.

habetur

Can. Cle-

rici,

c. 70. ha-

betur Can.

Clericus

24. 9. 3.

C. 39. hab.

byteri dist.

34.

Epistola ad

Nepotia-

num de vi-

ra clerico-

rum.

quam in palatio. Et addit paulò post. Quod si obtende-
ris, te facere hæc, vt roges pro miseris atq; subiectis; iu-
dex sæculi plus deferet Clerico continenti, quàm diuiti;
Et magis sanctitatem tuam venerabitur ac opes. Aut si
talis est, qui non audiat Clericos, pro quibuslibet tribu-
lantibus, nisi inter phyalas, libenter carebo huiuscemodi
beneficio & Christum rogabo, pro iudice, qui magis &
citius subuenire potest, quàm iudex. Melius enim est, con-
fidere in Domino, quàm in homine. Melius est sperare in
Domino quàm confidere in principibus. Hæc Diuus

Epist. ad
Fulconem.

Hieronymus. S. Bernardus, omnem conuiuiorum
luxû, interdicit clericis, hisce verbis. Bene facis, si Ec-
clesiæ præbendâ gratis non accipis. Dignû est, vt qui altari
de seruit, de altari viuât. Conceditur ergò tibi, vt si bene
de seruis, vt de altari viuas, non autē vt de altari luxurie-
ris. Et inferius paulò, eodem loco. Deniq; quicquid
præter necessarium victum, ac simplicem vestitum de al-
tari retines, tuum non est, furtum est, rapina est, sacrile-
gium est. Quid tum quando ad luxum atq; ad su-
perflua conuiuia impenditur? annon magis, quàm
furtum est? quam rapina est? quàm sacrilegium est?
Iudicio Diui Bernardi. Quod si aliquando clericis
conuiuia sint adeunda atque aliter fieri non possit.
quid ager? Præter id quod sequenti capite suggeram
consilium, audiendi sacri canones, atq; obseruandi.

C. 16. Repe-
titur de
consecrat.
dist. 5. Can.
Nullus.
Clerici ad
conuiuium
vocati quo
modo se

Sic ergò præcipit concilium Nannetense. Nullus
presbyterorum, quando ad anniuersarium diem, trigesi-
mum vel septimum, vel tertium alicuius defuncti, aut
quacunq; vocatione, ad collectam Laicorum conuenerit,
se inebriare vllatenus præsumat; Nec precatus in amore
sanctorum, vel alicuius animæ, bibere, vel alios ad biben-
dum cogere, vel se aliena precatione ingurgitare. Nec
plausus & risus inconditos, & fabulas inanes ibi refer-
re, aut

re, aut cantare præsumat, vel turpes iocos, vel vrsu vel
 tornatricibus ante se feri patiatur: Nec laruas Dæmo- gere
 num ante se ferre consentiat, quia hoc diabolicum est, & debeant.
 à sacris canonibus prohibitum. Adhibenda quoq; ea
 cautela, ne vocatus quidem, sæpius, sed rarissimè ad
 conuiuia veniat, iuxta id, quod monet S. Hierony-
 mus, præallegato loco. Facile, inquit, contemnitur cle- Epist. ad
 ricus, qui sæpè vocatus ad prandium, ire non recusat. Nepotem.
 Nunquam petentes, rarò accipiamus rogati. Beatius enim
 est magis dare, quàm accipere. Nescio enim quomodo et-
 iam ipse qui deprecatur: vt tribuat, cum acceperis, vilio-
 rem te iudicat: Et mirum in modum, si eum rogantem
 contempseris, plus te posterius veneratur.

An verò clericis inter sese conuiuia liceat insti- Cap. 7. ha-
 tuere? permissum est, obseruato, quod concil. Tole- betur dist.
 tanum tertium præscribit. Eius hæc sunt verba. Pro 44. c. pro
 Reuerentia Dei, & sacerdotum, id vniuersa sancta con- Reueren-
 stituit Synodus, vt quia solent crebrò mensis ociosæ fabu- tia,
 le interponi, in omni sacerdotali conuiuio, lectio diuina Clerici
 rum scripturarum misceatur. Per hoc enim anima adisti- qua ratio-
 cantur ad bonum, & fabula nõ necessaria prohibentur. ne conui-
 Atq; hæc, ex sacris conciliis & canonibus deprom- uia inter
 pta in conuiuiorum aditu atq; actu obseruent, quod sese debe-
 vt eò promptius fiat, sequens consilium non erit ant agita-
 inutile, re.

CAPVT XVII.

Qua ratione conuiuia sine peccato adiri queant,
 præsertim à Clericis?

CVM tot peccatorum sordibus, vt plurimum
 contaminata soleant esse conuiuia, præmon-
 strandum, quomodo innoxie, atq; inoffenso pede,
 frequentari possint à clericis,

Pri-

I.

Quem animum Clericus ad Laicorum conuiuia debeat afferre.

Primum itaq; si honestatis habita ratione, absentiam non uales excusare, obsequaris inuitanti amico; dummodo constet, honestos inter ac bonos conuiuium agi: sin secus; omnino emanandum suadeo, nec iniuria; pl^o enim periculi aditur^o esses, quam fortasse boni effecturus. Is itaq; inter eundem tibi sit animi sensus in Deum erectus, q; malles domi frugali victu partem cenare, aut ad domum luctus, q; conuiuij pedem efferre: Cum tamen ita requirat ipsa comitas, quantum inter homines est uiuendum, ipse à te omnem occasionem, seu scandali seu ruinae alicuius, in quoduis flagitium, paternè auertat. Atq; hac omnino mente affectus esto, tu q; clericorum ordini es adscriptus; quando inuitatus ad Laicorum conuiuia, accedis, nam si aut cibi potusue, aut iucunditatis, aut voluptatis cuiusuispiam titillatione, accensum eo afferas animum, foetorem gestas plurimorum malorum, parua exorbitandi oportunitate, haud difficulter inflammandum.

II.

Inter comedendum quid agendum clerico?

Huic proximè esto, ut animum inducas, inter decursum conuiuij, aut aliquid, q; in Dei gloriam, aut in conuiuiarum salutem redundet, aut certè in communis boni utilitatem sit cessurum conficiendi, animosque accumbentium, quà via est, quauè licet, ad omnem pietatem, atq; virtutis dignitatè accendendi.

III.

Oratione facta, habendum illud Christiani Canonis tritum carmen præ oculis.

Cum sis in mensa primum de paupere pensa.

Tunc benè prandetur, cum Christus adesse putetur.

Optabis itaq; esurientibus Christi membris, pauperibus inquam, eandem, qua tu nunc potieris, refectioem. Tum ea te imaginatiõe contineas, quasi Christus adsit, qui te comedentem ac bibentem spectator intueatur, atq; ita alios quoq; ad modestiam, exemplo tuo inflama.

IV.

Protestabere porro, si qua ad potum, coactio incidere,

ret, te ei non adquieturum; atq; hic omnes excusa-
tionum artes impendito. Conare itidem, vt æquales
haustus euitentur, liberumq; fiat, cuilibet, quantum
voler, bibendi. Demùm, & ad illud sedulò omnes a-
nimi neruos, contento studio dirige, vt cum timore
Dei, iucundè tamen, & cibo & potu omnes fruan-
tur; atq; intra temperantiæ, limites illud Christi pro-
missum impleatur. *Vbi duo vel tres congregati fuerint* *Math. 18.*
in nomine meo, ibi ego in medio eorum sum. Postremò,
V. VI.
VII.
& hoc vnice agatur, vt si aut turpes, aut contra fa-
mam proximi, oriantur sermones, inductis aliis, ob-
literentur quasi, & sepeliantur. ad quod plurimum
seruiet, iuxta ea quæ deinceps dicentur, aut Mora-
les aliquas, aut sacras historias recensere, vel alios
recensentes audire; aut de re alia quapiam honesta,
familiarem verborum collationem instituire.

Quæ si à clerico obleruentur; poterit nonnun-
quam, sed rarius tamen, absq; peccati vllius metu,
ad amicorum conuiuia se conferre.

CAPVT XVIII.

*Liceatne aliquando Laicis liberius indulgere con-
uiuio & Symposio?*

Ratum est, nullum vnquam excessum, aut à no-
bis probatum aut probari posse. neq; hic, de
nobis, talem à quoquam, suspiciõne capi, volumus.
assertum hoc esto solùm. Cùm vt sapiens ait. *Vinum* *Eccl. 31.*
in iucunditatem creatum sit ab initio, ad iucunditatem
licite vsurpari posse, præsertim nostris à Germa-
nis, modò execrandam illam, ad æquales hau-
stus potandi consuetudinem, exterminari sinant.

Quare & Aulus Gellius author est, Platonem, tùm *L. 15. No 8.*
con. Attic. c. 2.

L. 1. & 2. de
legibus.

IV

In Sym-
posio.

conuiuia probasse, si moderato sumptu, atq; impen-
sa tolerabili fiant, tūm etiam liberaliorem vini po-
tum admisisse, ita tamen, ne ad ebrietatem veniatur.
Nam ex modicis, inquit, honestisq; inter bibendū remif-
sionibus, refici integrariq; animos ad instauranda sobrietatis officia existimauit; reddiq; eos sensim lætiores, atq; ad intensiones, rursus capiendas, fieri habiliores. Et infra paulō. Congrediendum igitur censuit, & tanquam in acie quadam, cum voluptuariis rebus, cumq; ista vilitate comminus decernendum, vt aduersus eas, non fugisimus tuti, neq; abstinentia, sed vigore animi, & constanti presentia, moderatoq; vsu, temperantiam continentiamque tueamur, & calefacto simul, refotoq; animo, si quid in eo vel frigida tristitia, vel torpentis verecundia fuerit, diluamus. Et Socrates apud Xenophontem dixisse ad eundem sensum legitur. *Quin mihi quoq; placeat, o viri, vt bibatur; vinum enim animos rigans, tristitias & dolores, quemadmodum Mandragoras sopit, & hilaritatem, sicut oleum flammam excitat, plantarum quoq; exemplo, quæ temperato imbri & leni aura perflata, recte augetur & florent, ad frugemque perueniunt.*

Illud verò præsertim hic monendum, ne vino quisquam se ingurgitet, præter modum. Præclare *Florid. l. 3.* Lucius Apuleius, *Sapientis*, inquit, *vir*, super mensam celebre dictum est. *Prima cratera ad sitim pertinet; secunda ad hilaritatem; ad voluptatem tertia; quarta ad insaniam.* Et Anacharsis Scythæ mirabatur Græcorum morem, qui principio conuiuij paruis poculis utebantur; sedata verò siti, circa finem grandes amphoras, quod & nos germani facimus, epotarent. caussam rogatus admirationis, hanc edixit. *Quid ni mirer, vas ita plenum vt exundet, adhuc plus capere?* Qua-

Quare bibendum quantum satis est ad hilaritatem; non quantum exuberat, ad Ebrietatem. Ad illam enim est vini creatura à Deo producta, non ad istam. In cuius rei evidens testimonium Eubulus Poëta Græcus, ita introducit Bacchum de seipso loquentem:

Bibere licet usque ad hilaritatem, non ulterius.

τρεῖς γὰρ μόνος κρατῆρας ἐγκεραννύω
 τοῖς ἐν φρονῶσι. τὸν μὲν ὑγιάνον ἕνα
 ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι. τὸν δὲ δεύτερον
 ἔρωτ' ἠδ' οὐκ ἔστι. τὸν τρίτον δ' ὑπὸ
 ὄμειν πίνοντες οἱ σοῖοι κεκλημμένοι
 οἴκαδ' ἐβαδίζουσ'· ὃ δὲ τέταρτον ἔκετι
 ἡμέτερον ἔσ' ἄλλ' ὑβρῶν. ὃ δὲ πέμπτον βοῶν.
 ἔντ' ἔστι μανίας, ὡς ἐκ βαλάνου ποιεῖται.
 πολὺς γὰρ ἐν μικρῷ ἀγῶν χυθεῖς,
 ὑποσκελίζεται τὸν πεπωκότα.

*Tres solum ego calices viris prudentibus
 Infundo, sanitatis unum, quem ebibunt
 Primum: Est amoris et voluptatis dehinc:
 Infundo somni tertium; quem ut hauserint,
 Nomen qui habent sapientum, in ades illicò
 suas redibunt: Non enim quartus calix
 Noster, sed est protervia: clamoris est
 Quintus: Furoris sextus, et pugnas eiet.
 In paruum enim vas, quando largum infunditur,
 Supplantat ipsum sæpe potorem merum.*

Amplectendum tamen præsentaneum illud Epicteti monitum: *Inter epulandum considera, duos tibi vidio. excipiendos convivas, corpus et animam; tum quod omne in corpus collatum, statim rursus effluxurum sit, quod autem in animam, perpetuo servandum. Et alibi: Cuncta animalia sunt Muscum; cochleæ verò mutæ; et hæc qui-*

Cc qui-

quidem humectari gaudent, illa verò calefcere; Rursum, has quidem vos elicit, eiusque gratia prodeunt; illas autem solus vigor excitat, & in ipso ille cantillant. Quamobrem si voles vir esse virtuose Musicus, & concinnus, cum tibi vino irrorata fuerit anima, tunc ipsam non sines egressam inquinari; sed cum in confectibus, à ratione fuerit accensa, tum vaticinari eam, & canere iustioracula inbebis.

Quibus obseruatis, intra honestatis, ac temperantiae limites continendo vini appetentiam, hilaritatem animi laxiorem, in conuiujs laicorum, nemo cordatus improbabat.

CAPVT XIX.

De luxu plurium ferculorum.

Meminerint velim primò delicatula ista Iouis cerebella, quæ tot ferculorum cupedijs exturari demùm vix queunt, meminerint, inquam, illius verbi, quod Cicero verissimè protulit: *Pauco cultu natura contenta est, desiderijs omnia conduntur.* Et Boethius: *Paucis minimisq; natura contenta est, cuius satietatem, si velis superfluis vrgere, aut iniucundum quod ingesseris, fiet, aut noxium.* Et aliquibus interiectis: *Humanum genus in tota prima etate fuit sine carnibus, & delitijs varijs ciborum, & ideò mirandum est, quomodo voluptas tantum creuit, quæ à tanta parcitate inchoauit.* Conqueritur id Innocentius Papa tertius: *Initium vitæ hominis aqua & panis, & vestimentum cõtegens turpitudinem.* Nunc autem, gulosi nõ sufficiunt fructus arborum, non genera leguminum, non radices herbarum, non pisces maris, non bestia terre, non aues cæli; sed quæruntur pigmenta, comparantur aromata,

Natura paucis contenta.
Tuscul. quæst. lib. vlti.
2 De consolat.

Lib. 7. de contemptu mundi. ca. 17. Eccl. 29.

ca. 114.

ra, nutriuntur altitia. Capiuntur ob escam, qua studiosè coquuntur, arte coquorum, qua lautè parantur, officio ministrorum, alius contundit & colat, alius confundit & conficit, & substantiam vertit in accidens, naturam mutat in artè, vt saturitas transeat in esuriam, vt fastidium reuocet appetitum, ad irritandam gulam, non ad sustentandam naturam, non ad necessitatè supplendam, sed ad auaritatè explendam. Contemnitur mediocritas, & superfluitas affectatur, in diuersitate ciborum, in varietate ciborum. Auaritas nescit modum, & varietas excedit mensuram; sed & mens grauatur, stomachus turbatur, sensus opprimitur. Inde non salus, & sanitas, sed morbus & mors.

Hæc Innocentius cui vt auream Musonii doctrinam hic subiiciam, qs vetet? quis prolixitatem nobis ad probrum obiiciat? Gula, inquit ipse, condita est, vt ciborum meatus esset, non voluptatis instrumentum. Venter in animali eadem gratia, qua radix in omnibus plantis, factus est, Etenim, vt plantam radix alit, forinsecus nutrimentum attrahens; sic venter animal nutrit, cibis & portionibus, in ipsum deriuatis. Rursus vt plantæ aluntur, perduratiõnis, haud voluptatis causa: non secus hominibus, vitæ sustentandæ remedium, victus est concessus. Quas ob causas edendum vt viuamus, non vt voluptuemur. si quidem ad optimam Socratis sententiam nos accommodare voluerimus, qui bonam hominum partem viuere dixit, vt edant, se autem edere, vt viuat. Enimvero quisquis probitatis studiosus fuerit, haud quaquam vulgo hominum similis erit, viuendo vt edat, sicut illi, præ cunctis ciborum illecebras captantes. Porro, quod Deus hominum conditor, cibum atque potum pro incolumitate, non delitiis largitus sit, hinc intelligi licet. Quippè alimentum, dum maximè munere

Lib. de vi-
tu apud
Srot. Ser.
18. de incō-
tinentia

suo fungitur in concoctione, atque digestionem, nullo suavitatis lenocinio nos afficit, sed nutrit duntaxat, & vires reficit, quamuis multo longius tempus interim eat, quam dum edimus.

Nota:

Oportuisset autem, si Deus delectationis gratia, cibum nobis machinatus esset, longiori illo tempore voluptatem sentiri, non breuissimo tantum inter deglutendum. Sed licet tum momentanea sit ista glutientium suauitas, infinita tamen obsonia excogitauit. Maria nauigantur, ad vltima vsque littora. Maius studium coquis, quam agricolis impenditur. Aliqui tota praedia, in conuiuiorum apparatu consumunt. Annon hoc miserrimum est? praesertim cum nihil vtilitatis corpori accedat, ex tam sumptuosa dapium structura. Omnino enim contraria ratione, qui communissimis cibis vtuntur, robustissimi sunt. Itaque seruos dominis, agrestes vrbanis, pauperes diuitibus validiores, vt plurimum videas, laboribus aptiores, tardius fatigari operando, rarius egrotare, facilius ferre frigus, aestum, vigilias, & quidquid eiusmodi est. Etiam si autem ex aequo tum preciosus, tum vulgaris victus, corporis robur auferent, nihilominus vulgarem praeferre conueniret, vt qui magis sobrius sit, magisque bonum virum deceat: sicut & parabilis, difficili paratu: & simplex, elaborato, & exquisito, qui in promptu est, ingenuus, probisque viris, eligibilior est. Sed vt cuncta quae dictam attinent, paucis complectar, opus esse dico, scopum eius constituere, sanitatem ac vires: horum enim solum causa cibum assumendus, quem sumptuosum esse, nulla necessitas est. Huc vsque Musonius, non obscure inueniens tanta ferculorum varietate, potius debilitari corporis vires, quam instaurari, cuius praecipue causa cibum sumimus. Quo fit vt illi, qui, vt Lactan-

tius

tius Firmianus loquitur, edendi ac bibendi officium
ventris plenitudine metiuntur, quod illis Deus contu-
lit, ad vitam tuendam, in suam perniciem conuertunt.

Diui nar:
Insti. lib:
6. cap. 20.

Nam vt benè Diuus Augustinus, *Esca nimia ac va-
ria, non solum animas, sed & corpora nostra plurimum
ledunt, & ad infirmitatem perducunt. Solet quippè
per nimiam auiditatem ciborum, & poculi intemperan-
tiam, frangi stomachi fortitudo, nec non & abundan-
tia sanguinis, per choleram, & plurima agritudines,
escarum largitate contingunt. Sicut enim anima & cor-
pori sunt ista contraria; ita medela est vtrisque, ciborum
parcitas.*

Lib. de sa-
lutar. do-
cum. ca. 36:

Et multis rationibus euidenter probari posset,
quam diximus ferculorum multiplicatam, genui-
nam sanitatis, ac virium pestem esse. Annon anima-
lia viribus magis vigent, quæ simplici victu naturæ
sux congruenti, vescuntur? Atque hominis natura,
vt dictum, paucissimis, & eger, & contenta est. quin
ergò, si fercula multiplices, ingenti ruinæ non subia-
ceat? Constat enim varios cibos, iuxta variarum qua-
litatum commixtiones, hic remissas, illic intensas, a-
libi mediocres, in aliis omninò modum, excedetes,
inueniri, quæ, non ita facilè, vi nutritiua, ob varieta-
tem, superari, atque vt alimentum, assumi possunt.
Id vel ex eo colligas, quod medici conualescētibus,
ad recuperandas amissas vires, non multos, nec va-
rios, sed vnum alterumvè, bonum ac solidum cibū,
suadeant. Hic accedit, quod natura sit vniformis
in operatione sua, quoad conuersionem ciborum,
in substantiam humani corporis, quare cum plures
dapes stomacho ingesseris, ex facilius concoquen-
tur, quæ digestionem faciliorem sunt affectæ: Et quod
durius est, ac viscosius, hærebit in ventriculo diu-
tius.

Probatum
ferculorum
multiplici-
tas esse no-
cua.

Ciborum
varietas
damnosa.

*Pulchrum
simile,*

tius. Jam si post horas aliquot, alia superingesseris
annon necesse erit, alimētum putrescere, cū con-
coctio magis ac magis impediatur? sicut enim si ol-
læ bullienti frigidam superinfundas, eius feruorem
reprimes: Ita si crudis in ventriculo cibus, alios ac-
cumules, naturalem impedies digestionem. Certius
experimentum quasi ad oculum cape. Ponantur
duo æqualis omninò sexus, ætatis, virium, comple-
xionis. Utatur hīc simplici tantūm ac vulgari cibo;
ille alter lautè viuat, plura quotidie cibaria, opipa-
rè extructa, absumat. quid consequetur? non ali-
ud, quàm quod suprà Musonius docuit. Ille sanis-
simus erit; iste valetudinarius: ille durissimos
labores poterit facilius exantlare; iste mollicu-
lus, tenui difficultati succumbet. Ille & acumine in-
genii, & animi promptitudine, ad res agendas plu-
rimūm valebit: iste obtusa mentis acie, vecors, & ad
omnia cum laude tractanda, inidoneus, atque vt
Plautino verbo vtar, *Testudineus* reperietur. Atqui
verò, hæc nunc omnia in postremis habentur, ac vi-
li pensa iacent, atque despiciuntur, tot ferculis re-
dundant mentæ & abaci conuiuiorum, vt capi vix
possint amplitudine, longitudine, ac latitudine ta-
bularum. Omnia conquiruntur terra marique, volu-
cres & altitia non sufficiunt, syluæ euertuntur, flu-
mina disquiruntur, stagna & piscinæ spoliantur, mil-
le eduliorum lautissima quæq; immenso precio ap-
parantur. non hīc sumptui modus, non artificio
condiendi limites vlli, non luxui finis.

*I. ucan. in
4. di.*

O prodiga rerum, libeat mihi exclamare
cum Poëta:

*Luxuries, nunquam paruo contenta paratu,
Et quasitorum terra pelagoq; ciborum,*

Ambi-

*Ambitiosa fames, & lauta gloria mensæ.
Discite quàm paruo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat; non erigit egros,
Nobilis, ignoto diffusus consule, Bacchus,
Non auro Myrrhaq; bibunt, sed gurgite puro,
Vita redit. satis est populis fluuiusq; Ceresq;.*

*Idipsum probat Horatius quoque:
Nempè inamarescunt Epulæ, sine sine petita,
Illusq; pedes, vitiosum ferre recusant
Corpus.*

*Lib. 2. sen.
sat. 7.*

*Monet ergò Ouidius non temerè:
Parcite mortales, dapibus temerare nefandis,
Corpora.*

*Nec antiquis olim Romanis probatus fuit, iste tot
dapum ac missuum apparatus; quin imò, planè re-
iectus. Id asseuerat Alexander ab Alexandro: Vete-
ribus namq; Romanis, inquit, cibus mundus erat, at-
que simplex, neq; operosis condituris, aut appetentia ex-
quisitus, sed sine apparatu & sine impensa. Prandium. n.
& cæna in propatulo fiebant, quia palam cœnare, de-
decus non erat, secretò verò cœnasse, probro & ignomi-
niæ fuit, id quod Lacedæmoniis quoq; Lycurgi lege pro-
hibebatur; hoc ideò constitutum ferunt, ne quis altero
splendidius vesceretur. Quare eodem Alexandro au-
thore, cùm ædiles creabât olim Romani, voluerût,
vt popinæ, & ganeata obsonia interdicerentur. Ac Nero
quoq; ædilitio munere perfungens, acri edicto statu-
it, ne quid in popinis cocti, ac delitiosi, præter legumina,
venum prostarer, vt de eorum frugalitate, mordax
Satyricus, egregiam laudem dixerit:*

*Lib. 5. ge-
nial. ca. 22.*

Lib. 4. c. 32.

*Iuuenal.
Satyr. 11.*

*Hæc olim nostri, iam luxuriosa, senatus
Cæna fuit; curius paruo quæ legerat horto,*

Cc 4

Ipsè

*Ipsè focus breuibus ponebat oluscula; quæ nunc
squallidus in magno fastidit compede fossor.*

Guido B- Quare Fabritius Lucinus, & Quintus Æmilius
zuric. lib. 1. Pappus Censores, Cornelium Ruffinum, bis confus-

Valerius
lib. 2. ca. 4.

lem ac dictatorem, senatu mouerunt, nullam aliam
ob causam, quàm quod cõperissent, eum cœnæ gra-
tia, decem pondo argenti expendisse. Et Marcus An-
tonius & Lucius Flaccus Censores, Duroniũ similiter
senatu excluderunt, q̄ legem de coercendis cõuiuio-
rum sumptibus, latam, cùm Tribunus plebis factus
esset, tollere uoluisset. Nã imprudenter conscende-
rat Rostra, hæc uerba, Valerio referente, ad populũ
faciens: *Fræni sunt iniecli nobis Quirites, nullo modo
perpetiendi; alligati & cõstricti estis, amaro uinculo ser-
uitutis. Lex enim lata est, quæ nos frugales esse iubet, ab-
rogemus istud horridæ uetustatis rubigine obsitum im-
perium: Etenim quid opus est libertate, si uolentibus lu-
xu perire, non licet?* Hæc Duroniũ, grata nostratibus

Ælian. lib.
2. de varia
historia. Et
Ægid. Al-
bertin. in
libello de
compot. &
conuiuio.

Epulis concione. Et Marcus Antius quidam, Librũ
ediderat, de apparandis, & condiendis uarij generis
epulis, atq; cupediis; quouè cultu abacus, omniuã-
rio rerum splendore exornandus esset, quo ordine,
qua uicissitudine, serui atq; ministri mensarum ob-
sequia dexterrimo famulatu deberent obire. res ea
quã primũ ad senatum Romanum delata fuit,
omnia passim. eius libri exemplaria, cõquisita, pub-
lico in foro cremauit. idem, autor Antius, iudici-
um, experturus erat, ni matura fuga rebus suis pro-
spexisset. Phocion quoque Atheniensis, filio suo, qui
plura solito coëmerat obsonia, hisce uerbis minatus
dicitur: *Si plura quàm natura tua postulat ingesseris,
condignas mihi pœnas lues, illicò.* Nam eæ statim sese
post nimiam repletionem complures inducendo
molestias ostendunt.

Stobæus
serm. 15. &
20.

Quare

Quare cōsultissimum, imò & licitissimum foret, hoc modo conuiuia instituere, vt non nisi paucissima fercula, ad summum quatuor aut quinque, nō superfluis apparatus condimentis ac mixturis, sed antiqua maiorum nostrorum simplicitate confecta, cōuiuis apponere; & quod aliās, euidenti cum iactura, in prodigalem luxum pluriūm ferculorum perderetur, pauperū vsibus si non omninò, saltem ex parte destinare. sed quotusquisq; est, qui hunc animum velit inducere? *Miserabile profectò, vt cum Granatē-*

sis verbis ad finem contendam; Miserabile, multumq; dolendum est, voluptatē tam exiguae partis corporis hu-

mani, totum hominē in infernum precipitare, & omnia membra, sensusque corporis, pati debere pœnas aternas, propter cupiditatem breuissimam membri vnus. Non animaduertis quàm turpiter erras, nutriens corpus, quod paulò post futurum est esca vermium, tam delicatè, tam variis ac preciosis cibus, negligis autem animam tuam, quæ mox ante diuinum tribunal sistetur, quæ vacua virtutibus, cum venter plenus sit cibus preciosis, aternis tormentis mulctabitur? Et si anima condemnetur, certus esto, corpus quoque suas pœnas habiturum. Quemadmodum enim corpus propter animam creatum est, sic & cum anima punietur. Contemnens itaque partem tui nobiliores, & in delirijs nutriens ignobiliorem, perdes vtramque, & tuo te iugulabis gladio. Caro enim quæ tibi data est in adiutorium, laqueum tendit vitæ tuæ, & te comitatur ad tormenta, quemadmodum in vitijs hîc sequebatur.

Ducis peccat. lib. 2. p. 1. cap. 8.

Audi ergò qui tanta epularum varietate, caperis, audi pro huius capitis clausula, disertissimum virum Franciscum Petrarcham, *An ideo tibi magis, quàm duro agricolæ, parcent vermes, an cibo molliore vescetur*

De remed. vtriusque fortune. lib. dial. 18.

audius? Non iocor tecum, nec te terreo. Scis, etsi forte
disimules, te illi conuiuio præparatam escam, & forte
iam cœnæ tempus instare. Certè autem, longius abesse iam
non posse. Nam & breuis est lux, famelicq; conuiuia, &
quæ mentem instruit, mors, impigra, quid tibi tunc lau-
titia istæ profutura sunt? videris.

CAPVT XX.

*Aliquot sumptuosissimorum conuiuatorum
historia.*

Non ideo, iam sæpè monitum, adducimus eius-
modi, extra omnem modû, atq; orbitam va-
gantes, honestatis contemptores, quod cuiquam, ad
eorû, vel imitationem minimâ, authores esse cupia-
mus, q, ne cogitatione quidè, nobis affingi patimur.
Eò tendimus, id spectamus, vt omnis luxus in ma-
lam rem facessat atq; abeat; ad eius proindè maio-
rem execrationem, ac diras, huiusmodi comessato-
rum portenta, quædam in medium producemus,

*L. 7. de va-
ria hist.*

Straton Sidonius, Æliano referente, omnes homi-
nes luxu, & munificentia conuiuiorû, superare contèdit.
quam obrem Theopompus Chius, eius vitam com-
parasse fertur Phæacum comestationibus, quas Ho-
merus pro suo singulari ingenio, acerrimè taxando
oppugnauit. Egregie certabat cum Nicocle Cyprio,
nulla tamen de re honesta ac seria, sed de cupiditiis
tantum, atq; ciborû lautitia. Nam cum vterq; de al-
terius coniuiali splendore audiret, à peregrè aduen-
tantibus, vterq; alterum quadam æmulatione, ma-
iori ferculorum apparatu superare contendebat.
Verùm neuter potuit hac diu voluptate frui; Vterq;
in conuiuio tandem extinctus.

*Ælian. l. 9.
varia hi-
storia.*

Demetrius Poliorcetes, cum obsidione cepisset
vrbes

urbes permultas, talenta mille & ducenta, tributi nomine, singulis annis ab iis exigebat, eius summæ minima pars exercitui sustentando cedebat. reliqua in libidinosam gulæ voluptatem, aliasq; illecebras tota infumebatur. Vnguentis, tum ipse, tum pavimentum eius diffuebat. Singulis anni partibus, flores ei recentes substernebantur, in quibus vestigia molliter ac delitiose poneret. Maximam sui ipsius curam gerebat, in venustate conseruanda comparandaque; nam & capillos affabrè pectendo, discriminando, crispâdoq; exornabat, ac ruffo colore tingebat, faciemq; sapius inungebat; Epulis verò dies ac noctes vacabat, prodigioso & incredibili luxu. ex quo nefanda quoq; luxurię scelera prodibant. Tandem verò miser, ipse sibi, violentas consciscendo manus, miserè perit.

Agrigentorum, tantus fuit in omni re, ac præsertim in conuiuibus luxus, vt Plato diceret, eos ædificare, quasi perpetuò victuri essent, ita demùm conuiuari splendè, quasi cras morituri. Nec minor erat Sybaritarum, in apparandis epulis cura sumptuque. quidquid enim deliciarum haberi posset, vel ex remotissimis orbis partibus, in eo comparando, nulli sumptui parcebatur. Smyndaridas quoq; Sybarita, vsq; adeo Gulę deditus fuisse perhibetur, vt cū procus ambiret Agaristhiã Clisthenis filiã, Sycionemq; proficisceretur, ibi lautum instructurus epulũ, amasiæ gratia, mille cõcos, totidemq; aucupes, ac mille piscatores, suo secum adduxerit comitatũ, Et Ptolomæus Rex, mille conuiuas, totidem ferculis, aureis patinis mille apposis fertur excepisse. Romæ affluentibus diuitiarum copiis, ait Alexander ab Alexandro, ita excreuit gulæ luxus, vt obsonia lautiora, maioresq; epularum sumptus & magnas effusiones, edicto

Insigne hominu delictu
catulifimulachrum.

Theat. vitæ hum.

volum. 1.
l. 5. Tit. Luxus in epulis.

Hinc Adagium. Sybaritice dapus pro lautissimũ.
Ælianus de varia hist. l. 12.

L. 3. Genial. c. 17. Et Macroby saturnaliibus.

edicto coercere & luxuriosos apparatus, pluribus legibus inhibere necesse fuerit. Hinc etiam Fannia, Orchia, Didia, Oppia, Cornelia, Ancia, & Iulia, leges ad cohibendam luxuriam victus, & cœnartum immodicos sumptus, latae sunt.

Idem. li. 5. Genial. cap. 21. Seruilius Rullus, primus apud Romanos fuit, qui ob luxuriam totos apposuit apros, vna mensa, variis sectos, atq; concisos, variisq; condimentis, ad delectandam gulam, decoctos.

Li. 9. cap. 1. Caius Sergius Orata, vt commemorat Valerius Maximus. Ne gulam, Neptuni arbitrio subiectam haberet, peculiaria sibi maria excogitauit; æstuariis nimirum intercipiendo fluctus, pisciumq; diuersos greges, separatis molibus includendo, vt nulla tam faua tempestas incideret, qua non Oratæ mensæ, varietate pisciulorum abundarent. Ædificiis enim spaciosis & excelsis, deserta, ad id tempus, ora, Lucrini lacus prescit, quod recentiore vsu conchyliis frui posset ad epulas. Huic nimirum magis, inquit Valerius,

Idem. Æsopi Tragedi filius helluo perditissimus. Æsopus Tragedus in adoptionem tradere filium suum, quam in bonorum suorum heredem relinquere, debuit, non solum perditæ, sed & furiosæ gulæ tuenem, quem tanta ferunt commendabiles auiculas, immanibus emptas precii, in cœna pro ficedulis ponere, acetoq; liquatos, magna summæ vniones, potionibus inspergere solitum, amplissimum patrimonium, tanquam amaram aliquam sarcinam, quam celerrimè abiicere cupientem. Metellum piium Salustius quoque in sua historia reprehendit, quod præter eius, & populi Romani dignitatem, & modestiam, conuiujs in Hispania indulgeret, omniq; luxu vteretur, à patre suo Metello Numidico, apertè degenerans. Hæc omnia Valerius,

Fronti. l. 4. cap. 1. Spurius Albinus, cum contra Iugurtham magno exer-

exercitu profectus esset, luxuria totum exercitum perdidit, ac viribus eneruatum, fœmineum ac mollem, à Iugurtha superabilem reddidit.

Sylla ad eò in apparandis cœnis superfluus fuit, ut vinum etiam quadragenarium exhiberet suis conuiuiis; Quin etiam, post finita fercula, & exaturatum populum, magnam reliquiarum vim, ad ostentationem, in flumen defundi iussit.

Cleopatra vltima Ægypti Regina, cœnam parauit Antonio, in qua centies sestertium, id est ducenta quinquaginta aureorum millia, vno ferculo secundæ mensæ, inter bellaria, consumpta sunt.

Publius Octavius, atq; Apicius, piscem Tiberio Cæsari dono datum, qui in piscario foro propositus erat, certatim aucto precio, eò produxerunt, ut eum Publius quinque sestertiis coëmerit. Neq; enim pudit in priuata fortuna viuente ciuem, tam ingenti precio piscem emere, quem Roma Imp. vendi iubebat.

*Iouian.
Pontan.
in prologo
de conuiuiis.*

*Rauis. in
officina.*

*Fulgor.
lib. 9. cap. 16*

Non hîc repetam Vitellios, Caligulas, Nerones, Lucios Veros, & Heliogabalos, quorum immanem gulam, atq; in conuiuiis exornandis, planè nimias, atq; profusissimas impensas, iam supra quoq; recensuimus.

Vtinam inter modernos non inuenirentur plures, qui tametsi illorum prodigales effusiones in conuiuiis agendis, non omninò, quadamtenus tamen, quoad ipforum res fert, imitantur. Opus esset sanè, ad reprimendam illorum libidinem denuò Fannias, Orchias, Didias, Oppias, Cornelias, Antias, Iuliasque leges condere, ne amplissima patrimonialia, quod plerunq; fit, opinione citius abliguriant.

CA.

Ante, inter, & post conuiuia quid veteres laudabiliter egerint?

Non ferimur extra oleas, hæc & similia inda-
gâdo. At verò quid isthinc consilij captamus?
vt, tamen si nos, veri Dei cognitione sim⁹ imbuti, qua
destituti erant gentiles, q̄ tamen cum laude, ac vir-
tute coniunctum est, eorum quoq; Exemplo imita-
to, assequamur.

Alexand. ab Alex. lib. 5. ca. 21. *Ante conuiuia quid agi solentum?*
Persarum itaq; Reges, ait Alexander in Genialibus, ante cibum de modestia disputabant, quemadmodum ante sacrificiũ de iustitia, ante bellũ de fortitudine. Apud Gymnosophistas, paratis, instructisq; mensis antequã dapes apponuntur, adolescentes singuli, qui ad Epulum conueniunt, quid generi humano lucrifecerint, quodũe sapienter dictum factumũe fuerit, illa luce, corã senioribus exprimere coguntur. Et qui deses, nihil in medium, quod frugi sit, affert, impransus manet.

Ioan. Com- bestus in Enchirid Apophthegmat. ex Herodoti lib. 2.
De Ægyptiis memoriã proditum est, cum mensæ accumberent, ante appositas epulas, vnus quispiam cadauer ligneum, sed quã proximẽ ad verum effectũ, ostendebat singulis, dicens. Hunc intuens potã & oblectare, talis post mortem futurus. quorum nobis exemplo, imprimenda foret mortis cogitatio, ne modum aut bibendo, aut comedendo excedamus.

Lib. 5. Dip- nosophist. cap. 13.
Testatur demũ Athenãus, veteres Babylonios priusquam conuiuia inirẽt, Diis suis sacrificare consueuisse, eosq; secũ adduxisse postea in conuiuium videlicet, quo præsentium Deorum respectus & reuerentia, modestiã intra ac tẽperantiẽ terminos, eos contineret. Hoc ipsum videtur innuisse Daniel. Pro- pheta cum ait. Bibebant vinum, & laudabant Deos suos, aureos, argenteos, æreos. Vtinam & nos epulis ac-
cubi-

Daniel.

cubicuri, laudis, & orationis sacrificium immolantes, ad conuiuia nostra quoq; Deum veluti socium adhibeamus, & eius praesentia, qui omnia ubiq; inspicit atq; contuetur, à scurrilibus, detractoriis, blasphemis verbis, absterreamur.

Et hæc quidem ante prandium ab ipsis fieri solita, ex historiis constat. Sub prandio nihil scitu magno-
perè dignum; ab iis gestum, apud historicos inueni. Soli Persæ inter conuiuandum, de rebus arduis con-
sultasse leguntur. Et Spartiatæ excellentium virorum laudes, & ignauiorum facta scelera, in epulis cantare ad lyram solebant. Quid inde ad nos qui Christiano
censemur nomine, deriuandum? ut dum corpus epulis implemus, animû seu pia lectione, ubi id com-
modè fieri potest, ac moris est, aut salutaribus colloquiis, recitatilque sanctorum virorum præclarè gestis, recreemus, atque ad honestatis pulchritudinem inflammemus. Et sic ea colloquia, quæ aut in Dei, aut proximorum iniuriam, suo pte cursu contendunt, impediamus.

Peractis verò conuiujs, diuersa, diuersorum studia, refert Alexander ab Alexandro. Nobis non probantur, nisi quæ virtutem sortita sunt caput atq; originem. atq; hæc inter alia memorat. *Quidam eorum, sublatâ mensa, eruditas confabulationes, quidam fides, & tibias, ac symphonias introducebant, quibus maiorum laudes, carmine decantatas, adhibebant. Græci Anigma Idem enta & Gryphos proponebāt; quorû captiones soluenti, præ dem loco: mii carnis portio; nō soluenti pœna erat, ut salsum hauriret poculu. Tiberius, ex lectione quotidiana quæstioes, post Idem ibid, conuiujs discutiendas, adducebat. Alex. Seuerus interdū inter edendum, sæpius tamen finito conuiuio, vel ipse aliquid legit vel cæteris legentibus, benignas aures præbuit. Hadrianus Imperator, Comædiarum lectores & Poetas admi-*

Quid sub conuiujs.

Alex. Genial. lib. 5. cap. 21.

Quid post conuiuia? Li. 5. ca. 21.

Idem loco.

Idem ibid.

*Iouian.
Pontan,
cap. i. de
conuiu-
entia,*

admisit, qui aliquid recitarent, quod animum post conuiuia recreare posset. Alfonso Rex Aragonie, auctore Iouiano Pontano, à prandio statim, vel Antonium Panormitam, vel alium è doctis viris audiebat, ut qui dignum iudicaret, animum quoque cibo suo, post partum corporis, reficere. De opulentissimo Cardinale Alexandro Farnesio, Ecclesie Romanæ Cancellario, qui impensa sua, nobilem illam Ecclesiam, Societatis Iesu patribus, ad domum professorum Romæ, extruxit, illud celebratur, quod cum ipse literarum expertus esset, semper tamen ad prandium, aut cœnam, viros quosq; eruditionis fama notissimos, adhibuerit, quibus, præsertim peracta refectio-
ne, varias de rebus variis, quæstiones proponens, eosq; in diuersas partes proposita discutientes diligenter attendens, tandem adminiculante sagaci, quo præditus erat ingenio, excellentissimus euasit, atq; omnium rerum scientia instructissimus.

Quàm consultissimum proindè fuerit, non solum viris, omni eruditione iam perpolitis, sed & adolescentibus, præsertim, absoluta corporis refectio-
ne, de rebus aut piis, aut certè ad literariam Rempublicam pertinentibus, familiares instituere colloquutiones, atq; hinc aut illinc audita, serio memoria inculcata, retinere; qua via, experto si creditur, plurimùm eruditionis, breui temporis spacio cumulari potest, si præsertim, ad quod omnis diligentia inclinet, nobis doctiores, huiusmodi sermocinationibus, quasi arbitros, præsentibus esse contingat.

Cauendum tamen, ne post prandium, aut cœnam illicò vires animi, nimium acriter disputando, supra quàm satis est, intendantur, atq; ita abstracto calore naturali, & in caput compulso, ciborum digestio impedita, cruditatem ac morbos progignat.

C A.

CAPVT XXII.

Qui & quot ad conuiuium inuitandi?

BReui elencho complectitur Salomon, quales eos esse deceat, quos ad cōuiuium adhibemus. *Eccl. 9.*
Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore Dei, sit tibi gloria.
 Vindex nostræ salutis Christus, in Euangelio
 pressius ad speciẽ, inquit: *Cum facis prandium aut cœnã,* *Luc. 14.*
noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neq; cognatos,
neq; vicinos diuites; ne fortè te & ipsi reinuident, & *Quales conuiuæ inuitandi?*
fiat tibi retributio. Sed cū facis conuiuũ, voca pauperes,
debiles, claudos & cecos, & beat⁹ eris, quia nõ habent re-
tribuere tibi, retribuetur enĩ tibi in resurrectione iustorũ.

At quotus quisq; est, hoc pessimo sæculo, qui his-
 ce conuiuio delectetur? Planè vix vllus. Amici ac
 propinqui, homines faceti ac iucundi, potentes ac
 diuites, & à quibus aliquod vicissitudinis benefici-
 um expectari potest, non pauperes, non debiles, non
 claudi, non cæci admittuntur. Quod idè magis do- *Ethnici*
 lendum est, à Christianis fieri, cum Ethnici legantur, *quog; pau-*
 ad publica sua conuiuia, pauperes quoq; & infimæ *peres con-*
 sortis homines admisisse. De Spartanis, ita scribit A- *uiuũ exci-*
 lexander ab Alexand. *Communia Spartiatis erant con-*
uiuia; pauperes cum ditioribus, eodem vescuntur obso-
nio, festisq; diebus, nigrum ius, & panem igni duratum
apponunt. De Indis idem. *Apud Indos cum comessati-*
ones in propatulo, Laconico more facerent, arã, mensæ in
modũ constituebant, in eaq; carnibus appositis, quilibet
promiscuè, pauper cum diuite, ad mensam vadit, & quam
vult partẽ capit. Nec non & de Atheniensibus. *Apud*
Athenienses, in celebri epulo, q; Sysitia vocant, tenuiores
cum ditioribus, vnà conueniunt, & æqualem obsonio-
rum partem ferunt. Atqui verò hunc morem, Sym-

D d posia

posia nostra fastidiunt, delectus nobis placet; seliguntur tantum ii, quos aliquo necessitudinis vinculo habemus obstrictos, omittuntur pauperes, & eorū loco, non rarò moriones ac scurræ, vel etiam vilissimi quidam homines, & ad aquam mali, iuxta vulgare verbum, substituuntur, absque vilo secretionis moderamine. Interdū etiam ardeliones & colaces, fufurriones, cicadis vocaliores, & rimarum pleni, hac atq; illac perfluentes; inelegantiores Libethrius, hircis lasciuiores, & alienæ famę calumniatores, admittuntur, & quales describit Horatius: *Introrsum turpes, speciosi pelle decora.* Excluis quibusq; optimis,

Seneca lib.
3. de ira.
Cohabitatio & societas quæ bonū tum ad malum sit momentis.

Plutarch.
in libello
de liberis
educandis.

A quibus quantū discriminis immineat, Senecā audi: *Sumuntur à conuersantibus mores; & vt quædā in cōtactis corpore, vita transiliunt; ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus cōuictores in amorem vini traxit. Impudicorū cœtus, fortēq; etsi liceat virū emollit. Auaritia in proximos virus suū transtulit. Eadē è diuerso ratio virtutum est, vt omne quod secū habent, mitigēt. Nec tam valetudini profuit utilis regio, & salubrius cœlam, quàm animis parum firmis, in turba meliorum versari. Quæ res quantum possit intelliges, si videris, feras quoq; conuictu nostro mansuescere, nulliq; immani bestię, vim suam permanere, si hominis contubernium diu passa est. Hoc idem præclare docet Plutarchus Græco illo adagio, ἀρχωλῶ παροικίης ἢ ποσκάζαμι ἀθίσης. Si iuxta claudū habitaris, disces subclaudicare. Idē in cōmentario de ratione dignoscendi verum amicū ab adulate. Tantā habet vim assidua consuetudo, vt imprudenter etiam, imitemur vitia eorum, quibuscum vivimus. sic Platonis familiares, eius Gibbum imitabatur; sic Aristotelis amici, balbutiem eiusdem exprimebant; sic Alexandri Macedonum Regis necessarii, cervicis inflexum, & vocis in dicendo asperitatem, effingebant. Hinc*

Dum

*Dum spectant oculi laesos leduntur & ipsi,
Multaq; corporibus transiitione nocent.*

Faceffant ab honestis cōiuiuis ganeones eiuismo-
di, si pauperes inuitare nō placet: amicis delectaris? *Qualitas
conuiuariū.*
iucundis & faceris conuiuere placet? Habeto quod
flagitas; expelle tamen adultores, & illos omnes de
quibus Homerus:

Ἔδ' ἄ γορ εὐόντες, κακὰ δὲ εἴ φρεσὶ βουσοδ' ὄμενον. *Odyf. 10.*
Pulchra loquentes, iidem in pectore praua struentes.

Eiice, qui facillè queuis per iocum dicta, malam in
partem rapiunt, pessimè interpretantur, atque apud
alios diuulgant. Odi memorem compotorè, inquebat
ille. Mislos fac garrulos, hirundinum Musea, futiles,
loquaculos, qui omnia summa temeritate, visa &
audita effundunt; Tales nec Lacedæmonii admitte-
bant ad conuiuia, qui vt Plutarchus refert, si quos *In sympos.*
epulis excipere vellent, ex institutione Lycurgi, & in Ly-
quendam natu maximum, è familia sistebant ad o-
curgo.
stium, qui ingressuris conuiuuis singulis dicebat:

Διὰ τὸ τῶν ἕξω λόγῳ δὲ ἐκπροσέεται.

*Per hasce tores nullus sermo egrediatur. Et Hora-
tius quoq; hanc taciturnitatem, inter iucundi con-
uiuui accidentia refert:*

Ne fidos inter amicos

Sit, qui dicta foràs eliminet.

Et Græci, communi parcemia indicabant, euani-
daesse debere, & obliuioni tradenda, quæcunque
inter pocula & conuiuia proferuntur, cūm dice-
ret:

τὸν γὰρ γυναικὸς ὄρε κομείεθ' οἶνον γράφω.

Mulieris iusiurandum, in vino scribo.

Vnde & Bacchum veteres, obliuionis patrem, ap-
pellabant. Tandem abs te remoue colaces, ardelio-
nes,

Dd 2 nes,

Francis.
Petraarchæ
l. 1. de re-
mediis v-
riusq; for-
tuna.
Dial. 19.

nes, & adulescentes; hi enim non te amant sed vinum tuum, sed epulas tuas. De his optimè Petrarca. De Parasitis breuem accipe regulam. dum illos affatim paueris, rodent, arridebunt, plaudent manibus, laudabunt virum optimum, liberalemq; patriæ patrem dicent. Nihil ad vltimum Graiæ adulationis omiserint. Sin aliquando cessaueris, & quidem spontè, auarum, sordidum, miserum, diffamabunt. Sin inopia, homunculum nõ malum certè, sed stolidum & ineptum; te tuamque domum fugient, vt scopulum; tunc intelliges illud Flacci; Diffugiunt cadis cum fece siccatis amici.

Numerus
conuiuia-
rum Ale-
xand. Ge-
nial. lib. 5.
cap. 23.
Theat. vi-
æ hum.
volum. 2.
lib. 8. Tit.
conuiuia.

Et numerus conuiuiarum ne excedat. Septem conuiuium, nouem conuiuium, inquebat vetus illud verbum: quod scilicet, obstrepente nimia multitudine, tumultuentur potius; quàm iucunditate animi perfruantur conuiuia. Et Homerus Poëtarum Princeps, non nisi ad decem; Plato restrictius, ad octo tantum conuiuas, numerum istum redegere.

CAPVT XXIII.

Inter conuiuandum vitandi sermones impuri, piæque introducenda colloquia: nonnunquam obseruanda Taciturnitas.

Matth. 12. **S**iquidem de omni otioso verbo quod locuti fuerint homines, vt seruator noster aperte profitetur, rationem reddituri sint in die iudicij, non modò quicquid leuitatem sapit, aut scurrilitatem, ab honesto conuiuantium cœtu procul sit oportet; verum quoque omnes ex colloquutiones, quæ ingenuas mentes peruertunt: Et potissimum si sint obscæna, ac faces ad libidinem & carnis lasciuam accendentes. Cor-
rum-

rumpunt bonos mores colloquia prana. inquit Apосто- 1. Cor. 15.
lus, Paulus, citans Menandrinum illum senarium.

φθείρεσσιν ἢ θη' χρεῖσ' δ' μιλιῖαι κακαί.

Quæ si vino atq; effrenatæ hilaritati, tanquam
incentiuus quibusdam adiungantur, mirum dictu
est, quantopere audientium animos inficiant, & ad
nefarias cupiditates, ad lubricas carnis titillationes,
caco impetu propellant. Quare tanquam exitialem
pestē ea fugiat, quem integritatis amor tenet. Cū
omnis contrubernij confictatio plurimū affert mo-
menti ad corrigenda deprauandaq; mortalium in-
genia, tum præcipuè valet oratio, quæ quidem ex ar-
canis illis animi penetralib⁹ deprompta, genuinam
quandam & occultam vim, atq; vt græcè dicā meli-
us, ἐν ἐργαίᾳ secū adfert, eamq; in auditoris animū
in quem illabitur transfundit; præsentaneum vene-
num si pestilens fuerit: remedium efficax, si saluta-
ris, vt optimè quidā senserit pariter, atq; affirmaue-
rit: Tales nos esse, qualia sunt quotidiana colloquia; tales
euadere, qualia frequenter audimus. Monet itaq; non
temerè Apóstolus. Fornicatio & immunditia ne nomi-
netur quidem in vobis. Si quos eiusmodi Priapos, Cy-
prios tantum qui crepent ignes, honesto contigerit
adesse Symposio, carpenti omninò, præsertim à cle-
rico, ne taciturnitate silentioq; quodam quasi assen-
su partem culpæ alienę reportet. Sin hoc fieri non
possit, excedendum potius confessu, quàm talia per-
ferenda, quidquid eam ob rem iniucundum eueni-
at, aut acerbum. Exemplo Clitomachi Pancratiastæ,
qui vt Ælianus refert, si quando in conuiuuis, de rebus
veneris, sermo incidisset, surgens continuo, discedebat,
quasi magna quapiam iniuria læsus. Atque de his supra
quoq; nonnulla leuiter tacta, protulimus.

Impudici
homines
vitandi.

Ephes. 5.

Ælian.
lib. 3. de
varia hist.

Dd 3

Ea

*Colloquia
pia qua
dexterita-
te introdu-
cenda.*

Ea verò prima erit cura, cui libet viro bono, præfertim clerico, conuiuio præfenti, vt de falutaribus rebus colloquia, fi non propalàm, faltem tacitè subinuehat, atque epulis quali interſpergat. Habenda tamen discretio, tum loci tum temporis, tum perſonarum ratio; ne importunitate quapiam, à re aliena, audientibus bilem moueas, & fructum impediās. Itaq; fi conuiuam agis apud homines Religioſos, ac ſpirituales, non niſi ſpiritualia propones, tractabis, excuties. Si apud ſæculares, iucundas è memoriæ promptuario, hiftorias, in medium profer, aliquid ex illis boni eliciens, atq; animis aſſidentium inſtilians. Si coactus forſan, hominum impiorū ac Marpeſiæ cautis duritia obductorum, cœtui adſis; caue, ne res pias, abſq; inuolucro aliquo, ac tegumento illis obrudas: *εἰς κὸν πρὸς θυμῶς, in ſimū odores ſpargis,* operam ludis, rubore ſuffuſus, explodèris: afferendum porius Morale quippiã quo delectètur, honeſtū tamen, atq; inde deducendū aliquid, per varios licet anfractus, quo ipſi ad bonum inflammantur.

*Habenda
circumſpe-
ctio, tem-
poris, loci,
perſonarū.*

Nequit adeò certus præſcribi modus, quid quouis loco ac tempore dicendum. Illud indubitatum, ni prudenti circumſpectione, quas monuimus, & locorum, & perſonarum, & temporum qualitates exploratas, tuo ſermoni aptaueris, loquere quiddam velis, imò ex Tripode oracula, Anthericum metes, ex arena funiculos nectes.

Quare ne imprudenter ad loquendum prorumpas, nondum præmeditato, quid dicas, quemnam in ſcopum id tendat, ſintne qui eo forſan iuari, qui forſan offendi poſſint; an offeſa præualeat, an vilitas ſecutura, & ſi qua ſimilia tali ſubſeruiunt deliberationi. Ex quibus omnibus, & tu quoq; prudentior habebis, & non facilè, aliquod in periculum incurres. Iuxta illud Salomonis: *Qui moderatur ſer-*

Prover. 17.

mones

mones suos, doctus & prudens est. Et eodem libro alibi: *Lingua placabilis, lignum vite, quæ autem immoderata est, conteret spiritum.* *Prover, 15.*

Sed quid si cum grauilissimis viris cœnæ, quos audire potius conueniat, quàm vt ipsi me audiant? quid tùm melius: taciturnum esse, an loqui? Rectè mones. Illud magis probor: ita tamen, ne semper piscis instar, mutus fedear, nihil omninò, rogatus licet, loquens, rogatus verò, sis breuis, & plura non effutias, quàm petantur; Audi Diuum Hieronymum: *Sit intentus ac vigilans, & aduersus peccata semper armatus animus tuus; sermo in omnib. moderatus, & parcus, & qui necessitatem magis loquendi indicet, quàm voluntatem.* *Epist. ad Celantiã.* Et Sapiens ait: *Stultus verba multiplicat.* *Eccl. 10. Prou. 26.* alibi quoq;: *Os lubricum operatur ruinas.*

Nec maximoperè curabis, taciturnitatē tibi probro verti; imitare sapiētissimos quosq; viros. Archidamus cuidam, qui vitio vertebat Hecateo Rhetori omnium clarissimo, q; adhibitus ad ipsorum conuiuū, nihil dixisset: *Videris, inquit, mihi nescire, quod tempore gloriois qui dicendi nouit artem, etiam dicendi norit oportunitatem.* *Plutarchi in Lacon. Taciturnit esse in tempore gloriosum.* In senatu, in foro, in concionibus, in legationibus, aliisq; Reipubl. negotiis, locus est oratori: in conuiujs temulentis, maiori cum laude filet eruditus, quàm loquitur. Sic periti bellatoris est, non minus scire fugiendi artem, quàm pugnandi. Cum *Caes. Erasmi lib. 6 cap. 6.* Catoni, qui postmodum dictus est Uticensis, etiamnum puero ad infamiam computaretur taciturnitas; ait: *Carpant taciturnitatem, modo vitam probent.* Et addidit: *Tum demum abrumpam hoc meum silentium, cum ea loqui poterò, quæ sunt indigna silentio.* Dignum Catone verbum, & iuuentuti præcipuè inculcandum.

*Lyrosth. in
Theatro,
volum. 2.
lib. 18. Tit.
Taciturni;
Eralm. l. 8.
Apoph.*

Demaratus in conuiuiali quodam confessu rogatus, Vtrum ob stultitiam, an ob sermonis inopiam fileret. *Atqui stultus*, inquit, *ne possit quidem silere*. Euripides cuidam opprobranti graucolentia oris, argute respondit. *Multa nimirum in illo occulta computruerunt*: Significans, se posse continere arcana. Decipiuntur ergo qui hoc preclarum existimant, n grauisimorum virorum confessibus nunquam fileant, sed semper aliquid, siue rotundum, siue tortum, aut curuū, garriant, cum id certissimum sit faitutatis indicium: vt contra silentiū, vbi loquendi tempus nō est, prudentiæ luculentissimū argumeutum.

CAPVT XXIV.

Detractiones à conuiuio expellenda.

OMnem proximi fugiendam iniuriam, dum conuiuio insitis, monet oportunè sapiens. *In conuiuio vini non arguas proximum, & non despicias eum, in iucunditate illius; verba improprij non dicas illi; & non premas eum in repetendo*. Maior verò ipsi contumelia vix posset inferri, quàm famam eius, clam vulnerando, calumniis. Nam vt S. Thomas ait. *Detraçtio secundum genus suum, est maius peccatum, quàm furtum; quia magis nocuum. Melius est nomen bonum, quàm diuitie multa.*

*Eccl. 31,
22. q. 73.
o 3.
Frou. 22.
Detraçtio
grauis
crimi-
nū.*

*Parie 3,
cap. 20.
Detraçtio
conuiuio
perfami-
liarū.*

Est verò hoc vitium conuiuio à natura quasi agnatum, vt vix vnquam ab ipsis diuelli, aut separari possit. Vnde Gregorius in suo pastorali. *Nisi enim mordax loquacitas epulis addictos raperet, Diues ille, qui epulatus quotidie splendide dicitur, in lingua grauius non arderet; dicens, Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aqua, vt refrigerec linguam meam, quia crucior in hac* flame.

flamma. Quibus profecto verbis ostenditur, quia epulando quotidie, crebrius in lingua peccauerat, proximi famam lacerando, totus ardens, refrigerare se in lingua precipue requiret.

Audiant rabidi canes, qui nunquam non ad mordendam, atque excarnificandam aliorum famam, dentes exacuunt. Audiant S. Pauli sententiam. *Malitiosi regnum Dei non possidebunt.* Audiant isti laruarum luctatores, qui, vt eleganter Lucianus, *σκιομαχῶσι πρὸς ἀπόντας*, Vmbaticam pugnam contra absentes pugnant, qui manu altera, non raro panem, altera lapidem ostentant, qui persæpè calidum ac frigidum, vno ex ore flant; audiant, inquam, & antequam alios calumnia petant, in suosmet sinus inspuant prius, manticamq; propriam executientes, secum habitent, & norint, quam sit sibi curta supellex. Intueantur exempla veterum, quantoperè hoc malum oderint. Alexander Macedo, cum familiaris quidam, aduersarium suum traduceret, altera manu aurem obstruxisse fertur, vt illam puram absentem relinqueret. Vespasianus & Titus Imp; adeo huiusmodi, alienæ famæ obrectatores, insectati sunt, & odio persecuti, veluti publico exitio destinatos, vt flagellis cælos, per Amphitheatri arenam spectandos, traducerent. Domitianus, inter Imperij monstra connumerat^o, hac in re solum sapere visus est, quod detractores contempserit, & ab vrbe expulerit, hanc vocem diligenter vsurpans. *Obrectatores & calumniatores, qui non castigat irritat.* De quo sic Platina scripsit. *Quales igitur estimandi sunt ij, quos etiam sceleratus Imperator, odio habuit? Ac merito quidem; Contra superbos enim, iracundos, violentos, fures, prædones, sicarios, inuidos, sunt nobis inuenta remedia; Contra*

Dd § hos

Antonius
in Melis-
sapor. 1.
serm. 57.
Alexand.
ab Alex.
l. 3. Genial.
cap. 22.

L. x. de op-
timo ciue.

hos verò nullum, cum versuti, vafri, subdoli, fallaces sint, ac prius opprimant, quàm tale aliquid suspicari possit. Quare S. Augustinus Possidonio teste, (hunc alij Pelsidium vocant) sic huiusmodi obrectationes auertabatur, vt mensæ suæ hoc distichon superinscripserit.

*Quisquis amat, dictis, absentium rodere vitam,
Hanc mensam vetitam, nouerit esse sibi.*

Non rarò etiam coepiscopos suos, alijs obrectantes, grauius obiurgauit, seseq; aut deleturum verus illos, aut abiturum minatus est.

Fugiendum itaq; omne genus detractationis, apertum illud sit ac nudum, siue rectum ac fucatum.

Stimul. virtutum li. 3, ca. 22. Quid enim refert, ait Guilielmus Baldefanus, vt non adlatres, si vel sine adlatratu mordes? Quid mihi prodest, quod te vel malo indolere, aut etiam illachrymari fingas, vel virtutem aliquam meam laudes, si paulo post, instar vespæ, vel scorpionis, lingue aculeum mihi infixum relinquis, & conclusionem orationis veluti reflexa cauda, sic famam meam inficias, tanquam si capitalis sis inimicus?

Quid agendum auditu detractationibus.

Bono itaq; viro quid faciendum, huiusmodi detractationes, in consensibus audienti? si possit ac valeat reprimat eiusmodi Zoilos, & quæ dicta sunt neget; sin verò inficiari tuta fide non possit; taceat, ac vultu tristi, atq; exasperata fronte, sibi plurimum displicere ostendat: hoc contra calumniatores optimum esse antidotum, ex sacris etiam scripturis liquet.

Prou. 25. Theatr. vit. hum. vol. 2 l. 15. Tit. Taciturni.

Ventus Aquilo dissipat pluias, & facies tristis linguam detrahentem. Quod ipsum de Xenocrate legitur; qui cum casu quodam inter maledicos quosdam foret, atq; illis ex more obrectantibus, aliorum absentium famæ, subtristis tacuit. Interrogatus, cur frontem non exporrigeret? *Quia locutum me ali-*
quan-

quando pœnituit, tacuisse nunquam. Si nec istud proficiat, à confesso potius iudico abscedendum, exemplo Sancti Patris Augustini, ni alia quadam re introducta, venenati sermones queant interrumpi.

CAPVT XXV.

Modestia seruanda in comestionibus.

Breui methodo omnia, quæ hîc latè tractari possent, comprehendit spiritus sanctus, in Ecclesiastico. *Vtere quasi homo frugi, his, quæ apponuntur: Vt non cum manducas, multum odio habearis. Cessa prior, causa disciplina: & noli nimius esse, ne fortè offendas. Et si in medio multorum sedisti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior poscas bibere.* De eadem re S. Bernardus. *Obseruandus, inquit, est cibi modus, & terminus & quantitas: fugienda quoque sunt superflua, & adulterina condimenta. Obseruandus est modus, vt non effundat, qui comedit, animam suam super omnem cibum: Tempus, ne ante horam. Qualitas, quibus vritur communitas fraternitatis, excepta caussa manifesta infirmitatis.*

Eccl. 31

In Epist.

quadam.

Quorundam immodestia taxata.

Modestia itaq; quam hîc inuestigamus, præcipuè cernitur in gestu corporis componendo. Nonnullos est reperire, qui confestim, vbi accubuere, ad indicandam insatiabilem gulæ ingluuiè, & abdominis cupiditatem, insolita, immodestissimaq; membrorū omniū mobilitate afficiuntur. Oculis totâ perlustrant mensam, omnes perrant dapes, anhelant cupidis faucibus, prurientib⁹ dentib⁹, properant, scindunt frangunt, perunt, rapiunt, vorant, non vt homines, gn poti⁹ vt famelici canes: nondū quod ori ingesserunt, est deglutitū, & aliud, vt buccæ vtricularum instar rurgeant, inuehitur: Plus oculis quàm ore, plus

ore

ore, quàm stomacho capitur, ac deuoratur. Meminerint itaq; præceptorum, quæ facili Methodo sapiens Ecclesiasticus compendiosè præscribit. *Vtere quasi homo frugi his quæ apponuntur: ne te instar porcorum ad lintres accurrentium, contento impetu ad mensam effundas: ne properes quasi omnia tractu vno, quæ aliis quoq; vnà tecum apposita sunt, voraturus: ne ineptis gesticulationibus, omni honestatis ratione postposita, nauici te hominem, atq; brutorum instar, ad pastum abiectum esse, demonstra. Cur hæc? *Vt non, cum manducas, multum odio habeas. Quis enim huiusmodi belluinos mores non despiciat? non contemnat? non detestetur?**

I. Præceptum Modestie in comedendo.

Cessa prior causa disciplinae. honoris ergò, noli potestremus esse, in delicandis dapibus, ne Pamphagus aliquis, aut Milo Crotoniates, habeas.

II. Præceptum Modestie.

Noli nimius esse ne fortè offendas. Noli ventriculum cibis nimium infercire, quamobrem? Ne fortè offendas, ne lædas, ne dissipas bonam corporis valetudinem; ne fortè offendas, ne mentis statum euertas.

III. Præceptum Modestie.

Et si in medio multorum sedisti, si ad conuiuium es vocatus, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior poscas bibere. aliis conuiuis, te forsan dignioribus, honorem non præcipe, epulas capiendo, aut potum postulando: quin omnibus velis esse posterior. Hac breui compendio dicta, hic sufficiant, qui plura volunt, aliunde petant, ab iis, qui de moribus scripsere,



CAPVT XXVI.

Risus itidem moderandus in honestis conuiujs.

Grauitate, hanc in ridendo effusam immodestam, arguit per sapientem sacra scriptura. *Risus dolore* Provi. 14.
miscbitur, & extrema gaudij luctus occupat. In Ec-
 clesiastico quoque sic habetur. *Melior est ira risu:* Eccl. 7.
quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis. *Cor sapientium vbi tristitia est: Cor stultorum vbi letitia.* Eccl. 10.
Et iterum: Risum reputavi errorem: & gaudio dixi, quid frustra deciperis? Et alio in capite eiusdem
 libri. *Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus* Eccl. 19.
hominis, enunciant de illo. *Demum: Fatuus in risu exal-* Eccl. 21.
tat vocem suam; Vir autem sapiens vix tacite ridebit.
 Minatur quoque Christus in Euangelio, ita effuse Luc. 6.
cacchinantibus. Væ vobis qui ridetis nunc, quia luge-
bitis & flebitis.

Eam quoque ridendi facilitatem, acriter prosci- Risus ni-
 dunt sancti Patres. S. Augustinus ait. *Nihil est fedi-* mius im-
mus, risu irrisione dignissimo. Item alibi. *Inepta letitia di-* probat.
cit, vt quid animi gaudium intus abscondis? Ingredere in L. 1. contra
publicum letus, dic aliquid foris, vnde vel te proximi Academi.
rideant, fac eos letos tua letitia. Et S. Hieronymus. lib. de con-
Risus dissoluit sapientem: ira corripit & emendat. Iras- si. In vi-
camur & nobis, si quando peccamus, irascamur & alijs; tiorem.
per tristitiam quippe vultus, melior fiet animus: Et id- In Luc. c. 6.
circo væ nunc ridentibus, quoniam ipsi lugebunt.
 Eodem de excessu S. Ambrosii loquitur. *Abhorre-* Lib. Offic.
re debemus, ab illis confabulationibus & colloquijs, quæ cap. 21.
nobis intolerabiles quosdam risus excitare solent: Væ vo-
bis qui ridetis, quia flebitis. Et væ quod nihilominus oc-
casiones quæramus ad ridendum, & liberiori cacchinno
indul-

Serm. ad Sorores. indulgendum, idq; inde consequamur, ut in hac vita modico quodam tempore rideamus, in alia verò in perpetuum desleamus. Et S. Bernardus. Nos miseri quare ridemur? qui de omnibus operib' nostris, in conspectu Angelorum, & omnium sanctorum, Deo rationem reddituri sumus.

In tabella spiritali. Quare non immerito Ludouicus Blofius. Pudebit te vanè gaudere, si recordatus fueris Deum summè iucundū, summè amabile, summè fulgidum & serenū, summè gloriosum, tibi semper esse presentem, in quo, & propter quem solum, exultare debes. Et Plato tempestiuè monet. Sed neq; in risum nimium profusos nos esse oportet, nam effusum risum, vehemens plerumq; mutatio sequitur. Quod affirmat Quidius quoq;.

L. 7. Metamorph. Gaudia principium nostri sunt sepè doloris.

Sunt verò quidam adeo ad risum propensi, vè minima occasione data, in cacchinnos resoluantur. De Tyrinthiis refert Eustathius, q̄ cum φιλογέλοιος τὸν ἔσσην, & ob id apud vicinos malè audirent, Delphicū oraculū consuluerunt, quomodo ab hac mala existimatione liberari possent? Respōdit Pythias Si Neptuno Taurū immolarent, & ἀγέλας ἰνὴν mare proiicerent. Illi re deliberata, pueros omnes à sacrificio isto excluderunt, ne quam occasionē ridendi haberent. sed cum fortè puer quidam sese cœtui intromiscuisset, & seridè absq; risu omnia administrari videret, nouitate rei perterritus, vultū & ipse tetricum s̄inxit. Quam Profopœiā videntes astantes, in maximum cacchinnū effusi, irritū fecere sacrificiū. Democritus omnes deridere solit⁹ erat, aiens omnes inflanire. Vndè etiam Gelasimum, id est risorem, eum ciues sui appellabant. Zoroastres Persarum Rex Magiæ inuentor, eadē hora risisse dicitur, qua natus est. Et à suis quoq; subditis eam obrem infamia notatus fuit; Osyris itidē, cupidissimū risus fuisse, ac promi-

Quidam prætermodum risibiles.

Alian. l. 4. de var.

Solinus Poet. c. 4.

dē quibusdā ludibrio habit^o perhibetur. Xenophan^o nunquā risum temperare potuit, Aristotele teste, atq; adeo stolidior cæteris estimatur. Et Hippaten^{ses} Theffali, Deum Risum coluere, cui quotannis in lætitia sacrificabant.

Quin & nonnullos risu emortuos legimus. Philemon Syracusanus, tempore Alexandri Magni, annos natus nonaginta, nimio risu perit. Videns enim asinum ficus edentem, mensę paratas; puero dixit: da nunc ei bibere, & sic mortuus ridendo corrui. Et Zeuxis quoq; Heracleotes pictor, qui ad Helenā, penicillo formandā, ingeniū omne, artiq; vires exposuit, cū vetulā quandā à se faberrimè pictam inspiceret, effusè tecum adeo risit, vt inter ridendum animā efflauerit. Philistiō, Nicęus Comic^o, similiter risu perit. Cæteros plures commemorare, Et ad qd plura?

Indubitarum est, in communi adagio, quo *Risum Synerusium*, dicebāt Græci, notare voluisse, effusiores cacchinnos, graui viro vehemēter indecoros, quod ab impotenti animo proficisci videantur; si quidē, vt turpe est, cordato viro, muliebri more eiulare, si qd doleat: Ita immoderato, in cacchinnū effundi gaudio, parū est decorum. *Aiacis* quoq; *risus*, in dicto-
rum abiit, quo illi taxantur, qui cum nulla risus causa est ita cacchinnantur, vt ilia mox crepent.

Verum enim verò, exempla eorū, qui nunquam planè, aut vix vnquam riserint, non pauca inuenio. quid attinet, iis percensendis, prolixū esse? Christum Dominum nunq̄ risisse scimus, nec multa de Apostolorū, & aliorum sanctorū risu, legimus. Plato iuuenis tam compositus fuit, vt nunquā, nisi modicè risisse deprehensus sit. Atq; ita modestum risum, non improbandum duxerim Hinc D. Hieronymus de Nepotiano. *Grauitatem mōrum, hilaritate frontis temperabat. gaudium in risu, non cacchinnum intelligeres.*

Omnes *Heliodorū*.

Diodor. Siculus. lib. 1.

de rebus antiq. c. 3.

*Lib. 7. Ethi-
corum.*

Apuleius Floridor.

lib. 1.

Valerius Max. lib. 9.

cap. 12.

*Quidam risu emor-
tui.*

*Pomponi-
us Mela.*

Gyrald.

Dia. 8.

*hist. Poëti-
cæ.*

*Synerusius
risum.*

*Aiacū ri-
sum.*

Laërt. 1. 3.

*In Epita-
phio Nepo-
tiani ad
Heliodorū.*

Omnes quidem, immodestior risus, dedecet in conuiuio, præcipuè tamen clericos, & sacerdotes, quorum modestia potissimum apud Laicos innotescere debet. Hinc & Ioan. Chrysof. *Qui monachum profiteris, aut Ecclesie ministrum, qui crucifixus es, & debes lugere, & rides? Dic mihi ubi Christus hoc fecit? audisti hoc alicubi? nunquam, sed contristatum sepius, legisti.* Et S. iterum Hieron. *Ridere, & rideri, secularibus derelinque; Grauitas tuam personam decet, nunc flendi tempus est, in futuro ridendi. Beati enim fletus, quoniam ipsi ridebunt.* Et concil. Carthaginense 4. sic statuit. *Inter Epulas cantillante Clericum, excommunicationis sententia seueritate coercendum decernimus: scurrilia, iocularia, risumque mouentia verba loquens, accerrimè corripatur.* Atq; hæc de immodesto risu coercendo.

CAPVT XXVII.

Fæminarum conuersatio & familiaritas nimia præsertim clericis & sacerdotibus fugienda.

Serm. 250. qui est. 2. Tom. 25. post. Trinit.

Periculum huiusce conuersationis, apertè denunciat S. Augustinus. *Inter omnia Christianorum certamina, sola duriora sunt prælia castitatis, ubi quotidiana est pugna, rara victoria, grauem castitas sortita est inimicum, qui quotidie vincitur, & timetur: Et ideo nemo se falsa securitate decipiat, nemo de suis viribus periculose præsumat, sed audiat Apostolum dicentem, fugite fornicationem. David enim ille sanctissimus in mille passibus, mulierem nudatam vidit, & statim homicidium fecit, & adulterium. Et aliqui in aliena domo, cum extraneis mulieribus, putant se castitatis obtinere triumphum; Ignorantes, dupliciter se apud Deum reos*

exist-

existere: dum & seipfos in periculum mittunt, & aliis exemplum peruersæ familiaritatis ostendunt. Hæc Augustinus non minus providè quàm verè.

Quare expressim monet sapiens. *Ne intendas fallaciam mulieris.* Et postea, cautius prospiciendum, suadere contendens. *Nunquid potest homo, inquit, abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, ut non comburantur vestigia eius? quasi dicere velit; haud magis, cum feminis versari poteris familiariter, & non labi. Itaque*

Prouer. 5.

auerte faciem tuam à muliere compra, & ne circumspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi peccauerunt, & ex hoc concupiscentia, quasi ignis exardescit.

Ecc. 9.

Et alibi: In medio mulierum noli commorari; De vestimentis enim procedit tinea & à muliere iniquitas viri.

Idem 42.

Et Paulus deniq; hortatur. *Adolescentiores viduas deuota. Quamobrem hæc omnia? Vix namq; imò, ne vix quidem, puritatis integritas, hoc in discrimine stabit inuiolata. Sancitum ergo a sacris Canonibus legitur: Clericus solus ad fœminæ tabernaculum nõ accedat, neq; properet, sine maioris natu sacerdotis iussione. Nec solus Presbyter, cum sola fœmina, fabulas miscat; nec Archidiaconus, sub prætextu humilitatis aut officii; frequenter intret domicilia matronarum, aut forte per clericos, aut domesticos, matronæ mandet aliquid secretè. Si agnitum fuerit & ille deponatur, & illa ab Ecclesia liminibus arceatur. Plures alii ad hoc ipsum propositum, Canones possent adduci; cura tamen breuitatis eos omittere cogimur.*

1. Tim. c. i.

Clerici fugienda mulierum familiaritas.

Dist. 61. ex epist. S. Clement. ad Iacob. fratrem Domini.

Vide dist.

81. can. volumus, qui est Symmachi Papa. can. in om-

Et Acc-

nibus, qui citatur ex 7. syn. can. cum omnibus ex Concilio Carth. ord. 7. can. Faminas, ex Syrico, epist. x. ad Himuerum Episcop. Tarraconensem, cap. 12. can. clerici, ex Concil. Aphric. 4. cap. 5.

Accedunt sancti Patres, qui & ipsi ardentem mo-
nent clericos, ne se temerè, foeminarum necessitu-
dini, intromittant. S. itaque Hieronymus sic scribit:
Hospitiolum tuum, aut raro, aut nunquam mulierum pe-
des terant. Omnes puellas aut virgines Christi, aut aqua-
liter ignora, aut aequaliter dilige. Idem in epistola alia:
Fuge personas, in quibus potest esse mala conuersationis
suspicio; nec paratum habeas illud è triuio: sufficit mihi
conscientia mea; non curo quid de me loquantur homi-
nes. Et certè Apostolus providebat bona, non tantum
coram Deo, sed etiam coram hominibus, ne per illum
nomen Dei blasphemaretur in gentibus. Et alia quadam
in Epistola: Virgo es: quid te mulierum delectat socie-
tas? quid fragilem & sutilem ratem, magnis committit
fluctibus, & grande periculum navigationis incerta, se-
curus ascendis?

Epist. ad
Nepot. de
vita cleri-
corum,
Ad Gerō-
niam de
Monoga-
mia.
Periculum
conuersa-
tionis cum
mulieri-
bus.

Ad Gau-
dentium de
Pacatula
sine cau-
tione,
Lib. 1. Of-
fic. cap. 20.

Assentit D. Ambrosius: Viduarum ac virginum
domos, iuniores clericos, nisi visitandi gratia, adire non
est opus. Et hoc cū senioribus: hoc est, vel cū Episcopo; vel
si grauior est causa, cum Presbyteris. Quid necesse est, ut
demus obrectandi locū secularibus? Quid opus est, ut ille
quoq; visitationes crebrae, accipiant auctoritatem? Quid
si aliqua illarū fortè labatur? cur alieni lapsus subeas in-
uidiā? Quam multos etiā fortes, illecebra decepit? Quāti
non dederunt errori locum, & dederunt suspicioni?

Ser. 58. ad
Iororem.

S. Bernardus etiam: Dispar sexus, in vnū collocatus,
illuc prouocat instinctum carnis, quo nascitur. Saepè fami-
liaritas vincit, quos vitium superare non potuit. Saepè oc-
casio peccandi voluntatē fecit, & facit. Sexus viri & fe-
minae diuersus; Et ideo si in vnum coniunguntur, statim
indē occasio peccandi nascitur. Circa ignem sedens, est
ferrea sis, aliquando dissolueris.

De

De periculo lapsus, præmonet etiam D. Cypria. *Lib. singu-*
lari. cleri-
corum.
 Vni contingit, per tempestates, nauigia feliciter explica-
 re, & alteri talis felicitas non potest euenire. hic vnus si-
 ne querela cum mulieribus conuersatur, alius cadit. Et
 ibidē post pauca, discrimē conuersationis, euidētī⁹
 denunciāns. De carbonib. scintilla disiliūt, de ferro ru-
 bigo nutritur: morbos affides sibilant, & mulier fundit
 concupiscētia pestilentia, quā Salomon sic cōparat dicēs:
 De vestimento procedit tineā, & à muliere iniquitas viri.
 Et post multa: Ex improuiso, vel transeuntes, ad horā, *Prouer. 25.*
 fæmineus aspectus occurrēs, velut sagittas, alienis oculis
 iactat. S. etiam Gregor. Neocesariēsi, *Expertus sum,* *Comments.*
 mulierem esse quandam mollem terram, vel tale quid. *in Eccl. c. 3.*
 Cor enim ipsius, quasi sagena, prætereuntes concludit. Quod si
 manu sola cōtingat, tenet. Sin amplexetur, vinculis tenet. *De virgi-*
 S. demūm Basilus. Sicut secretissima nature, in *nit.*
 Magnete lapide nouimus, non ipsum ad ferrū adduci, sed
 ad se potius ferrum attrahere: Ita & fæmineum corpus, *Orat. 2.*
 aduersus masculinum, ineffabilem accepit vim; per quam, *aduersus*
 ferme dixerim, ignorante anima, quæ in ipso est, viri cor- *vitia.*
 pus vltro, ad illicitum concubitum trahit. Nilus de per-
 niciose hui⁹ familiaritatis periculo sic loquitur. Mu-
 lierum aspectus, sagitta veneno illita, quæ ferit animū, &
 venenum immittit, & quò diutius manet, eò magis vul-
 nus computrescit. Et eodem loco nonnullis aliis inter-
 lectis. Ad ignem potius ardentē, quam ad mulierē iuue-
 nem, iuuenis appropinqua. Nam si ad ignem accesseris,
 dolore affectus resilies: At si fæminæ verbis incensus fue-
 ris, haud ita facile recedes. Florent olera propē aquam sa-
 ra: & libidinis semina, mulierum familiaritate excitantur.
 Superfedendum existimo, plurium testimonio.
 rum productioni, ne iusto sin longior.

Ec 2

Mu-

*Seducti à
fœminis
cōplurimi,
Genes. 3.
Iudic. 16.
2. Reg. 11.
3. Reg. 21.
Epist. ad
Rusticum
Monachū,
Possidoni-
us in vita
D. Aug.
c. 26,
Lib. 3. Dia-
log. cap. 7.*

Mulierum conuersatione quis non fuit seductus? Testis est primus parens noster Adam: Testis est Samson: Testis Dauid: Testis Salomon. *Ioannes Baptista, inquit S. Hieronymus, sanctam matrem habuit, Pontificisq; filius erat, & tamen nec matris affectu, nec patris opibus vincebatur, vt in domo parentum, cum periculo viueret castitatis.* Interrogatus quondam D. Augustinus. *Quare cum sorore habitare fugisset? Quia, inquit, quæ cum sorore mea sunt, non sunt meæ sorores.* Et hoc eius commune dicitur. *Malū est, mulierē videre, peius alloqui, pessimū tangere.*

Nota sunt, quæ D. Gregorius scribit, de Andrea Fundanæ ciuitatis Episcopo; qui cū esset probatissima castitatis Antistes, quandam sanctimonialem fœminam, de cuius continentia castitateq; tam certus erat, atq; de sua, apud se, in Episcopo habitare permisit. Nihilominus indē accidit, vt hostis antiquus, hoc ex conuictu tentandi ipsum, arriperet ansam, tantumq; breui profecit, vt blandiendo, terga eiusdem fœminæ percuteret. qua de victoria cū Iudæus quidam, noctu gloriantem dæmonē, mirabili euentu inaudisset; re ad Episcopum delata, Baptismum petiit. Episcopus verò, protinus peccatum agnoscens, humi prostratus, veniam errati petiit; moxque de suo habitaculo, non solum eandem Dei famulam, sed omnem quoq; fœminam, quæ in eius illic obsequio habitabat, expulit.

*Fuga con-
uersationis
fœminarū.
Lib. 5. c. 6.*

Fuere adē nonnulli sanctissimi viri, qui ne fœminas quidem, ob hoc ingens periculum aspicere voluerunt. Sabellicus id commemorat de S. Ioanne Anachoreta, de Paulo Abbate, qui solitudinem, Fanephiso oppido proximam, incoluit. De Arsenio & Pione S. Antonii discipulo, itidem Abbatibus, De S. Martino Malsici Campaniæ montis solitario.

Mar-

Marcus Marulus. S. Thomas Aquinas, mulierem, que castitatis ipsius propositum labefactare moliebatur, titione fugavit. S. Bernardus clamore. Quin Ethnicorum quoque, hoc periculum fugientium, exempla non desunt. Alexander Magnus, cum Darij hostis conjugem, omnium feminarum, que etate illa fuerunt, pulcherrimam, filiasque virgines cepisset, eas videre noluit. Interim tamen tam sancte, & fideliter, eas penes se, in castris habuit, ut proprias sorores. Idem cum apud Antipatridem cœnaret, isque ad cœnam formosam Psaltriam induxisset, Alexander aspectu motus, in illam exarsit. Mox rogavit Antipatridem. Nunquid non & ipse mulieris amore teneretur? Illo confitente: O scelestè, inquit, non tu proinuis abduces è conuiuio mulierem? En quantum Regius hic animus continentia additus erat. Zeno simul & Cleanthes, assidebant Chæremondæ cuidam famina; quumque sentiret affectum libidinis, Zeno, surrexit. Quod cum admiraretur Cleanthes: Etiam à bonis, inquit, medicis audio, aduersus inflationes optimum esse remedium quietem. Atque ita vir integerimus, castitatis periculo se subduxit. Rex Asiæ Antiochus, Epheso discessit, ne amore captus, cum formosissima virgine, quæ Dianæ sacerdos erat, peccare cogereetur. Prudenter namque prælio cum hoste abstinendum duxit, qui vix, neque id, nisi fugiendo, vincitur. Clitomachus Pancratiastes, si quopiam in confesso, venereis de rebus sermo incidisset continuo surgens discedebat. Idem de Archyta legitur, & Marco Catone seniore.

Adeò verum est quod Michaël Verinus eleganti versu expressit.

*Sapè pudicitiam, mulier, formosa propinqua,
Eripuit castis, multaque damna dedit.*

Ee 3

Fami-

*In vita v-
triusq.*

*Aulus Gelo
Noft. At-
tic 1, 6. c. 8.
Alexan-
dri Magni
continen-
tia,
Plutarchus
in Apop-
thegmat.
Regum.*

*Diog. La-
ert, 1, 7, c. 1.*

*Plutarchus
Regum A-
pophthe.
Ælian. 1. 3,
de varia
historia.
Ælian.
lib. 14.
In Epi-
gram-
matib.*

Fœmina peccati gluten; latet anguis in illa.

Si sapiſ: hanc ceu ſit peſtis amara, fuge.

Noxia fœminei fugias contagia cœtus,

Quanti cauſa mali, fœmina prima fuit?

3. *Georgic.*

Virgilius quoq; non incongruè, de hac cum mulieribus familiaritate:

Carpit enim vires paulatim, vritq; videndo,

Fœmina.

Que omnia honeſtis atq; ingenuis viris, ſacro præſertim ordini, qui continentiam proſitetur, adſcriptis, incitamento ſint, ad declinandas eiſmodi, cum fœminis conuiuationes, vbi tentationis aliquid ſuboriri poſſit. nedum ſuſtineant, ipſorum in præſentia, introduci colloquia, de rebus veneriſ. Quod ſi fieret, aut id reprehendant & impediunt: aut ſi non poſſint vel ſubtriſti vultu diſplicentiam indicent vel è conſeſſu illicè excedant.

CAPVT XXVIII.

De Muſica conuiuiiſ adhibita.

*Conuiuio-
rũ parer-
ga qua?*

VEntum ergò ad conuiuiorum parerga. Muſicam, inquã, ſpectacula, choreas atq; alia oblectamenta, quæ ſæcularium hominum conuiuiiſ licitè adhiberi aliquando poſſunt. Non hic ago cum Clericis ac Religioſis, qui quid hiſce in rebus ipſorum ſtatu congruat, aliundè pernouerunt. Hac ad illos non pertinent. noſter eſt animus, ingenuos viros, eiſmodi ſanctum vitę genus haud profeſſos, iſthic informare, ne in quibuſcũq; oblectationibus, honeſtatis limites egrediantur, imò ne grauitè delinquant.

*Cur diuer-
ſa lenoci-
via præſen-
tibus
conuiuiiſ
adhibita?*

Ac primùm; yniuerſim aliquid, illis de lenociniis vt dicamus, videndum, cur veteres olim ea conuiuiiſ ſuis

suis admiserint? iucunditatem ut conuiuis atque latitudinem procrearent; quis non dicet?

Atqui verò & aliam huius permissionis causam indicat Diotogenes hisce verbis. Caterum primi illi Legis latores cum animaduertent, quod hominum studia non possent omnino tranquilla esse, admiscuerunt eis Musicam, saltationem, & rythmos, motu certo & ordine constantes, ad hoc ludos concesserunt, qui vel ad mutuam conjunctionem promouerent, vel ad verum agnoscendum, ac cuendumque ingenium facerent. Similiter illis qui Ebrietate & crapula adducti, aliquid mali perpetrabant, tibias & concentum accommodarunt; ut ingenia his modis irrigata, honestiores maturescendo mores acquirerent. Ergo inde colligendum. præcipue Musicam à veteribus usurpatam, ut Ebrietas à conuiuio profligaretur, quando animis, eius dulcedine ac suavitate delinitis, ac rapris, nimia vini licentia poculorumque violenta coactione impedita, sobrietas illusa conseruaretur.

Quin etiam oblectationis, & honestæ voluptatis ergo adhibite, non erit carpenda; imò pertæpè suadetur, tum ad leniendas animorum asperitates, tum ad illicitas cupiditates reprimendas. Hinc Alexander ab Alexandro. Platonis institutum erat, ut Iuuentus Musicæ disciplinis, inter primas artes instrueretur, ut grauiora studia, honesta voluptate lenirent. Id quod Pythagoras quoque censuit, qui repentinos motus animi, & mentis perturbationes, nullare magis, quam vocum concentu emulceri putauit. Vnde Clinias Philosophus Pythagoræus, apud Ælianum, si quando ad iracundiam se præcipitem ferri sensisset, confestim chordis adaptatis, Cytharam pulsabat. Interrogantibus cur id faceret? Respondit. Quoniam animo mitigor. memorabilis est historia & scitu digna

Primum
iucundita-
tu ergò.
Lib. de
sanctitate
apud Sto-
beum. ser.
41. de Re-
publico.
2. Causa
arcende te-
mulentia.

Genial.
dier. lib.
2. cap. 25.

Musica ho-
minum de-
mulet a-
rimos. Lib.
14. de va-
ria histo-
ria.

Ec 4 digna

*Lib. 1. Me-
trop. c. 27.*

digna, quam Albertus Crantzius recenset. Ludouicus Pius Imperator, cum Theodulphi Episcopi cō- filio & instinctu regno exutus, captus & in carcer, à Lothario Impio filio coniectus esset, liberatus & restitutus in regnum, vinctum vicissim Theodulphū, carceri includit; in quo cū hymnum: *Gloria laus & honor tibi sit, Rex Christe Redemptor;* quem in custodia composuerat, ipso die Palmarum, audiente Imperatore cātaret, eius dulcedine permollitus, veniam dedit Theodulpho, vitæ suæ insidiatori, & liberum abire permisit. Verissimum itaq; quod ait Franciscus Petrarcha. Est haud dubiè in animis hominum generosis maximè, potētissima Musica, sed effectus supra fidem varii. hos ad lætitiā, illos ad sanctum & deuotum gaudium, piaq; nōnunquam lachrymas mouet.

*Francisc.
Petrarcha
de remed.
viriūque
fortune,
lib. 1. Dial.*

*23.
Lib. 6. an-
tiq. Iuda-
sar. cap. 9.*

Iosephus quoq; de Saule Rege Israhelitarū primo: *Dauid ad Samuelem, inquit, demonū incursum exagitatū, accersitus est, vt cantu demulceret astuantem mentis furorem. Id quod praestitit. Nam quoties in morbum incidit Saul, stans Dauid ad caput, cū sacros hymnos voce & fidibus cecinisset, ad sanam mentem red- clus est.*

*Musica
multas im-
pegit ma-
las cogita-
tiones,
Eustath. in
3. Odyss.
Homer.*

Musica quoq; multas impediri subinde malas cogitationes, in Clytemnestra, Agamemnonis vxore, docetur. Hanc enim Ægyptus non prius corrūpere potuit, quā Demodocum, Poētā & Musicū insignē, qui Clytemnestrā ab Agamēnone custos erat relictus, è medio sustulisset. Tanta erat Musicæ vis in castitate tuenda. Eandem ob causam Plemius, Demodoci frater, ab Vlysse, Penelope vxori custos datus, esse tingitur, qui vt in primo Odyss.

Βίη παρὰ τοῖς μνηστῆσι μείδ' εἶ

Coactus apud procos canebat; non turpes fabulas, sed miserabilem Græcorum reditum à Troia. Coactus autem canebat, quia non, ut procos oblectaret, sed ut Penelopen custodiret, in Ithaca, ab Vlyffe relictus erat.

Hæc ob causas omnes, Græcis, ut Plutarchus ait. *In Laconibus.* Nullum conuiuium suaue videbatur absq; Musica; cuius modestum vsum, nemo sanæ mentis poterit improbare.

Abfit verò omnis lasciuia, procul sint turpes amatoriaq; cantilena, quas, ut morum, animorumque corruptelas perniciosissimas, honesti viri non tolerant. Nam ut S. Ioann. Chrysoft. ait; *Quemadmodum sordes & limus, aures corporis obstruere solent: Sic meretricij cantus aures mentis solent oblinire, atq; immundas facere. quasi enim stercus auribus vestris immittunt, huiusmodi cantilena, & quod Barbarus ille minabatur dicens: Comedetis stercus vestrum, id nunc multum non verbo, sed re in vobis faciunt, imò verò multo peius ac fædius. Nam fornicarij cantus, multo magis quam stercora, sunt formidabiles.*

Moderatum verò, & non nimium Musices vsum, permittendum dico, ne animi eius dulce dine illecti, penitus effæminentur. Id ipsum veritus est quoq; de suis Turcis Solimannus Turcarum Rex. Nam cum ipsi à Francisco I. eius nominis, Gallorum Rege, peritissimi, in omni genere Musicæ, artifices, donati missi essent, illis primò summo opere delectatus fuit. Mox cum Constantinopoli summo studio populam ad audiendum concurrere, & earum artium disciplinam affectare cerneret, veritus, ne animi ciuium effæminarentur, instrumentis omnibus confraçtis, & igni absumptis, Musicos ipsos Francisco Regi remisit. Cavit quippè perfidus Mahometus in

Ec 5 Alco-

Omni lasciuia sic procul à Musica. In Psal. 118.

Similia. Cantilena amatoria.

Vsus Musica sic moderatus.

Lycosth. In Theatro vit. hum. volum. 1. Lib. 1. Turca Musiam auerabat.

Alcorano suo, omnia ea, quæ Barbarorum animos ad segnitiam emollire, & ad bellicæ Fortitudinis enervationem, redigere possent. Vinum, Musicam, artes deniq; omnes liberales, falsò hac de causâ suspensitas habuit. Quæ res monet, ne excedatur modus; neque animi liberales Musicæ se totos addicant, omni alia reiecta cogitatione atq; cura.

Non possum verò quin hic reprehendam prodigos illos pecuniarum suarum dilapidatores, qui exemplo quorundam Imperatorum, in aulæcos, fidicinesq; sunt ita profusæ liberalitatis, ut absq; vilo modo iis pecunias elargiantur, loculosq; non penitendo, atq; incomparabili damno persæpè, exhauriant. Meminit Macrobius delectatum Augustum Imperatorem, inter cœnas, pueris Symphonicis, quos ideo ingenti copia frumenti donauit. Caligula verò Suetonio teste, cuidam Eutycho, in quadam comessatione inter Apophoreta, vicies sestertium donauit, quod esset ære nostro, quorundâ computatione, viginti millia ducatorum. Vespasianus quoque, Tarpeio Diodoroq; Cytharœdis, ducenta sestertia, dedit, plurimas insuper coronas aureas. Horum imitati, prorsus immanes largitiones, nostri quoq; Germani, erga Cytharœdos atq; fidicines, nimium prolixa sunt benignitate, præsertim Ebrij. Satius fuerit, arbitrio meo, si quod illis non debetur, ad vultus pauperum Christi reseruaretur.

Profusi nimium largitores in fidicines.

Saturnaliuum lib. 4.

In Caligula Imp.

In Vespasiano.

Delectus in Musica.

Osiores Musica.

De delectu habendo in Musica, quilibet suas consulat aures, ac honestatis rationem, quid cuiq; temporali loco atq; personis conueniat.

Corrupta verò quorundam iudicia, hic taxari merito possent, qui vocalem, quam dicunt Musicam, quæ diuersarum vocum concentu efficitur, rusticianæ quidem vtriculæ post ponendam censent, quos vix aliud symphonix genus delectat, præterquam il-

lius Tonij, Vtricularij fistulicinis, apud Baptistam In Bucolis
Mantuanam, quando *cu.*

- *Multiformi Tonius cui Tibia buxo,
Tandem post epulas & pocula multa, sonorum
Ventriculum sumit, buccasq; inflare rubentes
Incipiens, oculos aperit, ciliisq; leuatis,
Multotiesq; altis flatu à pulmonibus hausto,
Vtrem implet, cubito vocem dat tibia presso.
Nunc huc nunc illuc digito saliente, vocando,
Pinguibus à mensis, Iuuenes, ad compita, cantu
Saltidico, dulciq; diem certamine claudit.*

Deprauatum hoc illorum iudicium, à barbara *Plutarch.*
quadam inscitia profectum, simile est illi Antea Scy- *Apops.*
tharū Regis sententiæ. Nam is cum Ismeniam opti- *Regum.*
mū Tibicinem in bello cepisset iussit canere: atq; ce-
teris eius suauitatem admirantibus, ipse per ventum
& Acinacem iurauit, *sibi incundius esse, audire hinni-*
tum equi, quàm Ismenij tibiam. Et illos hisce imperitis
rerum æstimatoribus adiungo, qui repudiata facile
Musica, ad res futiles alias, facillimo negotio se transfundunt, quod & apud Iasios, populum magna ex parte piscibus victitantem, contigisse narratur. Nam cum apud eos insignis quidam Cytharædus, *Erasm. A.*
in foro publico egregiè fidibus luderet, omnes ac- *pops. lib. 2.*
currerunt, attoniti cantus dulcedine. Verum simul atque tintinnabulum sonitu signum dedit, ad esse pisces venales; turba subito deseruit cantorem, & ad piscium mercatum aduolauit, vno excepto, qui quod surdaster esset, tintinnabuli sonitum non audierat, aut certè non attenderat. Huic Cytharædus, propius accedens, gratias egit, quod & artem honorasset, & ipsum non passus sit esse prorsus desertum. Tum ille, *an sonuit tintinnabulum? Imò sonuit,*
inqui-

Inquiebat Cytharædus. *Valeas ergò cum Cythara tua; seſeq; mox, vt alij, ad piſces proripuit: ac Cytharædo liberum erat, ſibi canere & Muſis.*

Hæc diſta ſint de Muſica; ab ea ad ſpectacula & alia id generis ludicra nos transferemus.

CAPVT XXIX.

De ſpectaculis, hiſtrionibus, Mimis.

*Lib. 1. Ph.
miser,*

Silius Italicus teſtatur, ſolitos olim veteres inter conuiuia gladiatorum, mutuis ſeſe vulneribus lacerantium ſpectacula agitare, more à Campanis orto, mea ſententia, quibus illud Strabo adſcribit, ſic enim eleganti verſu Silius.

*L. 5. Geo.
graph,*

*Quin etiam exhilarare viris conuiuia, cæde
Mos olim, & mifcere epulis ſpectacula dira,
Certantum ferro; & ſæpè ſub ipſa cadentium
Pocula, reſperſis non parco ſanguine, menſis.*

Frequentius erat, amores mulierum, & adulterii, ſpectaculis, item Tragicas actiones & cædes repræſentare, quibus præter omnem modum, ingenti virtutis ruina, cum primis addixerat ſeſe Ethnica vetuſtas. Verat verò Apoſtolus, Chriſtianis hominibus, illius generis oblectamenta omnia, quæ fæditatem aliquam, aut complectuntur, aut ſaltem inſinuatam, & impreſſam ſpectatorum animis, relinquunt, ſiue Comædiis conſtent, ſiue Tragædiis, hiſtrionibus ac

Ephes. 5.

Mimis. Turpitudinis aut ſtultiloquium aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet, nec nominentur in vobis, ſicut decet ſanctos. Quæ verba Lactantius excipiens & exaggerans. Itaq; his & delectantur, inquit, & libenter inter-

*L. 6. diui-
nar. Inſtit,
cap. 20,*

ſunt; quæ quoniam maxima ſunt irritamenta vitiorum, & ad corrumpendos animos potiſſimum valent, tollenda ſunt nobis; quia nõ modò ad beatam vitam nihil con-

ferunt

serunt, sed etiam nocent plurimum. Et inferius propè finem capit. Nam & Comica fabula, de stupris virginum loquuntur, aut amoribus meretricum; Et quo magis sunt eloquentes, qui vitia illa finxerunt, eò magis sententiarum elegantia persuadent, & facilius inherent audientium memoria, versus numerosi & ornati. Item Tragicae historiae subiiciunt oculis, parricidia, & incesta Regum malorum, & Cothurnata scelera, demonstrant. Historionum quoque impudicissimi motus, quid aliud, nisi libidines, docent, & instigant? quorum eneruata corpora & in muliebrem incessum habitumque mollita, impudicas feminas, inhonestis gestibus, mentiuntur. Quid de mimis loquar corruptelarum praeserentibus disciplinam? Qui docent adulteria, dum fingunt, & simulatis erudiunt ad vera. Quid Iuvenes aut virgines faciant, cum & fieri sine pudore talia, & spectari libenter ab omnibus, cernunt? Admonentur utique, quid facere possint, & inflamman- tur libidine, quae aspectu maxime concitatur; ac se quisque pro sexu, in illis imaginibus praefigurat, probantque; illa dum vident, & adherentibus vitiis, corruptiores ad cubiculari revertuntur. Nec pueri modo, quos praematuris vitiis imbui non oportet, sed etiam senes, quos peccare iam non decet, in talem vitiorum semitam prolabantur. concludit tandem. Vitanda ergo spectacula omnia; non solum, ne quid vitiorum pectoribus insideat, quae sedata & pacifica esse debent, sed ne cuius nos voluptatis consuetudo delinuat, & à Deo, atque à bonis operibus auertat.

Tertullianus quoque, infensissimos ostendit fuisse, L. de Spectaculis. cap. 17. primos atque optimos Christianos, huiuscemodi spectaculis, atque inter alia multa sic loquitur. Impudicitiam omnem amoliri iubemur; hoc igitur modo etiam

Spectacula
officinae li-
bidinis.

etiam à Theatro separamur, quod est priuatum confis-
 rium impudicitiae, vbi nihil probatur, quàm quod alibi
 non probatur, ita summa gratia eius, de spurcicia pluri-
 mum concinnata est. Quod si omnis spurcicia nobis exce-
 cranda est, cur liceat audire, quod loqui non licet? Cum
 etiam scurrilitatem, & omne vanum verbum, à Deo iu-
 dicandum sciamus; cur aequè liceat videre, quæ facere
 flagitium est? Cur quæ ore prolata, coinquinant homi-
 nem, ea per oculos & aures admissa, non videntur coin-
 quinare? Cum spiritui appareant aures & oculi, nec
 possit mundus prestare, cuius apparitores inquinantur,
 habes igitur & Theatri interdictionem, de interdictione
 impudicitiae. Non minus improbat eiusmodi specta-
 cula S. Ioannes Chrysostomus. Sed puto, theatra fa-
 ciunt hæc: infranes nobis iuuenes constituunt, & incom-
 positos. Quæ hic in Ecclesia per Concionem verbi Dei ad-
 fificantur, illis subuertuntur: nec hoc solū, sed etiã alia, ne-
 cessarium est illos immunditia repleri. Et idem accidit,
 perinde ac si quis expurgare locum velit, in quem fons su-
 perpositus, cænum superne demittat; nam quantumcum-
 que purgaueris, rursum aliud influit. Idem hic fit, cum in-
 gressos à Theatris, immunditiam reportantes, expiaueri-
 mus; eò rursum abeuntes, minorem ac maiorem suscipi-
 unt jordem. Et S. Bernardus. Ceterum spectacula va-
 na, rogo quid corpori præstant? quid uè animæ conferre
 videntur? ac certè nihil in homine, cui curiositas proficit in-
 uenies. friuola prorsus, & inanis, ac nugatoria consola-
 tio. Et nescio quid illi durius imprecet, quàm vt sem-
 per habeat, quod requirat, qui incundæ quietis pacem fu-
 gitans, curiosa inquietudine delectatur.

Homil. 40.
 ad popul.
 Antioch.

Lib. 6. de
 Proud. Saluianus itidem, grauitèr oppugnat eiusmodi
 lasciuia spectacula; multis de causis. Talia sunt, quæ
 isthic

Hic sunt, ut ea non solum dicere, sed etiam recordari aliquis, sine pollutione non possit. Alia quippe crimina, singulas sibi ferme in nobis vindicant portiones, ut cogitationes sordidae animos, ut impudici aspectus oculos; ut auditus improbi aures, ita, ut cum ex his unum aliquid errauerit, reliqua possint carere peccatis. In Theatris vero, nihil horum reatu vacat, quia et concupiscentiis animus, et auditu aures, et aspectu oculi polluuntur, quae quidem omnia tam flagitiosa sunt, ut etiam explicare ea quissiam, atque edisserere, saluo pudore non valeat. quis enim integro verecundiae statu, dicere queat; illas rerum turpium imitationes? illas vocum et verborum obscenitates? illas motuum turpitudines? illas gestuum scditates? quae quanti sint criminis, vel hinc intelligi potest, quod et relationem sui interdicant, nonnulla quippe, etiam maxima scelera, incolumi honestate referuntur, et nominari et argui possunt, sole theatrorum sunt impuritates, quae honeste non possunt vel accusari.

Et sane, inquit doctissimus Lipsius, plerique Theologi e priscis, cum viderent, pietatis damno, additum deumque; populum, his ludis, passim inuecti in eos, ut libidinis ac seuitiae fontes: ac bene illi.

Quamobrem laudatur Alcibiades, qui propter versus quosdam Eupolim Comaedum, in mare iussit demergi, cum hoc dicto. Tu me in scena saepe merxisti Eupoli: ego te semel in mari. Augustus quoque Caesar, Hylam Pantomimum in atrio domus suae, nemine excluso, flagellis verberavit, praetore licentiam histrionis culpante. Pyladem etiam vrbe ac Italia semouit, quod spectatorem, a quo exhibebatur, demonstrasset digito, conspicuumque fecisset. Fugienda ergo honestis conuiuis ea spectacula, quae quamcumque re turpem, aut inhonestam

Lib. 1. Sa-
turn. serm.
cap. 7.

Lycosth.
Theat.
vit. hum.
par. 2, l. 11.

Sueton. in
Augusto.

Cur fugi-
enda in-
honesti
sp. Spectacula

honestam representant; tum quod eorum actores sunt vanissimi scurræ, ingenio subdolo, versipelli animo, effrænata lingua, ac inuerecunda, peruersissimis moribus, homines sine lare & tecto; tum quod eiusmodi ludicris, tam exemplo quàm verbo, ois turpitude in respublicas inuehitur. Primò præit exemplum; quæ docendi ratio, cum vel ad res difficillimas sit expeditissima & certissima, quantam habebit vim in peccato, quod vel sine omni Magistro, humanæ corruptela naturæ, per se nimium, pro dolor, & nouit & appetit? Tum Exemplo superaddit orationem ac verba; quæ sola quidem, ad inflammandos animos quantū momenti habent? Et cum æstuanti mero cupiditati carnis, acti onis, & gestuum impura leuitas, accesserint, quis tam erit constans? qui non erit animus, qui non deiciatur?

At fabulas inquires huiusmodi Comædiæ continent, & res fictas mimi atq; histriones representant.

Li. I. c. 20. Esto: Semper tamen illud Lactantij verbum oraculi nobis loco. *Docent adulteria dum fingunt, & simularis erudiunt ad vera.* Quod idem affirmat Minutius

In Oratione. *Fœlix. Mimus vel exponit adulteria, vel monstrat: Et eneruis histrio, amorem dum fingit, infligit.* Hæc quidem sic accipienda velim, vt omnes omninò, rem aliquam turpem tractantes scenicæ actiones, repudi-entur. Concedendæ tamen, imò & laudandæ alix, ac fructuosissimè conuiuuijs adhibendæ, quæ res piæ aut sacras continent, aliquamûe aut è sacra scriptura excerptam, aut è rebus gestis sanctorum historiam, quibus & honesti dignitas, atq; pulchritudo, exprimitur, & relaxati simul aspectantium animi, virtutum ardore inflammentur.

Ad extremum & ij malè faciunt, qui tantam penunij vim in histriones effundunt, cum à Sancto Augusti-

gustino dictum sit: *Donare res suas histrionibus, vitium est immane, non virtus. Et scitis, de talibus, quam sit fama frequens, cum laude, quia laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & qui iniqua gerit, benedicitur.* Hinc Philippus Galliarum Rex, Vincentio a Beluacensi, & b Olao teste fertur dixisse. *Histrionibus dare, est demonibus immolare.* Satius ergo & hæ perditæ expensæ, in pios vsus, pauperumque inopiam subleuandam, quam in ganeones & scurras elocantur.

Tract. 100.
ad 16. cap.
Ioann.
Nimium
largi in hi-
striones.
a Specul.
hist. lib. 29.
cap. 41.
b Lib. 15.
cap. 31.

CAPVT XXX.

De scurris & morionibus.

Delectantur plerique ditiores, scurrarum atque morionum consuetudine & ineptiis, dum conuiuantur. Sic circulatorum Indos, Alexand. Macedo ad nuptiale conuiuium adhibuit. Sic Diocletianus Imperator, Genesium quendam, arte mimum infamem, Christianos turpissimis moribus irridentem aluit. Sic Sarmentus, Romanus Eques, scurrilitate notissimus erat, & complures Romanæ nobilitatis principes, vt & Apitius Galba sub Tiberio Cæsare. De quibus Iuuenalis:

Alian. lib.
8. varia
hist.
Volatera.
li. 16. An-
throp.
Satyr. 5.

*Si potes illa pati, quæ nec Sarmentus, iniquas
Cæsaris ad mensas, nec vilis Galba tulisset.*

Sic Burræ ganeonem percelebræ, natione Hispani, Sigismundus Imperator secum habuit, quæ in conuiuio eum in modum onerauit argeto, vt sub pondere iam fatisceret. Sic Otto lucundus, Austriæ dux facietis hominibus summoperè delectatus legitur, inter quos summis in delitiis habuerit, quendam Vigandum à Teben, Parochum in Calenberga, pago ad Danubium. Egregium scurræ fuisse Maximum quendam, memorat Horatius:

Lycosth. in
Theat. vi-
ta hum.
vol. 2. li. 11.
Lazius in
Genealog.
Austriac.
lib. 2.
In 1. Epist.

E f

Manius

Manius ut rebus maternis atq; paternis
 Fortiter absumptis, *Urbanus* caput haberi,
Scurra vagus, qui non certum prae sepe teneret.
 Impransus ciuem qui non dignosceret hoste,
 Quelibet in quemuis opprobria discere se uis.
 Ingluuius & tempestas, *Barathrumq;* macelli:
 Quicquid quaesierat, ventri donabat auaro,
 Exhaustusq; bonis, patinas caenabat omasi
 Pinguis, & agnini, tribus *Ursis* quod satis esset.
 Scilicet ut ventres, lamna candente nepotum,
 Diceret vrendos correptus. *Manius* idem
 Si quid erat nactus, praedae melioris, ubi omne
 Verterat in fumum & cinerem: Non hercule miror
 Aiebat, si qui comedunt bona, cum sit obaeso,
 Nil melius turdo, nil caena pulchrius ampla.

Scurra
 probis vi-
 ris non ad-
 mistendi.
Aneas
Sylvius lib.
 2. comen-
 tar. de re-
 bus gestis
Alfonsi,

Iouian,
Ponian, de
 liberalita-
 te.

Cui similes hodierno die plures vbiq; reperim-
 tur. Non sunt verò honestis viris eiusmodi homines
 tolerandi, saepe enim, & amaris alios verbis pungit,
 occulta produnt, & nulla honestatis ratione habita,
 turpissima quaeque effutiunt. Quas ob causas *Fri-*
dericus Caesar potentissimus, interrogatus, an *Mor-*
iones ad conuiuium intromittendi essent? Neque
stultis, inquit, delectari possum, neq; superbis esse amicus.
 Vtinam & iam Principes viri hoc dictum cordi sibi
 esse permitterent, qui hac hominum faece ita dele-
 ctantur, ut plerunq; omnes aulae, stultorum ac *Mor-*
ionum sint officinae. *Alfonsus* item *Aragonum* rex,
 aliam ob causam, quanquam liberalissimus esset,
 stultos tamen ac *Moriones*, ne vix quidem admittit
 qui tales sunt, cisternae rimosae perfimiles esse, di-
 cens, quas ut nullus impleret imber; sic hos nulli,
 quamuis magni proventus, rerumque compendia,
 exatiarent.

De urbanis, facetis, lepidis, falsis, festiuis conuiu-
toribus.

Ostendendum omnium primò qui, & vnde ta-
les homines, comitate ac lepore non inelegā-
tes appellati olim à veteribus.

Vrbani.
Lib. 1. de
ser. cap. 8.

De urbanis hæc definit Iouian. Pontanus: Et vr-
banos quidem vocauere, quod in oratione vterentur, &
eo, qui in vrbe conuersaretur, digna, cum viuen-
tium in agris, vita esset agrestior, & sermo etiam, qui
rura referret, rusticanæq; consuetudinis, tum mores, tum
etiam locutionem ac gestus.

Faceti.

Facetos ita describit: Quod in congressionibus col-
locutionibusq; domesticis, familiaribus item & popula-
ribus in sermonibus, verba cum incūditate facerent, cūq;
audietium voluptate, ac recreatione. Lepidos hisce de-
pingit verbis: Lepidus is videtur, qui suauitate dicendi
teneritudineq; quasi quadam, delectat, & verborum &
verū. Atque inter sapes, suaues quidam tantum sunt,
quidam & suaues simul, & falsi; sic etiam & dicta ali-

Lepidi.

Salsi.

qua tantum lepida; alia lepida pariter & falsa, quemad-
modū ratio ipsa fert, aut dicendi aut respondendi. Vt cū
Pompeio Ciceronem illudens, quanquā vultu for-
tasse hilariore dixisset, interrogas: Gener vbi est tuus?
Ibi Cicero, qui amarū, & aculeatum inesse quiddam
verbis illius intelligeret, reddidit illi in respondēdo
par: vbi & socer tuus est? inquit, erat enim Cæsar
belli suscepti Dux, & author, quē Dolabella seque-
batur. Itaque & qui aderant, suauitate eos, atque ex
temporalitate responsi affecit, & suauitati salem ad-
iunxit. Hæc dicuntur falsa, & qui iis vtuntur falsi. De

Cap. 9. lib.
1. de serm.

Ff 2 fan-

Qui festi-
ui?

fando dicti, vetustate temporū immutante literas. Festis .n. diebus mos fuit, & benignè hilariterq; affari populū, & in ludis qui in honorē Deorū fiebant, oblectare eos, qui diuinas ad res conuenerant, blandè eos appellando & accipiendo comiter. Quanto autē studio, diebus iis festis oblectamenta quærentur, indicio sunt, & ludi, & tibia, & tuba & cantus, & choreæ, & lectisternia, & templorū apparatus, ac theatrorum & porticuū & viarū, & ipsa etiā fercula. Vt qui illis in ludis, sacrificiis, pæpis, ferculis, in populariū ac conuenarum gratiā iucundè se haberent, eaq; & excogitarent & loquerentur, quæ ad iucunditatem facerent & letitiam, merito festiui vocarentur. adhibent præterea festiui, in iocando æquè ac ludendo, dicendoq; varietatem permultam, quæ sermones maximè condiat, vt quæ in celsationibus, animorumq; relaxatione, præcipuè exigatur. De comibus ita loquitur; Iam verò comis viri studium eò spectat dicendo, vt delectet; pariatq; audienti delectationem. Eius tamen consiliū est, quæ à se dicuntur, non vt delectent modò, verum etiam vt sint grata, nec solum verba, sed & res ipsa, quæ dicuntur; quippe cuius studium sit gratificari, atque in gratiam loqui audientium.

Cap. 10.
ibid.
Quis comi-
mu?

Cap. 12.
Nota con-
ditiones
hominis
Faceti o-
mnib. nu-
meru ab-
solutissi-
mi, qui a-
lios debeat
recreare.

Hæc omnia deniq; in vno vt homine inueniantur, hæc requirit condiciones. Nos eum quarimus, qui omni ex parte munus ipsum impleat, qui è iocis, suauibusque dictis, oblectationem tantum querat, ac recreationem post labores; qui & salem habeat in dicendo, & quæ ipse dicit, tanquam illo condiat, qui leporem misceat, qui verba apta, idonea, concinnata, iocis que accommodata vsurpet, vultumque illis adiungat, vbi opus est, ac gestum, qui fabellis narrandis, reci-

randisque iocosis ac ludicris rebus, & curas sedet, & delinuat molestias. qui non discedat urbanitatis à finibus, aut è ciue in rusticum, atque agrestem transeat, ex ingenio in seruum, aut seruo persimilem, ni fortè res ipsa tulerit, qui minimè volens offendat dictis, nisi lacesitus. Idque tamen urbanè, qui & temporis, & loci & audientium, & sui ipsius, & quam gerit personæ, & ætatis & negotiorum, & publicæ priuatæque letitia habeat, ac tristitia mœrorisque rationem; Idque cum primis curet in singulis, vt retineat modum, ne & verba profundas & iocos; qui denique summo studio id videat, ne cum alios in risum prouocat, ipse ab astantibus risui habeatur, trivioq; dignior iudicetur, quàm honestorum atq; ingenuorum hominum audientia, atque confessu. Demum etiam, qui intelligat, perindè vt cessatio omnis, quiesque conceditur, relaxandi gratia, vtque reditus ad labores & negotia non sit grauis: sic iocos, dicta, sales, lepores, facetiasq; concedi, ne vitam, cogitationesque nostras omnes, studiasq; in iis collocasse, aut in ocio, desidiaque, aut in marcescentia potius, nos appareat. hunc, ni fallor, maiores nostri, vno verbo facetum vocauère. In quo tum urbanitatem, tum sales & iocos, tum lepores ac festiuitatem omnem inclusam voluère. Hæc omnia Pontan^o.

Atq; vt exemplis res clarior fiat, in Lucio Crasso oratore, summa semper grauitas fuisse dicitur, & cum grauitate iunctus, facetiarum & urbanitatis, oratorius, & nō seruilis lepos. Excelluit & hac in virtute Afinius Pollio, omnium horarum homo, qui cam ob rem & leporum & facetiarum pater, appellatus est. Et ipsemet Cicero, non tam facundus, quàm facetus fuit. Cōstat eum sæpè, iocis ex tempore, platis, reos quos defendendos susceperat, magnoperè iudicib, insinuasse. Hæc ob causã à Vatinio inimico,

Cic. de Oratore,
Facetorū exempla,

Erasm. lib. 6. Apophth.

Sueton. in Aug. *consularis scurra, cōtemptim vocatus fuit. Octavius Augustus iocos dicere & pati potuit; maiore vrbannitate, an æqtate, nescias. Nicolaus Damascenus, vir doctissimus, tam iucundis moribus, præter formâ corporis fuit, vt idē Augustus Cæsar, Suida teste palmarū balanos pulcherrimos, appellari, de eius nomine, Nicolaos præceperit. Sunt & qui falsissimè, pariter ac lepidissimè alios reprehendere norunt, ac vicia taxare, absq; tamen conuitio & contumelia, cuiusmodi notabilem historiam recēset Sozomenus, de S. Basilio Magno, Episcopo Cæsariensi; erat hic admodum iucundus, etiam in congressibus inimicorum. Valens Imperator contra ipsum, orthodoxus q; esset, varios submisit, qui ei verbis, minis, ac supplicii psuaderent, ad partes Arianorū vt se trāsferret, Et quodā tempore Demosthenē quēdam, ad ipsum destinauerat, hominē audacem & furibundū, qui cum blasphemis in Basiliū debaccharetur, barbarismo fortè quodam lapsus est; quod modesta Ironia excipiens D. Basilius: *Vidimus & nos, inquit, Demosthenem sine literis; At cū importunius blaterando, pergeret; ita eum obiurgauit. Tuum est de pulmentariis cogitare, & non diuina dogmata decoquere.* Eiusdem fermè farinæ aliud refert Antonius in Melissa. Nam sapiens quidam, cū imperitus medicus ei dixisset: *Nimum senex es factus,* respondit: *Berè quidem & satis feliciter; Medico enim, te præsertim, nunquam vti placuit.* Augustus item Cæsar cuidam quod inidoneus esset, ab officio remoto, congiariū petenti, atque addenti, non se cupiditate ad id petendum induci, sed pudoris proprii respectu, & vt sine noxa, præfecturam equitum spontè dimisisset, insuper & liberalitate Cæsarea, dignus haberetur, sic elusit: *Tu te accepisse palàm dicito, ego me dedisse non negabo. Nec illud est inurbanius. Quidam**

Lib. 6. c. 16. Facetiariū quēdam exempla,

Par. 1. ser. 56,

Lycosth. Thearr. 206, 2. li. 11.

Ibida

Romanos Eques, diem extremum obierat, post cuius mortem, æs alienum ingens, quod vsq; ad extremū, vel extra terminū, occultauerat, emerfit. re cōperta, miratus Cæsar Augustus. *Ite, ait, & cubicularē eius mihi culcitram comparate.* Obstupentibus mandatum; rationem adiecit, *Somnos ciebit culcitra, in qua ille tantis debitorum molibus oppressus somnum capere poterat.* Et Zeno Zitiæus in quendam circa formæ *Laërt. lib. 7, cap. 1.* curam studiosiorem, quàm decet virum, cū imbricem lentē ac circumspectē transiret. *Meritō, inquit, suspectum habet lutum, in quo nō potest seipsum, vt in speculo cernere.* Nec dissimile illud Socratis, apud Laërtium & Gellium. Is. n. cū vxorē Xātippem, contumacius ac clamorosi in se agentē diu tolerasset, ac postremō præ foribus ædiū sedens, aqua sordida ab ea perfunderetur, alta voce ridēs dixisse fertur. *Sciebam Xantippē tonantem, quandoq; pluiturā.*

Huc pertinēt & illi, q nō infacerē aliorū dicta inuertere, vel scōmata, modestē tamē, ipsos in auctores reflectere norūt. Sic Aristipp^o, cū Diogenē olim Philosophū, vt sordidū, ita quoq; omnia cōtēnentē, vidisset olera lauante, sic affatus est: *Si scires Regib. obsequi, non tibi lauanda essent olera.* Cui Diogenes respondit: *Et tibi, mi Aristippe, non esset obsequendum Regibus, si esses oleribus contentus.* Libanius Sophista, summus Iuliani Apostatae fautor, cū interrogasset Antiochiæ, Ludimagistrū quendam Christianū, pium ac bonum virum: *Quid nunc fabri filius (Christum per contumeliam intelligens) ageret?* respōdit hic promptē: *Non ociatur ō Sophista, quem fabri filium appellas, parat enim Iuliano loculum ad sepulturam.* Intellexit autem vir optimus, Iulianum ob insignem impietate & crudelitatem non diu super-

*Inuersio
distorum
faceta &
salla.
Vide Ho-
rat, lib.
Epist. ad
Scaenam.
Histor. Ti-
pert. lib. 6.
cap. 44.*

Lycosth.
Theat.
no. 2. li. 11.

stitem fore, & diuinam vltionem præ foribus esse, Paucos enim post dies Iulianus est interfectus. Et illi demùm qui faceret de rebus loqui, & suã explicare sententiam queunt: Talem fuisse ferunt Aetium Syncerum, rari virum ingenii, magnæ nobilitatis, cum in conspectu Friderici Regis esset inter Physicos quæstio, quid præcipuè conferret oculorum perspicuitati? alique fæniculi afflatum dicerent, alii vitri vsum, alii aliud; *At ego, inquit, inuidiam aio.* Obstupuerunt hoc dicto adeo, medici, vt ab auditoribus derisui haberentur. Tum ipse: *Annon inuidia maiora & pleniora omnia videre facit? Quid autem oculis magis presentaneum, quàm vt vis ipsa aspiciendi maior reddatur, atque vegetior? protulitq; statim Ouidianos illos versus:*

*Fertilior seges est alienis semper in agris
Vicinumq; pecus, grandius vber habet.*

Similia passim occurrent, facetorum hominum diæteria, in communi vsu, ac proinde ab eorum memoracione nobis temperandum; vbi monuerimus, ne quispiam, qui in hoc iucunditatis genere laudem mereri cupit, cum existimationis iactura, modum honestatis excedat, atque scurrilitatis vituperacione se obstringat.

CAPVT XXXII.

De alearum lusu conuiuantibus perfamiliari.

SVnt qui ad symposia, non tantùm alearum lusu gaudent, quinimò totos ei dies, totas noctes deuotè consecrant, nihil aliud præter aleas in deliriis habentes, quàm hi longè absint, ab omni honestatis splendore, quàm ocio faciles cedant manus, quàm appetentiæ rerû alienarû, ardentibus subiiciant faces, in confesso

fello est. Quam ob causam Plato adolescentem, quod alea lufisset, vehementer obiurgauit. id ille excipiens: Sic obiurgas, inquit, ob rem paruum? At paruum non est, otio plurimisque flagitiis assuefieri. Plato ingeminabat; sentiens altricem segnitiei, ac vitiorum esse, huiusmodi oblectamenta, Quod ni cogitasset Chilon ille Lacedæmonius, cur alearum lufui addictos, tantoperè auersatus deseruisset? Is enim iungendæ societatis causa Corinthum missus, cum Principes ciuitatis in alea occupatos inuenisset, statim infecto negotio, rediit, dicens: Nolle se gloriam Spartanorum tum quidem glifcentem, ea maculare infamia, vt diceretur, Spartanos cum aleatoribus societatem iniisse. Peiores illi ac deuitandi magis, qui sic omnem vitam aleæ lufui transmittunt, vt desertis negotiorum, licet grauisimorum curis, eius contumua voluptate animos relaxent Quorum è numero Ptolomæus Ægypti Rex, tesseris ludens, fontes captis condemnabat; cuius rei indignitate commota Berenice vxor eius, erepto libello è pueri manibus, non permisit, vt vsq; ad finem legerentur, affirmas quod res erat. Non sic obiter aduertendum esse, cum de hominis vita quæritur, sed alius cogitandum, & relinquenda ludicra: Nec similem esse casum Tesserarum, qui corporum ac vitæ.

Diog. La-
ert. lib. 1.

Platina. li.
1. de opti-
mo ciue.

Ælian. lib.
14. var.
hist. ca. 43.

Quid q; blasphemis, in Deum ac sanctos, alearum palæstre sint admodum fertiles, atq; fecundæ; ni hoc vfu quotidiano compertum foret, exemplis facile probari posset. at quid meridiano sole, diem euincere conamur? Quid periuria referam? quid inhiantes animos, in pecunias aliorum? Ludunt, & ditissimi quidem ludunt, quotusquisq; è victoria lucrum non sectatur? Immane exemplum nobis p̄buit Caius Caligula, q; aleam ludens, plus mendacio ac piurio lucratur,

Blasphemiarum
fertili est
alearum
lufus.

Sueton. in
eius vita.

Ff 5 batur,

batur, quàm sorte: Et quodam tempore, proximo collusori demandata vice tua, progressus in atrium domus, cū pretereuntes duos equites Romanos admodū locupletes, conspexisset, eosq; sine mora corripit, & eorum bona confiscari iussisset, exultabund⁹ ad congerrones rediit, gloriando: *Se nunquam prospere alea lussisse; ut vix absq; pecuniarum cupiditate, hic lusus exerceri posse, vulgo existimetur.*

Quare vsum cuiuscunq; generis alearū, quæ foliis etiam carthaceis constant, honestis viris (semper excipio clericos, quib⁹ alee vix aut rarò licent) ad conuiuia non facillè intromittendum duco, ni & pecunia, qua certetur exigua sit, & non intuitu lucri primariò, sed potius animi relaxandi gratia, instituantur. Vbi basis erit ac rei caput, ut omnis rixarum, periurij atq; blasphemiarum occasio præscindatur; quorum si vel vnum desit, ludat qui volet, absq; graui Dei offensa non ludet.

CAPVT XXIII.

De Choreis ac saltationibus.

CONSUEVERUNT & choreæ, conuiuia plerunq; commitari non exigua, tum saltantium, tum aspectantium, persæpè offensione. Illaudata sanè & plannè muliebris hæc, ac mollis est consuetudo, atq; eò ipso damnata satis, quod à præclaris viris, summo semper in ludibrio fuerit habita. Quare Æneas Syluius author est, Fridericum Tertium Romanorum Imperatorem, dicere solitum: *Malle se febris teneri, quàm saltationi operam dare.* Albertus Imperator, Ladislai pater, dicere solebat eò dem Ænea Syluioreferente. *Venationem esse exercitationem virilem, saltationem autem muliebrem.* Alfonsus Aragonum & Sicilia Rex,

Lib. 1. de
rebus ge-
stis Alfon-
si.
Li. 4. com-
mentar. in
res gestas
Alfonli.

Rex, Gallos potissimum leues esse dicebat, qui quo magis atate prouecti essent, eò magis saltatione & insania sese oblectarent. Idem fortè mulierem quandam impudenti⁹ saltitantem conspicatus, *Expectate*, inquit, *mox Sybilla edet oraculum*; sentiens saltationem insaniæ genus esse: Sybilla nempè vates, non edebat oraculum, nisi furore correpta. Domitianus Imperator, licet in omnem crudelitatem pronus, atq; in multa inhonesta facinora procliuissimus esset, homo pessimus & indignus Romano Imperio, attamen saltationem honestis hominibus indecoram atque chorearum studium, optimo viro planè indignum iudicauit. qui & Cælium Ruffinum, ideo senatu mouit, quod saltasse diceretur. Gabinio viro consulari, Cicero saltandi studiū, vt probrum obiecit. Tiberius Imperator, saltatores Roma expulit, vetuitque, vt eam artē vspiā exercerent. Clisthenes Sycion⁹ Tyrannus. Hippocliidi Atheniensi, filio Tisandri, eò qd ad tibiā saltasset, quasi grande piaculū commississet, stomachatus, filiā in matrimoniū dare noluit.

Anton.
Panormi.
lib. 1. de
rebus gest.
Alfonsi.
Idem l. 2.
Xiphilinus
in vita Domitiani.

Brasson.
lib. 3.
Dion. Nicæus in Tiberio.
Bruson. l. 3

Exod. 34.

S. Ambros.
lib. de virginibus.

Quod si choreæ non essent culpabiles, vix credo Moysen, canentes saltantesq; Iudæos aspicientē, Tabulas Dei digito exaratas; confracturū fuisse. Quamobrem ista saltandi gesticulatio, acerbè à patribus olim legitur reprehensa. De ea sic S. Ambrosius. Debet igitur bonæ conscientie mentis esse latitia, non in cōditis comessationibus, nō nuptialibus excitata symphoniis. Ibi enim intuta verecundia, illecebra suspecta est, vbi comes deliciarum est extrema saltatio. ab hac virgines Dei procul esse desidero. Nemo enim vt dixit quidā seculariū doctor, saltat sobri⁹, nisi qui insanit. Quod si iuxta id, qd plerumq; putatur, saltationis, aut temulētia author est, aut dementia: quid diuinarum scripturarū cautum putamus exemplis? Cum Ioannes prænuncijs Christi, saltatri-

L. de Helia
& ieiuni.
cap. 18.

In Matth.
cap. 14. de
saltatione
filii Hero-
di.

L. de Chri-
stiana scæ-
mina,

De remed.
vriusq;
fortune
lib. 1. Dia-
log. 24.

cis optione iugulatus, exemplo sit, plus nocuisse saltationis illecebram, quam sacrilegi furoris amentiam. Et alibi. Inter saltantium ruinas, & aspectantium lapsus, calum impuro contaminatur aspectu, terra turpi saltationis polluitur, quæ obscenis cantibus verberatur. S. Ioannes Chrysostomus quoq; hanc leuitatem verbis exagitat. Vbi saltatio, ibi diabolus. neq; enim Deus ad hoc nobis pedes dedit, vt cum camelis saltemus, sed vt cum Angelis Chorum faciamus; in saltibus lætantur Dæmones, & exultant ministri Dæmonum. Ludouicus Viues hisce verbis choreas reprehendit. Audisse memini me, quosdam procul ab extrema Asia in nostrum orbem deductos, cum saltantes viderent, viros mixtum cum feminis, territos fugisse, quod putarent nouo & inusitato furoris genere concitari. Ac profecto quis non credat furere, cum saltant, si saltantes nunquam conspexerit? quis non mente captos, cum sic ad aliquem membrana, vel chora sonitum, manus, caput, pedes, totum corpus fleclunt atque concussant? Audite hanc insolitam Choraizantium gesticulacionem suis aptè coloribus illustrantem Franciscum Petrarcham. Ex cantu dulcedo aliquis & sæpè utilis ac sancta percipitur; ex choreis nihil vquam, nisi libidinosum ac inane spectaculum, honestis inuisum oculis, viro indignum. Corpus animum tegit, ac detegit, manuum iactatio; pes mobilis, ceculus vagus, & petulans tale aliquid arguunt, in animo esse, qui non cernitur. Ibidem quibusdam aliis interfertis. Sententiam meam tenes, choreæ si delectant, propter aliud delectant. Per se enim tota quidem insulsa res est, saltitare, & plus tædij allatura quam gaudij. Nam quid omnino est aliud, in gyrum volui, quam excire vertiginem, sin eque termino viam ire? Hic ludus multorum dedecorum, causa fuit.

Sæpè

Sæpè illo matrona, diu seruatum decus perdidit. Sæpè infelix virguncula, nuptiali die didicit, quod melius ignorasset.

Quare vos omnes, quos honestatis ardor inflammat hisce admoniti, leuiculam hanc & ineptissimam illecebram repudiate.

Ergone tu nobis, inquit nonnulli, omnem saltandi licentiam eripies? Tunc toti orbi, ac genti nostræ, vitatissimum ritum, plane exterminabis? quæ nam hæc audacia? quæ temeritas? Audaciam recuso: temeritatem à me procul esse volo. Id dico, quod vel ex Iouis tabulis, atque Atticus testis, S. Antoninus olim docuit, & post eum omnes summissæ. Vix vnquam fieri posse choreas absq; peccato graui, nisi sunt inter honestos & causa honestæ recreationis; nisi occasio libidinis absit & scandali. Adde. Cum sunt à Religiosis aut clericis, ratione scandali, à grauissimo peccato lethiferoq; difficillimè excusari posse.

Chorea vix absq; peccato sunt.

Par. 2. sue summe titulo. 6. cap. 8.

CAPVT XXXIV.

De honestis relaxationibus animi.

Videbor nonnullis nimium Stoicus ac tetricus, quod omnem fermè, quæ in vsu apud Germanos est, lætitiâ & hilaritatem, à conuiuio extulare velim. Atqui verò, iniuriam facit innocuo mihi, quicumq; hanc in me culpam iacit. Honestam omnem lætitiâ admitto, probo, suadeo. Quidquid ad animorum, à grauioribus negotiis, refocillationem, excogitari potest, dummodo virtutem non lædat, & honestati non aduersetur, gratum est, ac ratum, & honestis id conuiuio volumus commendatum. Nobis idè est animus, qui Diuo Ioanni Euangelistæ:

Hominem in negotiis, perpetuò versari non posse, ita, ne aliquan-

Fulgos. lib. 8. cap. 8.

*Honesti a-
nimi laxa-
menta li-
cite usur-
pantur.*

aliquando *honestū otium, licitamq; animi relaxationē* attingat. Quare & ipse sepe *suis interponēs gaudia curis*, cū perdice ludebat. quamobrē, cū eum iuuenis qdā derisui habendum duceret, arbitratus, parū cōuenire seni homini, qui sanctimonix exemplū atq; specimen esset, vt otiosus cū aue, animi laxamentū q̄reret. Ioannes pendere arcū ab eius humero cōspicatus, petiit, vt arcū tendat. Quod cū egisset, sapiusq; sagittasset; demū à Ioanē dimissus, arcum remisit, tū Ioannes remittendi causam quæsiuit; respondente iuuenē: Arcui funem se detraxisse, vt cūm vti eo necesse fuerit, sagittationi inutilem nō inueniat. *Et ego & cæteri, subdebat S. Apostolus, honesto interdū lusu, latitiaq; relaxamur, vt postea viribus cumulatoribus, orationi atque ieiunio sufficere possimus, quod fieri non possset, si semper eodē tenore viueremus.* hoc ductus exemplo, non veto, nonnunquam cœnis atq; prandis, aliqua interseri acroamata, & oblectamenta, quæcunq; illa sint, modò ab honestate non aliena. Nam & à Pythagora olim prudenter monitum agnosco, *μη ἐδίειν τὴν καρδίαν, cor ne edito*; nimis te, ac petuis rerum curis, ne emacerato: Illud solūm, te monitum cupio: caueas maximoperè, ne ad extrema deuenias, ne risu nimio diffluas, ne iocando forsitan, alios offendas, ne ad scurrilitatem propius accedas, ne alios scandalizes, aut aliud in discrimen subeas. Qua de mediocritate præmonentem attende, sanctum Ioannem Chrysostomum. *Maximè nocet, quod incassum tempus consumis, & aliis scandalum offers. nam si tu excelsō quodam animi robore, nihil indè mali contraxisti; attamen, quoniam alios imbecilliores exemplo tui, scurrilitatis studiosos fecisti, quomodo non commisisti, qui causam committendi aliis præbuissti?* Subditque tandem; *Agnoscamus laqueos,*

*Hōmil, 38.
in Matth.*

de ipsis procul eamus; agnoscamus precipitia, nec appropinquemus. hoc maxime securitatis vobis erit occasio, non tantum peccata fugere, verum & quæ videntur media quidem esse; ad peccata verò nos supplantant; quale quod dico, ridere, exhilarari, & iocosa verba, non manifestum quidem peccatum videtur, sed manifestum facile crimen inducit; Nam sapius ex risu turpia nascuntur verba; ex turpibus verbis actiones turpiores. Sapius ex verbis & risu conuitia & contumelie; de conuitio & contumelia, plagæ & vulnera; De vulneribus & plagis, iugulationes & homicidia. Si igitur tibi benè consulturus es, non turpia tantum verba & facta, neque plagas, & vulnera, & homicidia tantum fugias; verum & ipsum intempestiuum risum, extrauagantem hilaritatem, & verba scurrilia, quoniam subsequentiū radix talia esse solent. Quam S. Ioannis Chrysostomi aureolam sententiam, qui animo benè infixam habet, liberiorem in conuiuuii lætitiā, atque hilaritatem captando, vix vnquam labetur.

CAPVT XXXV.

Descriptio Temulenti conuiuui ex Diuo Ambrosio Epilogi loco adiecta.

Colophonem additurus opusculo nostro de Temulentia, filum abrumpere nolui, quin *Lib. de Heronidis, & superpondii loco, elegantissimam illam Colonia & ieiun. cap. 13.* Diui Ambrosii Hypotyposin, qua affabrè videtur luxum & Temulentiam conuiuuiorum nostrorum depinxisse, hinc, ad calcem subiecissem, & quasi laciniam, solidæ vesti, qua Temulentiam induimus, adsuissem. atque hæc eius verba sunt: *Sedent auro succincti, & Babylonis suffulti lumbos* bal-

balthéis: aureis torquibus nitent colla; thecis auratis cultros includunt suos, quibus dimicent, cum epulis dimidendis. Assistent pueri coma nitentes, ad hos usus electi, per singularum distincti aetatum vices: Cernas poculorum diuersorum ordines, aciem ordinatum putes; vasa exposita aurea & argentea, pompam arbitreris; Cornu in medio vini plenum, non epularis, sed praeliaris instrumentum buccinae, quod discumbentes ad certamen accendat.

Simile.

Primò minoribus poculis velut velitari pugna praeliditur; Verùm hæc non sobrietatis est species; Sed bibendi est disciplina. Etenim vt Tragædiarum actores, primò sensim vocem excitant, donec viuae vocis aperiant iter, vt postea magnis clamoribus possint personare. Ita illi quoq; in principio, praelusorius se exercent poculis, vt irritent sitim, ne forte restinguant eam, & satiati postea bibere non possint. Ergò vbi res calere cæpit, manus conferrunt maioribus poculis, feruor inardescit; aridus cibus siti exaestuatur, & vbi imminui vasa cæperint, potu merciore reparantur. Certant pocula cum ferculis, & inter moras, sæpè geminantur.

Deinde procedente potu longius, contentiones diuersas, certamina magna, quis bibendo præcellat. nota grauis scilicet, si quis se excuset, si quis temperandum forte vinum putet. Et hæc donec ad mensas perueniatur secundas.

At vbi consummata fuerint epulae, & putes iam esse surgendum, tunc de integro potum instaurant suum. Et cum consummauerint, tunc inchoare se dicunt; tunc deferuntur phiala, tunc maximi crateres, quasi instrumenta bellorum. Ac ne immoderatum hoc arbitreris, mensura proponitur, certatur sub iudice, sub lege decernitur.

Ago-

Agonothetes illic furor est; stipendium debilitas, victoria præmium culpa; pendet anceps diu belli euentus; furor enim illic est præliaris. Cedunt pincernarum manus vina fundentium, cedunt cocorum manus calida ministrantium, cedunt qui mensuras ipsas bonas super effluentes, diligenti librant examine, ne quid effundant; non cedunt bibentes. sola illa sunt sine excusatione certamina. In bello si quis se inferiorem viderit, arma conuertit, & meretur veniam; hic si quis calicem conuertat, vrgetur ad potum. In scammate, si quis te manu leuet, exors quidem palmæ, sed immunis iniuriæ es; in conuiuio et si manus quis reuocet à vino, ori eius infunditur. Omnes inebriantur, victores victique omnes; ebrii iacent plerique sopiti. Nec portari eos ad sepulchrum licet, prius, quam qui pascit, de omnibus vindictam viderit, vt vlciscatur dispendium; qui autem damna non sentit, hanc mensæ suæ gloriam putat, si ex ea vulnerati omnes ac saucii, tãquam de arena exeant, spectaculum triste Christianorũ oculis & miserabilis species. Cernas iuuenes terribiles risu hostibus, de conuiuio portari foràs, & indè ad conuiuium reportari, repleti vt vomitu & vrina exhauriant; & exhauriri vt bibat. Si quis verecũdior sit, vt erubescat surgere, cum iam immoderatos potus tenere non possit, anhelare vehementius, sudare, gemere, signis procedere, quod pudet confiteri. Huc vsque S. Ambrosius, ita appositè ad nostri sæculi mores, ac si nunc multo tempore inter temulentos bibones vixisset.

Et hinc libro quarto atq; toti huic opusculo rudem donabimus.



DE TAVL...
EPILOGVS AD
Lectorem.

Siquid à nobis vssiam dictum, quod car-
pendum, & cuiquam legentium moueri
stomachum possit, ignoscat velim, ratum
habens, quod si offensum iri eum prænouissem, of-
fendiculi causam, certo certius abstulisssem. Sin
quod arrideat, quod aliqua tua cum vtilitate con-
iunctum, id quidem mihi perquam auditu iucun-
dum; at non mihi tributum permitto, sed ipsi Deo,
fonti atq; auctori omnis boni acceptum ferri, con-
signatumq; cupio:

Cui omnis debetur honos, omnis gloria,
vbiq; semper ab omni creatura.



IN

INDEX RERVM
COPIOSVS.

L. litera librum. C. caput indicat.

A

- | | |
|--|--|
| <p>Aronis & Leuitarum sobrietas. l. 2. c. 3</p> <p>Abstinentia cibi laudes, & exempla. l. 4. c. 1. 2. 3. 4. 5</p> <p>Abstinentia quorundam admirabilis. l. 4. c. 3</p> <p>Abstinentia, ver animi. l. 4. c. 1. pellit Demones. ibid.</p> <p>Abstiniens, miles leuis armaturae. ibidem.</p> <p>Abynthium medetur ebrietati. l. 3. c. 5</p> <p>Abstemius, vt quis fiat. l. 3. c. 3</p> <p>Abstemia feminae. l. 3. c. 29</p> <p>Abusus vini. l. 1. c. 1. & toto eodem libro.</p> <p>Abbreviatio epularum suasa. l. 4. c. 13</p> <p>Aclii Sinceri facetum, de inuidia, responsum. l. 4. c. 31</p> <p>Achab, quid abstinentia profecerit. l. 4. c. 2</p> <p>Aiacis risus. l. 4. c. 26</p> <p>Adam & Eue gula punita. l. 4. c. 2</p> | <p>Adolescētibus, à pradio vel cœna quid faciendum? l. 4. c. 21</p> <p>Adolescentia debet à vino abstinerere. l. 3. c. 30</p> <p>Adulatio inest hauslibus sanitatis. l. 3. c. 19</p> <p>Adulatores vitandi. l. 4. c. 22</p> <p>Aegyptiorum Principū sobrietas. l. 3. c. 27. & l. 4. c. 4</p> <p>Aegyptiorum Monachorum sobrietas. l. 3. c. 4</p> <p>Aegyptii cadauer ligneū in conuiujs circūferebant. l. 4. c. 21</p> <p>Æsopi filius, insignis helluo. l. 4. c. 20</p> <p>Afrorū Augustini tempore bibacitas. l. 3. c. 6</p> <p>Afficiendi supplicio extremo, nō inebriandi. l. 1. c. 39</p> <p>Agron Illyriorū Rex, temulentus periit. l. 1. c. 20</p> <p>Aglais Tibicina, insignis potatrix. l. 3. c. 3</p> <p>Agar ancilla Abrahami abstemia. l. 3. c. 29</p> |
|--|--|

Gg 2 Ag

d car.
ouere
atum
m. of.
Sin
e con-
ucuo-
Deo,
con-
oriā,
N

I N D E X.

- Agrigentinarum luxus.* l. 4. c. 20
Alexandri Magni temulentia:
 l. 3. c. 2
Alexander temulentus, Perse-
polim deleuit. l. 1. c. 11
Alexander circulatorum tolerans.
 l. 4. c. 30. ob ebrietatem repre-
 hensus. l. 1. c. 17. ob temulen-
 tiam mortuus. l. 1. c. 24
Alexander detractorum infen-
sus. l. 4. c. 24. eiusdem pudici-
 tia & continentia. l. 4. c. 27
Alexander Seuerus, post epulas
audiebat aliquid legi, vel ip-
se legebat. l. 4. c. 21
Alexander Farnesius Cardina-
lis, doctorum virorum con-
uersatione, eximius euasit. l.
 4. c. 21
Alexander Basilii Macedo, e-
brius, rupta vena moritur. l.
 1. c. 24
Albatorum vini secta. l. 3. c. 6
Alearum lusus, periurii & blas-
phemiis facundus. l. 4. c. 32.
 quando & quibus licitus?
 ibidem.
Alfonsus Aragonie rex ab e-
pulis colloquebatur viris do-
ctis. l. 4. c. 21. Sobrietas eius.
 l. 1. c. 17. cur ebrietatem ita
 fugerit? l. 1. c. 30. eius deso-
 brietate responsum in signu. l.
 3. c. 28. ebrium senem taxat.
 l. 3. c. 32. Scurras & Morio-
 nes non tolerauit. l. 4. c. 30
Alcybiades, cur Eupolim comu-
dum in mare demerserit? l. 4.
 c. 29
Amasis edicto, iuuentus anti-
refectionem laborare iussa. l.
 4. c. 12
Amianthon lapis, mirabilis na-
tura. l. 4. c. 2
Ammonii Alexandrini absti-
nentia. l. 4. c. 5
S. Amandi sobrietas. l. 2. c. 4
Amentia est temulentia fuit. l. 1.
 c. 28
Amicitiae causa alium inebria-
re, haud licet. l. 2. c. 25. & 29
Amnon filius Dauid, Temulen-
tus occiditur. l. 1. c. 23
Amygdala amara, temulentiam
disficiunt. l. 3. c. 5
Anania, Azaria, Misaelis ab-
stinentia. l. 4. c. 2
Anna, Helcana uxoris abstini-
tia. l. 3. c. 29
Anacharsidis Scythae dictum, de
triplici haustu vini. l. 3. c. 27
Anacreon ebrius, acino stran-
gulatus. l. 1. c. 24
Andobundus Angliae Rex, cra-
 pula

I N D E X.

- pula suffocatus. l. 1. c. 24
 Animum turbat, & euertit Temulencia. l. 2. c. 8
 Anguilla vino enectæ, abstemios reddunt. l. 3. c. 3
 Anima mortua sine gratia. l. 1. c. 34. eius dignitas. l. 1. c. 38.
 imago Dei est & SS. Trinitatis. l. 1. c. 35. cur ei tres potetia à Deo data? ibid.
 Anima Dæmoni venditur quasi per Ebrietatem. l. 1. c. 38
 Antigoni Regis in Temulentos Duces vindicta. l. 1. c. 13
 Antonii ebriofa crudelitas. l. 2. c. 26. Ebrietas eius à Gemino reprehensa. l. 1. c. 8. taxata & alibi. l. 1. c. 17
 Antonianistarum potatorum secta & societas. l. 3. c. 6
 Antiochus temulentus. l. 3. c. 2
 Antisthenes malebat insanire, quam inebriari. l. 1. c. 28
 Antidota ebrietatis. l. 3. c. 5
 S. Antonii sobrietas. l. 2. c. 4
 Andreae Episcopi Fundani periculum castitatis à Diabolo tentate. l. 4. c. 27
 Antiochus Rex Asiae, castitatis amore, Epheso discessit. l. 4. c. 27
 Antiochena Ecclesia Doctorum & Prophetarum, abstinentia. l. 4. c. 2
 Antistites Ecclesie, sobrii esse debent. l. 3. c. 25. & 26
 Appetentia naturalis, hominis, ad vinum. l. 1. c. 1
 Appetentia ad nimietatem vini, non est naturalis. l. 1. c. 8
 Apitii sumptus ingentes, in emendo quodam pisce. l. 4. c. 20
 Apium ebrietati medicatur. l. 3. c. 5
 Apollonii Abbatis abstinentia. l. 4. c. 3
 Ardeliones nõ inuitandi ad conuiuia. l. 4. c. 22
 Archidami, de Taciturnitate cuiusdam, laus. l. 4. c. 22
 Aristoxenus insignis gulo atq; epulo. l. 4. c. 8
 Aristidamus celebris vorator. l. 4. c. 8. Idem insignis potor. l. 3. c. 2
 Arcesilas in ebrietate mortuus. l. 1. c. 24
 Asinis peiores temulenti. l. 1. c. 25
 S. Asella virginis sobrietas. l. 2. c. 4
 Asinius Pollio facetus. l. 4. c. 31
 Athenienses, pauperes, ad conuiuia inuitabant. l. 4. c. 22

INDEX.

- Attila ebrius mortuus.* l. 1. c. 24
S. Augustini sobrietas. l. 2. c. 4.
odium in detractores. l. 4. c.
 24. eius conuersio, lectione
piorum librorum. l. 2. c. 17
Augusti Caesaris sobrietas. l. 3. c.
 28. *Delectatio de Musica.* l. 4.
 c. 28. *Hylam Mimum flagella-*
uit Augustus. l. 4. c. 29
Auis visco illita, animus temu-
lenti. l. 2. c. 11
- B
- B** *Abylonii Deos ad conuiuia*
soliti adducere, & cur? l.
 4. c. 21
Bacchus, cur obliuionis pater di-
ctus? l. 4. c. 22. Cur bonus cō-
sultor? l. 3. c. 11. Cur liber di-
ctus? l. 3. c. 12. Cur pueri? cur
senis forma fronte cornib. ex-
asperata, pingatur? ibid. Recēs-
nat? cur à Nymphis aquæ in-
tinctus? l. 3. c. 22
Bacchum pro Deo colunt ebrii. l.
 1. c. 37
Balsasar Rex temulentus, regno
& vita exutus. l. 1. c. 13
Balearium insularum matres, vt
pueros ante refectionem ex-
ercuerint? l. 4. c. 8
S. Basilius facetus & urbanus.
 l. 4. c. 31
- Bartoli iureconsulti sobrietas.* l.
 2. c. 4
Bæotii comedones insignes. l. 4. c.
 8. *Bæotica sus.* ibidem
Belluina temulentorum vita, &
mores. l. 1. c. 14
Bestia, ad bibedū vltra quod se-
tis, nequeūt impelli. l. 2. c. 23
Bel idolū ebrietatis figurat. l. 3. c. 5
Benadad temulentus, praelio supe-
ratur à Rege Achab. l. 1. c. 13
à Bestiis homo superatur absti-
nentia cibi. l. 4. c. 1. sub finem.
Item sobrietate. l. 2. c. 6
S. Bernardus libidinosam, se ten-
tatem foeminam, clamore fu-
gavit. l. 4. c. 27
Benedicti vini vsus apud ven-
res Christianos. l. 3. c. 17
Bellisarius punit ebrios milites.
 l. 1. c. 12
Bibendi modus vt sanitas con-
seruetur. l. 3. c. 24
Bibendi doctrina pro hoc sacu-
lo. l. 2. c. 25. *Bibendo mode-*
ratè, lætitia gignitur. ibid.
Bibones magni. l. 3. c. 2
Bina de die comestio Galeni con-
silio prestat vni. l. 4. c. 13
Blasphemiis scatet alex lusus. l.
 4. c. 32
Blasphemia est ebrietas. l. 1. c. 36
 Blas-

I N D E X.

- Blasphemie grauitas & enormitas cuiuslibet. l. 1. ca. 36. ibidē eius pœna. Prohibenda à Magistratu. ibid.
- Bonitas diuina se variè communicat. l. 1. c. 1
- Bonofus Imperator magnus bibo. l. 3. c. 2 & 4
- Brassica seruit contra ebrietatē. l. 3. c. 5
- Brutus prodigus, tepidè à Crasso reprehensus. l. 1. c. 18
- Brutus fiunt similes ebriofī. l. 1. c. 25. immò peiores. ibid.
- C
- C**ambysis, Persarū regis temulenti crudelitas. l. 1. c. 23
- Canibus peiores ebriofī. l. 1. c. 25
- Caii Sergii Oratae luxus. l. 4. c. 20
- Caius Marius ob ebrietatē prætura deiectus. l. 1. c. 17
- C. Caligula Imper. Musica delectatus. l. 4. c. 28. Idem insignis aleator. l. 4. cap. 32. eiusdem voracitas. l. 4. c. 8
- Callias prodigus infamis. l. 1. c. 18. & c. 19
- Callias alius, reprehendit Regis Philippi temulentiā. l. 1. c. 28
- Calor naturalis nimio vino extinguitur. l. 1. c. 24
- Calices diuersi à veteribus in usu vini notati. l. 4. c. 1. 8
- Calida aqua cur vina temperarint veteres? l. 3. c. 22
- Cantilena amatorie vitandæ. l. 4. c. 28
- Carceris loco hæc vita. l. 2. c. 6
- Caro quasi sternax equus. l. 2. c. 11. cur mortificanda? l. 2. cap. 16. Caro & spiritus, instar serui ac domini. ibid.
- Carthaginensium Principum sobrietas. l. 3. c. 27
- Castris olim vini vsus prohibitus. l. 1. c. 27
- Castitatis exitiū temulentiā. l. 2. c. 11. castitatis laus præclara. ib.
- Castitati vita posthabita. l. 2. c. 12
- S. Catherina Senensis, diu absque cibo vitam egit. l. 4. c. 6
- Catonis Censuræ sobrietas. l. 3. c. 29. & l. 2. c. 5. eiusdē adhuc pueri taciturnitas. l. 4. c. 23
- Cato minor ob Temulentiā difamatus. l. 1. c. 17
- Catholica Religioni nocuit Temulentiā. l. 1. c. 10. Catholici principes per eam ad hæresim traducti. ibid.
- Ceremonia potatorum variæ. l. 3. c. 16
- Centaurorum cum Lapithis pugna. l. 1. c. 23

INDEX

- In Cœna quomodo utendum potu? l. 3. c. 24
- Cereuisia potus, cur? quæ? & quomodo deliria generet? l. 1. c. 15
- Cervus semel temulentus, noluit amplius bibere. l. 2. c. 29
- Cherili poetæ voracitas. l. 4. c. 8
- Chrysippus Philosophus insignis bibo. l. 3. c. 2
- Chilon Atheniensis, aleatoribus noluit fœdere iungi. l. 4. c. 32
- Christi seruatoris sobrietas. l. 2. c. 2
- Christi moderatio in victu. l. 4. c. 2
- Choræ occasio libidinis. l. 4. c. 33. Rarò licita, nisi debitis cum circumstantiis. ibidem. Probrosè indicatæ. ibid. Clericis & religiosis semper peccatû, propter scandalum. ibid.
- Cibus simplex vtilior multiplici. l. 4. c. 19
- Cicero facetus admodum. lib. 4. c. 31
- Cicero iunior, magnus bibo. l. 3. c. 4
- Cicuta vinum nimium homini. l. 1. c. 24
- Cimon Atheniensis, ob ebrietatem à suis reprehensus. l. 1. c. 17
- Citrum ebrietati resistit. l. 3. c. 9
- Circumstantiæ temulentie eam dissuadent. l. 2. c. 6
- Circumstantiarum habenda ratio in cœniis, si pia colloquia velis introducere. l. 4. c. 23
- Claudii Tiberii Neronis bibacitas. l. 1. c. 17. & l. 3. c. 2. eundem edacitas. l. 4. c. 8
- Cleio fœmina celebris potatrix. l. 3. c. 3
- Cleopatra sumptus, & luxus cœniuales. l. 4. c. 20
- Cleomenes Rex Spartanorum, ebrietate insanus redditus. l. 2. c. 28
- Clericorum quod munus in cœniis? l. 4. c. 14. Clerici lasciuos sermones in cœniis non impediunt, aut abeant. l. 4. c. 23. Risum ibidem moderentur. l. 4. c. 26. Vitanda Clericis commessationes. l. 3. c. 21
- Decet eos sobrietas. l. 3. c. 25
- Clericis ebriosis statuta pœnæ. l. 3. c. 26. Clericis vitanda fœminarum cœnacula. l. 4. c. 27. Clerici ne adeant cœniua facile. l. 4. c. 16. si adeant, quid illis incumbat? ibidem.

INDEX.

Idem tabernas ingredi prohibentur. ibidem. Clericorum conuiuia quomodo debeant celebrari. l. 4. c. 16. quomodo sine peccato Laicorum conuiuuii possint interesse. l. 4. c. 17.
Clinias, Musica vsus contra iracundiam. l. 4. c. 28.
Clitorius fons abstemios facit. l. 3. c. 3.
Clo dius Albinus vorator magnus. l. 4. c. 8.
Cneius Domitius mulierem temulentam dote multauit. l. 3. c. 7.
Coactio potus non excusat ebrium a peccato. l. 2. c. 24. Cogentium ad potum fraudes. l. 3. c. 15.
Cohabitatio tum ad bonum, tum ad malum efficax. l. 4. c. 28.
Colaces non inuitandi ad conuiuia. l. 4. c. 22.
Colloquia pia, cum dexteritate conuiuuii introducenda. l. 4. c. 23.
Complexio in temulentis plurimum operatur. l. 1. c. 15.
Commessatio quid? an licita? l. 4. c. 9. Verita sunt commessationes. l. 3. c. 21.
Comis, quis appellandus? l. 4. c. 31.
Comædia de rebus sacris, pro inuentute laudabiles. l. 4. c. 29.
De rebus impuris exterminanda. ibid. Commodus Cæsar bibo magnus. l. 3. c. 2.
Concoctio stomachi, superingesto potu non impedienda. l. 3. c. 20.
Concionatores arguere tenentur ebrietatem. l. 1. c. 6.
Consuetudo mala bibendi. l. 1. c. 8.
Contentiones ebriosorum. l. 1. c. 22. vitanda. l. 3. c. 11.
Consultandum non est inter pocula. l. 3. c. 11.
Concilium Maguntinum, vetat Temulentiam. l. 3. c. 7.
Conuiuuium vnde dictum. l. 4. c. 9. eius definitio, natura & finis. ibidem. Conuiuia licet agere. l. 4. ca. 14. Sunt tamen origo plurimorum peccatorum. ibid. & ca. 15. Conuiuia patribus exosa. ibid. c. 15. Conuiuia coronaria, an licita? ibidem. Conuiuia quid precesserit, quid de secutum, apud veteres? l. 4. c. 21. Conuiuia, quomodo, & qua de causa que-

Gg 5 ant

INDEX.

- ant adiri à clericis? l.4.c.16
- Conuiuiarum numerus & qualitas. l.4.c.22
- Conuiuatorum sumptuosorum historia. l.4.c.20 (20)
- Cõiuuii cœlestis descriptio. l.2.c.
- Conuulsio oritur ex ebrietate. l.1.c.24
- Contractus non valet in ebrietate factus. l.2.c.10
- Conuenticula in tabernis quàm noxia? l.3.c.8
- Cossus ebriosus Reipub. tamẽ utilis. l.2.c.26 (16)
- Coronatio craterũ & vini. l.3.c.
- Coronaria cõiuuia, quomodo licita? l.4.c.15
- Cornua cur Baccho afficia? l.3.c.12
- Corpus esca vermium, nõ ita delicatè nutriendum. l.2.c.15. & l.4.c.19
- Corporis exercitia, refectiõni præmittenda. l.4.c.12
- Corpus non statim à refectiõne mouẽdum nimium. l.4.c.12.
- Corporis deformitas è Temulentia. l.1.c.19
- Crapula vini & cibi diuersitas. l.2.ca.34. Crapula differt à Temulentia, l.3.c.5. ea multi pereunt. l.1.c.24
- Crocus ebrietati resistit. l.3.c.1
- CrySTALLINA pocula. l.3.c.9
- Curtius eques Romanus in epulo. l.4.c.8
- Cyanippi temulenti facinus. l.1.c.23
- Cyrilli iunioris incestus & parricidium. l.1.c.23. & l.3.c.19
- Cyri Regis sobrietas. l.3.c.18. & l.2.c.5 Idem vinum veni dicit. ibi. Eius abstinentiam cibi vsu. l.4.c.4. Corporis exercitia, quibus utebatur. l.4.c.12
- D
- D**amnatio, vide infernus.
- Damna Temulentia. l.1.c.9. l.2.c.8
- Danielis & trium puerorum sobrietas. l.2.c.3
- Darius potor insignis. l.3.c.2
- Damon animã inhabitat ebriosi. l.1.ca.35. fit ebrietate tantioris ebriosi. ibid.
- Damoni venditur anima per ebrietatem. l.1.c.38
- Damoni propinãtes per ludibrium, horrendè puniti. l.1.c.38
- Damon simia Dei, quando & quomodo? l.3.c.8
- Demoniaco similis ebriosus. l.1.c.28

I N D E X.

- Demonis fraus in ebrietate tu-*
enda. l. 2. c. 28
Delectationis vini breuitas &
locus. l. 2. c. 19
Delitiæ cælestis patriæ. l. 2. c. 20
Dei iniuria ebrietas. l. 2. c. 9. *ea-*
dem Dei imaginē violat. *ibid.*
& l. 1. c. 35
Demarati taciturnitas. l. 4. c. 23
Democritus omnes ridere soli-
tus. l. 4. c. 26
Demodorus Musicus & Poëta.
l. 4. c. 28
Demosthenes taxat Alexandri
temulentiam. l. 1. c. 15
Democrates temulentus, lasciuè
saltitans. l. 1. c. 15
Demetrii Poliorcetis gula & lu-
xus. l. 4. c. 20
Derisiones impellentium ad po-
tum spernendæ sobrietatis a-
matori. l. 2. c. 30
Detractio graue crimen. l. 4. c.
 24
Detractio conuiuuiis familiaris.
ibid. Fugienda. *ibid.* *Detra-*
ctorib. infensi principes. *ibid.*
Dilutio vini apud veteres. l. 3. c.
 22
Dignitatibus deiecti temulentia.
 l. 1. c. 12
Diotimus bibax, Infundibulum
dictus. l. 3. c. 2
Diogenes cum lucerna media lu-
ce, & quos homines queri-
tans? l. 1. c. 25. *Idē facerē cui-*
dam respondit. l. 4. c. 31. *idem*
temulētos ciues ridens. l. 3. c. 7
Diocletianus circulatores tole-
rauit. l. 4. c. 30
Dionysius Tyrannus de cibi nau-
sea conquerens. l. 4. c. 12
Dilapidatio bonorum è Temu-
lencia. l. 1. c. 18
Discordia ex ebrietate. l. 1. c. 22
Disputandum minimè inter po-
cula. l. 3. c. 11
Diues epulo ob gulā damnatus. l.
 4. c. 7
Dolor capitis è Temulentia. l. 1. c.
 20
Domitian⁹ detractores vrbe ex-
pulit. l. 4. c. 24. *ob choreas*
Celium Ruffinum senatu mo-
uit. l. 4. c. 33
Dulcedo interna à Temulentia
impeditur. l. 1. c. 33
Duronius ob missuum ac fercu-
lorum multiplicatē senatu
motus. l. 4. c. 19. *idē egregius*
præco gula. *ibid.*
- E
- E** *Brius & Ebrietas quid si-*
gnificent? & vnde dicta?
 l. 1. c. 2 Ebris-

INDEX

- Ebrietas facilius vitatur quam exercetur.* l. 2. c. 34
- Ebrioform mores.* l. 1. c. 14. & 15
- Ebrius & ebriosus differunt.* l. 1. c. 2
- Ebrietatis vexillifer Damon.* l. 2. c. 2
- Ebrietas quale quantumue peccatum.* l. 1. c. 6
- Ebriofii qui & quomodo diu uiuant.* l. 1. c. 24
- Ebrietatem dispellētia remedia.* l. 3. c. 5
- Ecclesia Catholica ab ebrietate lesa.* l. 1. c. 10
- Egnatius Metellus, uxorem temulentam fuste necat.* l. 3. ca. 7
- Effectus nimii vini.* l. 3. c. 12
- Elephantorum consuetudo.* l. 3. c. 18
- Elusio fortiter prabibentium.* l. 3. c. 23
- Eleazari senis abstinētia.* l. 4. c. 2
- Elpenor è scalis lapsus moritur.* l. 1. c. 24
- Eleemosynas pro blasphemis exigendi in tabernis, pia consuetudo.* l. 1. c. 36
- Encratita heretici vino uti ue-*
- tabant.* l. 1. c. 1
- Ennius Poeta temulentus, articulari morbo laborauit.* l. 1. c. 20
- Episcythisare quid sit?* l. 3. c. 22
- Epaminonda sobrietas.* l. 3. c. 23
- Epitheta varia hominis ebriosi.* l. 1. c. 7
- Erisychthonis voracitas.* l. 4. c. 8
- Essai Iudæorum secta, abstinentes.* l. 4. c. 4
- Esau gulosus punitus.* l. 4. c. 7
- Esca vermium corpus.* l. 2. c. 15
- Euripidis taciturnitas lepide defensa.* l. 4. c. 23
- S. Euagrii Eremitæ sobrietas.* l. 1. c. 4
- Exempla ebrioforum horrenda.* l. 2. c. 13
- Excessus in potu est cōtra naturam.* l. 1. c. 8
- Exercitus deleti temulentia.* l. 1. c. 12
- F
- F**aber ebrietati deditus horrendè mortuus. l. 2. c. 13
- Faceti quinam?* l. 4. c. 31
- Facetorum exempla ibidem. Facetiarum exempla ibidē. Facetus sit omnibus numeris ab-*
- so-

INDEX.

- solutus.* *ibidem.* *Forma temulentie que, secundū
morales?* l.1.c.3
- iane lesio ex ebrietate.* l.1.ca. *Forma corporis ab ebrietate læ-
sa.* l.1.c.19
- 17 *Fridericus Casar scurras & mo-
riones non tolerans.* l.4.c.30.
- Patris à natura peiores temulē-
ti.* l.1.c.28 *Choreas quoq; odio habens.* l.
4.c.33
- Feminarum conuersatio pericu-
losa.* l.4.c.27. *vitanda præ-
sertim clericis.* *ibidem.* *Seuerè
quoq; illis prohibita, tum à
conciliis tum à patribus.* *ibi-
dem.* *Fœminas ob id auersati
& nolentes aspiciere.* *ibid.*
- Femine potatrices magna.* l.3.
c.3 *In Franconia anno 1599. multi
vino ebrii subita morte peri-
ère.* l.1.c.24
- Femina tres prodigiosè potitât.*
l.3.c.29 *Frugalitas veterum.* l.4.c.19
- Femina temulenta mulctata.* l.
3.c.29 *S. Fulgentii sobrietas.* l.2.c.4
- Feminarum temulètia apud Ro-
manos æquiparata adulterio.*
ibid. *Furoris mater ebrietas.* l.1.c.28
- Fellis & aceti Christi meditatio.*
l.4.c.6
- Festi dies sobriè agendi.* l.3.c.33.
- eorundem violatores.* *ibid.*
- Festa cur instituta?* *ibidem.*
- Festum violans Dei iussu la-
pidatus.* *ibid.*
- Fescennia celebris potatrix.*
- Ferculorum multiplicitas quàm
noxia?* l.4.c.19
- Festiu qui appellantur?* l.4.ca.

G

- G** *Alieni Impp. luxus & gu-
la.* l.4.c.8
- Galenii temperantia.* l.2.c.5. *vi-
num idem prohibet pueris.* l.
3.c.30
- Gaudium cœleste; eiusq; magni-
tudo.* l.2.c.20
- Garruli ad conuiuia non inuitân-
di.* l.4.c.22
- Gastrimargia importunitas.* l.4.
c.6
- S. Genesius Mimus Christianus
factus.*

INDEX

- factus.* l.4.c.30
Germani cuiusdam temulenti
vox ridicula. l.3.c.1
Germania multis à temulentia
cladibus affecta. l.1.c.10
Germanorum bellica fortitudo.
l.1.c.11
Germana natio quo medio auitæ
virtuti restitui queat. l.2.c.25
Germanis temulentia non est na-
turalis. l.2.c.34
Germanorū deplorata ebrietas,
l.3.c.1. vndequaq; inexcusa-
bilis. l.2.c.34
Germani omnia negotia vino cō-
fici putant. l.3.c.1
S. Germani Altisiodorensis so-
brietas.
Glacie potus refrigerabatur a-
puud veteres. l.3.c.23
Gnosippus vorator celebris. l.4.
c.8.
Gratiæ Dei efficacia. l.1.ca.34.
officia. ibid. ebrietate fu-
gatur. ibidem.
Grandia pocula, quomodo apud
veteres Germanos vsurpata?
l.3.c.17
Græci vt artem vini paradi vo-
carint? l.1.c.28
Græci Musica delectati. l.4.
c.28
- Græcorum mos, inter conuiuia-*
dum argutos gryphos propo-
nere. l.4.c.21
Gregorius Plantaginetus ebrius
vult mori. l.1.c.24
S. Gregorii Lingoniensis sobri-
etas. l.2.c.4
Grimoaldus Dux ebrios Gallos
fudit. l.1.c.12
Gula voluptas breuissima. l.4.c.
19
Gula & ebrietatis diuersitas. l.
2.c.34
Gula nocumenta & turpitud.
l.4.c.5. eius detestatio è S. Pa-
tribus.
Gula mentem euertit. l.4. cap.
5
Gula cur cauenda? l.4.c.6. eius
remedia. ibid.
Gulosi puniti in sacra scriptura.
l.4.c.7
Guloforū historia complures. l.
4.c.8. & l.4.c.20
Gymnosophistæ pueros ante ci-
bum exercebant. l.4.c.12

H

H Adrianus Imperator, post
epulas audiebat Poetas
& Comædos. l.4.c.21
Hannibal Afros superat temu-
lentos. l.1.c.12
Han-

I N D E X

- | | |
|---|--|
| Hannibalis sobrietas. l. 3. c. 28. | S. Hor. Abbatis abstinentia. l. 4. c. 30 |
| Helucus quid? l. 1. c. 20 | |
| Helix Eremitæ abstinentia. l. 4. c. 3 | Horologio similis vita hominis. l. 2. c. 9 |
| Heli sacerdotis filiorum gula, ea- que punita. l. 4. c. 7 | Hydropicis similes temulenti. l. 1. c. 21 |
| Heterognathi voracitas. l. 4. c. 8 | Hyppoclus & Hippollus temu- lenti occiduntur. l. 1. c. 23 |
| Hercules celebris Pamphagus. l. 4. c. 8 | I |
| SS. Henrici & Kunegundis so- brietas. l. 2. c. 4 | I Anitor oris humani per e- brietatem Dæmon. l. 1. cap. 35 |
| Hircis similes ebriosi. l. 1. c. 25 | S. Iacobi minoris Apostoli so- brietas. l. 2. c. 4 |
| Hippatenses Thessali Deum ri- sum coluere. l. 4. c. 26 | Iccarus Lacones vini vsum do- cens occiditur. l. 1. c. 28 |
| Histriones non tolerandi. l. 4. c. 29 | Idololatria est ebrietas. l. 1. cap. 37 |
| S. Hieronymi sobrietas. lib. 2. c. 4 | B. Ignati ^o societatis Iesu auctor, lectione sacra conuersus. l. 2. c. 17 |
| S. Palarionis sobrietas. lib. 2. c. 9 | Ientaculi cōsuetudo, quibus sua- denda. l. 4. c. 10 |
| Holofernes ebrius occiditur. l. 1. c. 12 | Immodestia in comedendo tur- pis. l. 4. c. 25 |
| Hominis interioris cura. l. 4. cap. 6 | Imaginem Dei violat ebrietas. l. 2. c. 9. & l. 1. c. 35 |
| Homines variè immutantur à vino. l. 3. c. 12 | Impudici homines vitandi. l. 4. c. 4. c. 23 |
| Homicidia aliorum è temulètia. l. 1. c. 23 | Indi pauperes ad conuiuia ad- mittebant. l. 4. c. 22 |
| Homicidia suimet è temulentia. l. 1. c. 24 | Infa- |
| Honoris iactura è temulentia. | |
| S. Honorati abstinentia. li. 4. c. 3 | |

I N D E X.

- Infamat Germanos temulentia apud alias nationes.* l. 3. c. 1. l. 1. c. 17
- Infernus ebriosis apertus.* l. 2. c. 13. *Eiusdem pœna ibid. Et quàm grauis?* l. 2. c. 15. & l. 1. c. 37
- Inepriæ complures ex temulentia obortæ.* l. 1. c. 14. *Ratio qui è vino caussentur.* l. 1. c. 15
- Innocentii tertii increpatio in Gulosos.* l. 4. c. 19
- Intellectus quasi gubernator inter animæ potentias.* l. 1. c. 2. *eius debilitatio.* l. 1. cap. 27
- Inundatio quedam animi ebrietas.* l. 1. c. 26
- Inuidiæ proprietas.* l. 4. c. 31
- Interna dulcedo animæ à temulentia impeditur.* l. 1. c. 33
- S. Ioannis Baptistæ sobrietas.* l. 2. c. 3. *idem occiditur sub conuiuio.* l. 1. c. 23. & l. 4. cap. 7. *eiusdem abstinentia.* lib. 4. c. 2
- S. Ioannis Benedictio ad vinum.* l. 3. c. 15
- S. Ioannes Apostolus cum perdice ludens.* l. 4. c. 34. *Idem defendit honestam recreationem.* l. 4. c. 34
- S. Ioannes Anachoreta sceminas aspicere noluit.* l. 4. c. 27
- Iosias Rex Legis lectione quid profecerit?* l. 2. c. 17
- S. Iob. pro filiis conuiuantiibus sollicitudo.* l. 4. c. 7
- Iosaphat Rex quid abstinentia consecutus?* l. 4. c. 2
- Isæi Sophistæ sobrietas.* lib. 2. c. 5
- Iter facturi non inebriandi.* l. 3. c. 15
- Israelitæ quid abstinentia profecerint?* l. 4. c. 2
- Israelitæ gulosi puniti.* lib. 4. cap. 7
- Iuramenta & blasphemie in lege lusu.* l. 4. c. 31
- Iurare quomodo & quando licitum?* l. 3. c. 10
- Judith viduæ abstinentia.* l. 4. c. 2
- Iulii Cæsaris sobrietas.* l. 2. c. 5
- L**
- L** *Acydes ebrius Paralyss moritur.* l. 1. c. 24
- Lacedæmonii pueris ostendunt seruos ebrios.* l. 2. c. 30
- Lac senum, vinum bonum.* l. 3. c. 32

INDEX.

- Laconum abstinentia. l.4. c.4.
 Laici liberius paulò quàm Cleri-
 ci conuiuia possunt agere. l.4.
 c.18
 Lapitharum & Centaurorum
 remulenta pugna. l.1. c.23.
 Lasciui sermones in conuiuio vi-
 tandi. l.4. c.23. Impedi-
 endi sermones eiusmodi à
 Clericis. l.4. c.23.
 Lasciuam prouocat temulentia.
 l.1. c.31
 Lectio sacra conuiuio adhibita.
 l.4. c.23.
 Lectio piorum librorum. l.2. c.
 17.
 Lenocinia diuersa cur conuiuio
 adhibita? l.4. c.28.
 Leonum abstinentia & modera-
 tio in victu. l.2. c.6. l.4. c.1.
 Leontichidis sobrietas. l.1. c.11.
 Leontii temulentia effeminati.
 Lepidi qui appellandi? l.4. c.31.
 Lex potatorum. l.3. c.6.
 Liber, cur Bacchus dicatur. l.3.
 c.12.
 Libandi vina ritus. l.3. c.16.
 S. Liberalis diu absq; cibo viuēs
 l.4. c.6.
 Libanius Sophista à quodam
 Christiano facere confusus.
 l.4. c.31.
 Licinius Imp. insignis in potan-
 do. l.3. c.2.
 Lingua cessitatio temulentis vn-
 de? l.1. c.15.
 Loquacitas vitanda. l.3. c.23.
 Loth, ebrius committit incastum.
 l.1. c.30.
 Loth ebrius à peccato non excu-
 satur. l.2. c.22.
 Lucius Piso ebriosus, Reip. tamē
 utilis. l.2. c.26.
 Lucius Crassus orator, facetus.
 l.4. c.31.
 Luci^o temulē^o occiditur. l.1. c.23
 Ludouicus Guilielmus Archie-
 piscopus Magdebur. temulen-
 tus miserè perit. l.1. c.39.
 Ludouicus pius Imp. Sacro hy-
 mno delectatus. l.4. c.28.
 Lucrari quis ludendo nil potest
 ab ebrio, tuta conscientia. l.2.
 c.20.
 Lupinorum efficacia contra e-
 brietatem. l.3. c.5.
 Lutheranorum libertas ad om-
 ne peccatum. l.1. c.10.
 Luxuriam generat ebrietas. l.1.
 c.31. l.3. c.30.
 Lycurgi instituto pueri ante ci-
 bum in campis exercebantur. l.4.
 c.12.
 Lysandri abstinentia. l.4. c.4.
 H h Maccha-

I N D E X.

M

- Macchabæorum abstinētia* l. 4. c. 2.
Magistratus impunè permittēs ebrietatem. l. 3. c. 7.
Magistratus impunè permittens blasphemias. l. 1. c. 365
Magistratui necessaria sobrietas l. 3. c. 7.
Marci Apitii voracitas & gula. l. 4. c. 8.
Mahometes cur Musica Turcis interdixerit? l. 4. c. 28. Itē cur vinum? l. 1. c. 11.
Manue vxor abstinens à cibo. l. 4. c. 2.
Marci Scauri abstinētia. l. 4. c. 4.
Mane non bibenda vina fortia. l. 3. c. 14.
Marcus Antonius ob temulentiam infamis. l. 1. c. 17.
Massageta ebrii à Cyro superati. l. 1. c. 12.
S. Marthe sobrietas. l. 2. c. 4.
Matrimoniu haud valet in ebrietate contractum. l. 2. c. 10.
ad Martyrum sepulchra bibentium societas. l. 3. c. 16
Materia temulentie. l. 1. c. 3.
Melathius magnus bibo. l. 5. c. 2.
Memoria debilitatio, temulentia. l. 1. c. 27.
Manius morio insignis. l. 3. c. 90.
Mentē euertit gula. l. 4. c. 5.
Merenda quide & quibus danda. l. 4. c. 11.
Mensa sublata non bibendum amplius. l. 2. c. 20.
Michael Theophili Balbi imperatoris filius prodigus. l. 1. c. 18.
Milonis voracitas. l. 4. c. 8.
Mimi non tolerandi. l. 1. c. 28.
Mithridates Rex, porator l. 3. c. 1.
Miscenda vino aqua. l. 3. c. 22.
Miseria in ebrietate. l. 1. c. 37.
Mamonos qui dicti. l. 3. c. 15.
Modestia seruāda in comedēdo. l. 4. c. 25. *Leges modestie* lib. 1.
Modus præclarus ab ebrietate desuescendi. l. 2. c. 14. & c. 18.
Modus eludendi importunè propinantes. l. 2. c. 19.
Modi peratores quinam? l. 3. c. 15.
Modernæ temulentie detestatio. l. 1. c. 1.
Monachi sobrii esse debent; & eorum corruptela.
S. Monica D. August. mater temulentia abhorruit. l. 1. c. 17.
Mōstra diuersorū poculorū. l. 3. c. 9.
Mores temulētorū vairi l. 1. c. 14. & 15.
Morbi è temulentia fluentes. lib. 1. c. 20.

INDEX.

- O**
- O** bliuio è temulentia. l. 1. c. 27.
- Otium fugiendum. l. 2. c. 18.
- Occisi quam plurimi temulenti. l. 1. c. 23.
- Octavianus Augustus, facetus. l. 4. c. 31. quendam à se congiariū petentem delusit. Ibid. cuiusdam magno cre alieno oppressi culcitram emi face- re iussit.
- Oleum cum sale, ebrietatis re- medium. l. 3. c. 5.
- Onuphry eremitæ abstinentia. l. 4. c. 3.
- Operum piorum exercitium. l. 2. c. 18.
- Opis diuinæ imploratio. l. 4. c. 6.
- Orationis vtilitas & Qualitas. l. 2. c. 18.
- Organistarum vini secta. l. 3. c. 6.
- Os paruum cur homini natura dederit? l. 1. c. 8. & c. 25.
- Osyris ad risum propensissimus. l. 4. c. 26.
- S. Ottonis Episcopi Bambergensis sobrietas. l. 2. c. 4. eius præclarū pro frugalitate dictum. ibidem.
- P**
- P** alemonis Eremitæ abstinentia. l. 2. c. 3.
- Palemon audito Xenocrate Philo- sophus factus. l. 2. c. 17.
- Pachomij Eremitæ abstinentia. l. 4. c. 2.
- S. Pauli Apostoli sobrietas. l. 4. c. 4.
- S. Paulæ viduæ sobrietas. l. 4. c. 2. & l. 2. c. 4. (l. 4. c. 2.)
- S. Pauli Eremitæ sobrietas. l. 4. c. 6. (l. 4. c. 6.)
- Pambonis Abbatis abstinentia. l. 4. c. 6. (l. 4. c. 6.)
- Panis cœlestis desiderandus. l. 4. c. 6. (l. 4. c. 6.)
- Paupertas è Temulentia. l. 1. c. 18.
- Pauperes Eleemosyna defraudantur à temulentis. l. 2. c. 7.
- Pauperes suasu Christi ad conuiuia inuitandi. l. 4. c. 22.
- Pauperes ab Ethnicis quoque ad conuiuia inuitati. l. 4. c. 22.
- Parasyti ad conuiuia non admittendi. (l. 2. c. 15.)
- Pœna temulentia. l. 1. per totam.
- Pœnæ ebriosis Clericis statuta. l. 3. c. 26.
- Pœnitentia ebriis à quodam confessorio lepidè iniuncta. l. 4. c. 20.
- Peccatorum variorum origo temulentia. l. 1. c. 30. l. 2. c. 31.

I N D E X.

Peccatum quantum, & quando
Ebrietas? l. 1. c. 6.
Peccata in Ebrietate commissa
non vacant culpa. l. 2. c. 10.
Perse de rebus arduis consulta-
bant inter conuiuandum. l. 4.
 c. 21.
Penelopes pudicitia, per Musi-
cam seruata. l. 4. c. 28.
Perfarum Magi abstinentes. l. 4.
 c. 4.
Perfarum Reges quid ante cibum
facere soliti? l. 4. c. 21.
Peregrinus temulentus per vi-
sum ad internum deductus.
 l. 2. c. 13. (4. c. 2. & 3.
S. Petri Apostoli abstinentia. l.
Phago potor celebris. l. 4. c. 4.
Philini Sophistæ abstinentia. l.
 4. c. 4.
Philemon Syracusanus, videns
asinum ficus edentem risu mor-
tuus. l. 4. c. 26.
Philostratus ebrius scalis delap-
sus. l. 1. c. 24. (tia. l. 4. c. 3.
Philorouij Presbyteri abstinen-
Phryx quidam, luscus vino ex-
cacat semet. l. 2. c. 16.
Philippi Macedonis temulentia
& ex ea ineptia. l. 1. c. 28. I-
dem propterea redargutus à
muliercula. l. 3. c. 27.
Phalaridis Tyranni astus in Le-
ontium. l. 1. c. 12.
Pharsadi gulosissimi. l. 4. c. 8.
Philoxenis voracitas. l. 4. c. 8. &
eius fœdissima gula.
Phocas Atheniensis prodigus. l.
 1. c. 18.
Phocionis Atheniensis sobrietas.
 l. 3. c. 28.
Pipinus temulentus Regno exui-
tur. l. 1. c. 13.
Plautiani edacitas & fœditas. l.
 4. c. 8.
Plato vinum prohibet Magistra-
tui, & cur. l. 3. c. 27. Eius ab-
stinentia. li. 4. ca. 4. Idem vi-
num prohibet pueris. l. 3. c. 30.
Idem liberiore potum per-
mittens, quomodo intelligen-
du? l. 3. c. 31.
Poliphemus Cyclops ebrius ab
Vlysse excæcatus. l. 1. c. 23.
Porcarium vexillum cur à vete-
ribus in conuiujs vsurpa-
tum? l. 1. c. 25.
Porcorum stabulum, anima e-
brij. l. 1. c. 35.
Pocula varia & monstrosa. l. 3.
 c. 9.
Pocula quæ apud veteres in vsu.
 l. 3. c. 5.
Poculis quomodo grandiusculis
 Eh 3 bibi-

INDEX.

- bibitum apud primos & veteres Christianos in Germania. l. 3. c. 17.
- Pocula vno tractu ebibenda. l. 3. cap. 18.
- Pötani temperantia & sobrietas. l. 2. c. 5.
- Potu quomodo vtendum in cæna & prandio, vt sanitas conseruetur? l. 3. c. 24.
- Potum nimium licet abiurare. l. 3. c. 10.
- Potus moderati vtilitates. li. 3. c. 13.
- Potatores quidam Dæmoni propinantes puniti. libro 1. capite. 38.
- Potatorum fuga. libero 2. capite. 20.
- Posteritatis insitus amor, isque castitati postpositus. libero 2. c. 11.
- In Prandio quomodo vtendum potu? l. 3. c. 24.
- Prandium & cæna. li. 4. ca. 10. abbrevianda. l. 4. c. 13.
- Præco ebrietatis Philosophus quidam Cretensis. libero 3. c. 2.
- Præseruare vt se quis possit ab Ebrietate. libero 3. capite 23.
- Principi necessaria sobrietas. l. 3. c. 27.
- Principes Catholici ad heresim traducti Ebrietate. l. 1. c. 10.
- Prodigalitas defraudat pauperes. l. 2. c. 7.
- Prodigalitati reprehensio & damna. l. 1. c. 8.
- Prodigales nimium in Musis & auledos. l. 4. c. 28.
- Protarchus magnus bibo coram Alexandro. l. 3. c. 6.
- Propopopeia conuiuii temeritate. l. 4. c. 35.
- Propositum sobrietatis firmiter quanti faciendum ad ebrietatem exterminandam. libro 1. c. 14.
- Propositum sobrietatis quotidie renouandum. l. 2. c. 18.
- Propinandi ritus vnde? & ritus eius Ceremonie. libro 2. cap. 16.
- Propinantes Dæmoni puniti dicitur. lib. 1. c. 38.
- Prolomæus Rex aleator celebris. l. 4. c. 32.
- Pudor haud est, nimium molle bibere.
- Pueri specie cur Bacchus. libro 3. cap. 12.
- Pueris haud permittendum vt

INDEX.

- num. l.3.c.30. Reges sobrij esse debent. libro 3.
c. 27.
- Pyttacus Mytileneus ebrios dup-
plici poena puniuit. l.3.c.7. Regna euersa per Ebrietatem. l.1.
c. II.
- Q**
- Quantum peccatum Ebr-
ietas? l.1.c.6. Res publica euersa ab eadem. l.
I. c. II.
- Quintus Coponius ob vinum,
ambitus damnatur. libro 3. Risus moderandus in conuiuio.
l.4. c.26.
- Quinti Merelli abstinentia. lib. 4. Risibiles quidam prater modum
Risui quidam mortui. Ri sisse
Christus nusquam legitur. Ri-
sus pro Deo cultus ab Hippa-
tensibus. Ibidem.
- Quintus Hortensius Orator, &
simul vorator insignis. lib. 4. Rixarum seges Temulentia. l. 1.
c. 22.
- cap. 8. Rhodienses Ichthiophagi. lib. 4.
c. 4.
- Quintus Emilius Pappus, &
Fabritius Lucinius, Corneli-
um Ruffinum ob gulam sena-
tu mouerunt. l.4.c.19. Romani temulentos equis priua-
bant. l.1.c.13.
- R**
- Rationem turbat Ebrietas. Romanorum abstinentia. lib. 4.
c. 4.
- l.2.c.8. Romanae femina abstemia. li. 3.
c. 29.
- Recreationes honestae & licitae, Romuli sobrietas. libro 3. capi-
te. 28.
- suae. lib. 4. c. 34
- Recchabitarum Sobrietas. lib. 2. S
- cap. 3.
- Regula potatorum libro tertio. Sacerdotum veteris legis ab-
stinencia & sobrietas. l. 2.
c. 3. l. 3. c. 25.
- cap. 6.
- Religioni Catholicae nocuit te-
mulentia. l. 1, c. 10. Hh 4 Sa-

I N D E X.

- Sacerdotalis dignitas.* l. 3. c. 17.
Sacerdotes & Clerici parcè vino vii debent. l. 3. cap. 25. & 26.
Sacerdotes contra ebrietatem concionari tenentur. l. 1. c. 6.
Sacerdotum ebriosorum pœnæ. l. 3. c. 26.
Sacerdotum Ægyptiorum sobrietas. l. 3. c. 25.
Sagunthina pocula. l. 3. c. 9.
Salutationes vide Choreæ.
Salomon abstemius vivere proponit. l. 3. c. 23.
Salsi homines qui? l. 4. c. 31.
Saleuci Locrensis sobrietas. l. 2. c. 5.
Sampsonis mater abstinens cibi. l. 4. c. 2.
Samanæ populi abstinentes. l. 4. cap. 4.
Sanctorum exempla sobriorum. l. 3. c. 3.
Sauromatarum voracitas. lib. 4. c. 8.
Saul Rex, Musica sanatur à furore. l. 4. c. 28.
Sanitas bibendo vt conferuetur. l. 3. c. 24.
Sanitati Principum & Regum bibentium Secta. libro 3. cap. 6.
Sardanapali feminea mollietas. l. 1. c. 11.
Sarmentus Morio Romanus. l. 4. c. 30.
Saræ Rachuelis abstinencia. l. 4. c. 2.
Scurrilitas temulentia, famam ledit. lib. 1. c. 16.
Scurra ad conuiuia non admittendi. l. 4. c. 30.
Scurrarum secta. l. 3. c. 6.
Scipionis sobrietas. l. 3. c. 28.
Secretum raro in ebriis. l. 2. cap. 26. l. 1. c. 29.
Secta temulentorum. l. 3. c. 6.
Senectuti præcipuè vinum congruit. lib. 3. c. 31. *Lac senectutis vinum.* ibidem. *Nocet feminibus nimium vinum.* ibid.
Sensuum perturbatio ab ebrietate. l. 1. c. 27. & qua ratione ibid.
Serui cur Lycurgi lege à Spartanis inebriati. l. 1. c. 28.
S. Serapionis sobrietas. l. 2. c. 4.
Seruili Rulli luxus. l. 4. c. 20.
Simon sacerdos ebrius occiditur. lib. 1. c. 23. *eius interitus typicè ad interitum animæ explicatus.* l. 1. c. 34.
Siculi celebres epulones. libro 4. cap. 8.

INDEX

- Siti nec praesenti nec futura prodest auida bibitio.* l. 2. c. 33.
Sitis continua ex ebrietate. lib. 1. c. 21.
Smindaridis luxus. l. 4. c. 20.
Sobrietatis laus & utilitates. l. 2. c. 1. *Eius exempla.* l. 2. c. 2. 3. 4. 5.
Sobrietas vnde dicta. ibidem, & quid significet. c. 2.
Sobrietatis vexillifer Christus. l. 2. c. 2.
Sobrietatis propositum quotidie renouandum. l. 2. c. 18.
Sobrietas ad omnia sacerdotalia munia requisita. l. 2. c. 3.
Sobrii Principes & Magistratus. l. 3. c. 27. & 28.
Socrates facetus. l. 4. c. 31. *Cur toto die inambulet.* l. 4. c. 12.
Societates diuersae potatorum. l. 3. c. 6.
Societas peruersa vitanda. lib. 2. c. 21.
Societas tum ad bonum, tum malum efficacissima. l. 4. c. 22.
Solonis lex de Principe ebrio. l. 3. c. 27.
Solymennus Turcorum Rex cur musicam aduersatus. li. 4. c. 28.
Spartani pauperes ad conuiuia inuitabant. lib. 4. c. 22. *quid egerint inter conuiuandum.* l. 4. c. 21.
Spectacula sanguinolenta vitanda. l. 4. c. 29.
Spectacula impudica nullatenus admittenda. ibidem.
Spiritualis dulcedo à temulētis impeditur. l. 1. c. 33.
Spurius Albinus gula addictus, à Iugurtha caesus. l. 4. c. 20.
Stationes bibitoriae post mensam noxiae. l. 3. c. 20.
Stratagama bibitorium. l. 1. cap. 10.
Stilpo Magarensis, vino mortem accelerat.
Stratonis Sydonii gula. l. 4. c. 20.
Stomachum cur ita paruum natura homini dederit? l. 1. c. 25.
Stomachi ne digerat, impeditio per potum, à mensa statim valde noxia. l. 3. c. 30.
Stultitia quanta se leuiter inebriare? l. 2. c. 32.
Subiectum ebrietatis. l. 1. c. 3.
Subitanei haustus vno spiritu faciendi. l. 3. c. 18.
Subductio à Symposio suasa nonnunquam. l. 3. c. 29.
Suuitrigali Lithuaniae Ducis gula. l. 1. c. 4.

Hh 5

I N D E X.

- la.* l.4.c.8. *Temulenti quidam bene* Rempad.
Supplicio extremo affiendi, gessere. l.2.c.28.
non inebriandi. l.1.c.39. *Tempore matutino non bibenda*
Synan Bassa Iauarino occupato exorica vina.
lusu Germanos. l.1.c.11. *Templum Dei spirituale anima*
Syracusanorum temulentia. l.3. l.1.c.35. *eius violatio per-*
cap. 2. *brietatem ibidem.*
Sybaritarum luxus. libro. 4. *Temporis distributio apud Ro-*
c. 20. *manos.* l.4.c.13.
Syncrusus risus. libro. 4. capi- *Theagenes taurum vorabat so-*
te 26. *lus.* l.4.c.8.
- T
- T** *Aberne qua licita, qua il-*
licita. l.3.c.8. *Dæmonis*
decipula ibid.
Taberne cinice quomodo appro-
bentur. *ibidem.*
Tabernarum ingressus Clericis
prohibitus. l.3.c.26.
Tarentinorum luxus. libro 4.
cap. 8.
Tacitur nitas in conuiujs hone-
sta & utilis. libro. 4. capi-
te 23.
Temulentie deploratio. l.1.c.1.
Definitio. l.1.c.4. *diuisio.* l.1.
c.5. Infamia. l.1.c.17. l.2.
ca. 27.
Tempestas animi ebrietas. lib. 2.
cap. 8.
- Thessali gulosissimi.* l.4.c.8.
Theodulphus Episcopus hymno,
Gloria laus, &c. e carcere
se liberat. l.4.c.28.
Thermopolium quid? & eius v-
sus apud Romanos. l.3.c.22.
Thyrsum cur Bacchus gesserit? l.
1.c.23.
S. Thomas feminam se ad libidi-
nem tentantem, titione fugant.
l.4.c.27.
Tibicinibus & auledis, larvas
gestare apud Romanos gesta-
re cur elicium. l.1.c.25.
Tiberius saltatores Roma expu-
lit. l.4.c.33. *Idem post Epulas*
subtiles questiones propone-
bat.
Timocreon Rhodius potator &
ximius. l.4.c.8.
Timagenes Philosophus in ebri-
tate

INDEX

- tate perit. l. 1. c. 24.
- S. Timothei Eremita sobrietas. l. 2. c. 4.
- S. Tobie abstinencia. l. 4. c. 2.
- Tormenta temulentia triplicia. precedunt, comitantur sequuntur. l. 2. c. 19.
- Turpitude Ebrietatis. l. 1. c. 9. l. 2. c. 6.
- Turpes Cantilena vitanda. l. 4. c. 28.
- V
- V**aleitudinis augmentum & cura, vinum moderatum. l. 3. c. 13.
- Valedictoria pocula. l. 3. c. 15.
- Valentinianus Imperator, mortuus in ebrietate. l. 1. c. 24.
- Vae aeternum temulentis comminatum. l. 2. c. 12.
- Vidonis Archiepiscopi Magdeburgensis, funestus exitus. l. 1. c. 32.
- Venenum corporis Ebrietas. l. 1. c. 20. & l. 3. c. 28.
- Venenum animi Ebrietas eoque peior. l. 2. c. 8. & c. 9.
- Vente Ebriosorum Deus. l. 1. c. 37. venter vnde dictus. l. 1. c. 19.
- Ventricosorum ignominia apud Romanos. l. 1. c. 13.
- Veranimi abstinencia. l. 4. c. 1.
- Vermium esca corpus. l. 1. c. 15.
- Veritas in vino. l. 1. c. 2.
- Vertigo temulentorum, & colores varij oculis obuersantes. l. 1. c. 15.
- Verbi Dei sedula auditio & letitio. l. 2. c. 17.
- Veterum frugalitas. l. 4. c. 19.
- Vespasianus Detracloribus infensus. l. 4. c. 24. Musica delectatus idem. ibidem.
- Vexillum porcarium cur a maioribus institutum. l. 1. c. 25.
- Vibius Crispus erapula male affectus. l. 1. c. 20.
- Victus simplex vtilior multiplici. l. 4. c. 19.
- Victoria temulentia amissa. l. 1. c. 12.
- Vini nomen & natura. l. 1. c. 1.
- Homini simile vinum. ibidem.
- Effectus eius ibidem.
- Vini ingluuies multos causas morbos. l. 1. c. 9. l. 3. c. 12.
- Vini effusio in veneralibus quid significat. l. 3. c. 33.
- Vino quomodo vtendum post graues labores. libero 3. capite 24.

I N D E X.

- Vinum moderatum.* l. 3. c. 31. & 32. & l. 3. c. 13.
Vina fortia dissuasa ob plures noxas. lib. 3. ca. 31. manè præsertim. l. 3. c. 14.
Vita castitati postposita. l. 2. c. 11.
Vitellii Luxus & gula. l. 4. c. 8.
Vitiis ianuam aperit temulentia. l. 1. c. 30.
Vita hæc ut salutem nostram operemur, data. l. 2. c. 6. Eadem carcer. Ibid. abbreviatur temulentia. l. 2. c. 9.
Vitis quasi vita dicitur. l. 1. c. 1.
Vitiorum scaturigines conuiuia. l. 4. c. 15.
Vlysses magnus vorator. lib. 4. c. 8.
Virginitatis laudes & dignitas. l. 2. c. 11.
Virtutes ab Ebrietate dissipantur. l. 1. c. 32. & l. 2. c. 11.
Virili ætati conuenit potus moderatus. l. 3. c. 31.
Vigandus à Teben, vulgò Parochus de Calenbergæ. l. 4. c. 30.
Voluptas cœlestis. l. 2. c. 20.
Vomitum cientes potatores. l. 3. cap. 4.
Vomitus Ebrietatis remedium, à Salomone suafum. l. 4. c. 5.
Votum quæ de re fieri queat. l. 3. ca. 10.
Votiu pro sanitate haustus, quibus & quàm noxij? l. 3. c. 9. Quis eorum fundat or? Ibid.
Vrbani qui? l. 4. c. 31.
Vrgere ad potum ni mium, mortale peccatum. l. 3. c. 15.
Vtricule similes temulenti. l. 1. c. 29.
Vulnera ex Ebrietate, vultus deformatio è Temulentia. l. 1. c. 22.
Vultus doformatio ex Ebrietate. l. 1. c. 19.
- X
- X** *Enarchus ob bibacitatem Metretes dictus.* l. 3. c. 2.
Xenophantus admodum risibilis. l. 4. c. 26.
Xenocratis sobrietas. l. 2. c. 51.
- Z
- Z** *Eno Antigoni Ebrietatem quomodo reprehenderit?* l. 1. c. 9. Temulentiam insectatur. l. 2. c. 27.
Zeno Imperator ebrius, funestè
 Zoro-

I N D E X.

in sepulchro occisus ab uxore. l.3.c.27. *natus.* l.4.c.26.
Zeno quidem, magnus vorator. l.4.c.8. *Zeno foeminam amore castitatis fugiens.* l.4.c.27.
Zoroastres Magus, statim risit, cap. 5. *Zeno Zitticus sobrius. libro, 2. cap. 5.*

FINIS INDICIS.





EPIGRAMMA
CLARISSIMI VI-
RI I. K. AD LECTO-
REM.





*Nne nouum patrie vult introducere ritum
FORNERVS: Veteri cur vetat ire via?
Cur studet assuetam scriptis auferre bibendi
Normam, quae patribus non aliena fuit?
Quàm fuerit quondam vini laudabilis vsus
Explicat, & verus sobrietatis amor.
Immodici enumerat diuersim incommoda Bacchi,
Exemplisq; refert sat nocitura suis.
Admonet omnigeno luxu, ceu peste remoto.
Innata, vino, pro ratione frui.
Ne similes porcis homines, immanibus atq;
Reddantur furiis, spiritibusq; malis.
Ne caelum vino pereat, neus orcus ematur,
Flammaq; Tartareis haud moritura focis.
Consulit inde malis, vitiorum linquere Callem
Et loca virtutum prosperiora sequi.
Postremò largam vitandi criminis ansam,
Iungit; & exemplis pluribus ista docet.
Ergo legas auidè; nec te legisse pigebit.
Crede mihi diro lectio felle caret.*

















Th
2579